RERUM BRITANNICARUM MEDII ÆVI SCRIPTORES,

OR

CHRONICLES AND MEMORIALS OF GREAT BRITAIN AND IRELAND

DURING

THE MIDDLE AGES.

CHRONICA MONASTERII S. ALBANI.

THOMÆ WALSINGHAM,

QUONDAM MONACHI S. ALBANI,

HISTORIA ANGLICANA.

33 ib

EDITED

BY

HENRY THOMAS RILEY, M.A.,

CLARE HALL, CAMBRIDGE;

OF THE INNER TEMPLE, BARRISTER-AT-LAW.

VOL. I.

A.D. 1272—1381.

PUBLISHED BY THE AUTHORITY OF THE LORDS COMMISSIONERS OF HER MAJESTY'S TREASURY UNDER THE DIRECTION OF THE MASTER OF THE ROLLS.

LONDON:
LONGMAN, GREEN, LONGMAN, ROBERTS, AND GREEN.

1863.

Printed by
EYRE and SPOTTISWOODE, Her Majesty's Printers,
For Her Majesty's Stationery Office.

THE CHRONICLES AND MEMORIALS

OF

GREAT BRITAIN AND IRELAND

DURING THE MIDDLE AGES.

PUBLISHED BY THE AUTHORITY OF HER MAJESTY'S TREASURY, UNDER THE DIRECTION OF THE MASTER OF THE ROLLS.

ON the 26th of January 1857, the Master of the Rolls submitted to the Treasury a proposal for the publication of materials for the History of this Country from the Invasion of the Romans to the Reign of Henry VIII.

The Master of the Rolls suggested that these materials should be selected for publication under competent editors without reference to periodical or chronological arrangement, without mutilation or abridgment, preference being given, in the first instance, to such materials as were most scarce and valuable.

He proposed that each chronicle or historical document to be edited should be treated in the same way as if the editor were engaged on an Editio Princeps; and for this purpose the most correct text should be formed from an accurate collation of the best MSS.

To render the work more generally useful, the Master of the Rolls suggested that the editor should give an account of the MSS. employed by him, of their age and their peculiarities; that he should add to the work a brief account of the life and times of the author, and any remarks necessary to explain the chronology; but no other note or comment was to be allowed, except what might be necessary to establish the correctness of the text.

The works to be published in octavo, separately, as they were finished; the whole responsibility of the task resting upon the editors, who were to be chosen by the Master of the Rolls with the sanction of the Treasury.

The Lords of Her Majesty's Treasury, after a careful consideration of the subject, expressed their opinion in a Treasury Minute, dated February 9, 1857, that the plan recommended by the Master of the Rolls "was well calculated for the accomplishment of this important national object, in an effectual and satisfactory manner, within a reasonable time, and provided proper attention be paid to economy, in making the detailed arrangements, without unnecessary expense."

They expressed their approbation of the proposal that each chronicle and historical document should be edited in such a manner as to represent with all possible correctness the text of each writer, derived from a collation of the best MSS., and that no notes should be added, except such as were illustrative of the various readings. They suggested, however, that the preface to each work should contain, in addition to the particulars proposed by the Master of the Rolls, a biographical account of the author, so far as authentic materials existed for that purpose, and an estimate of his historical credibility and value.

Rolls House,
December 1857.

THOMÆ WALSINGHAM,

QUONDAM MONACHI S. ALBANI,

HISTORIA ANGLICANA.

et causa fiducialiter petit a deo pro eius meritis sibi visum restitui. et visum A° 1381.
recepit. In sepultura sua quidam de Coventria qui iam duos annos in cecitate tunc fuerat per visum admonitus ad corpus venit et ea nocte lumen sibi
redditum fore gaudebat. Mulier quedam que impregnata fuerat et parere
nullo modo poterat. postulato eius auxilio. eodem die deliberata est de tribus
masculis puerulis qui omnes baptizati sunt. Multaque miraculorum signa
alia post eius mortem divinitus sunt ostensa et divine ulcionis indicia manifesta in eos qui vel mortis eius auctores fuere vel in eius necem voluntarie
[illegible] [illegible] cum res ad tempus postulaverunt misereri.
Interfecti sunt cum eo frater Robertus Hales miles prior hospitalis Sancti
Johannis et regni thesaurarius. et Johannes Leg unus ex servientibus regis. et quidam
frater de ordine Franciscanorum ob id quod [illegible] que in ducem gerebat
Lancastrie [illegible] quia familiaris [illegible] dicebatur. De
capti sunt eodem die quamplures cum Flandrensibus quia anglici ob nulla
quandam causam sed ad explendum crudelitatem tunc [illegible]. Erant
neque eis scilicet mos ludus si quem apprehendere poterant qui eis fidem non
fecerat aut cum eisdem pari mente non gradiebatur. Sed si quis ex ipsis quem
quam exosum habuisset. repente tali detrahere caput cum clamore consueto et
mox in plateis certatim vivere ad decollandum cum. Nec ulla reverencia imperdebant
sacris locis. Sed de ipsis ecclesiis et in sanctuariis passim trucidabant quos
odio habuerunt. A fide digno eciam referente agnovi. tresdecim Flandrenses
violenter extractos fuisse de ecclesia fratrum Augustinensium que sita est Londoniis
et in strata publica decollatos. Et ab alia parochiali ecclesia in eadem urbe decem
et septem. qui omnes spreta reverencia sanctuarii dei quod timore qua tunc temporis
ipsa turba maledicta regem non reverebatur consimili mutilacione capitum fuisse
peremptos. Cum igitur tantas transgressiones perpetrari videret Rex et qui de eius
consilio fuerant post [illegible] et subditos quia tempus illud durum
non permittebat deliberacionem. et maxime quia omnes et singuli conferebant
de occisione Cantuariensis archiepiscopi et regni thesaurarii qui potissimi in regno fuerunt.
Et quia timebat occasionis maioribus minoribus non esse parcendum. Dominus Rex cum deli
beracione concilii quod tunc cum eo fuit ut sedaret furorem. qui tunc in civitate
extitit optulit eis pacem ea condicione. ut cessarent ab incendiis domorum et
detraccionibus et homicidiis et redirent ad propria sine pluri ibidem
prestolatum cartas confirmatorias pacis predicte. Quod conspiratores libenter
audierunt eo quod iam pressi diutius laboris afficiebantur. quodammodo uxoribus
et liberis revisendis. Statuerunt tamen quosdam ex ipsis qui cum illis

B

TABLE OF CONTENTS.

INTRODUCTION.

INTRODUCTION.

THE present Volume contains the earlier part of the *English History* of Thomas Walsingham, Monk of Saint Alban's, A.D. 1272 to A.D. 1381: the remaining portion of the work will appear in the succeeding Volume.

Previous Editions of Walsingham's *History*.

The *English History* of Walsingham was first [1] published in the year 1574, under the auspices, if not the immediate supervision, of Matthew Parker, Archbishop of Canterbury; and it again appeared, as part of the *Anglica, Normannica, Hibernica, Cambrica, a Veteribus scripta,* of William Camden, published at Frankfort (folio) in 1603. The typography of Parker's text is very inaccurate, and the transcriber of the manuscript from which it is derived, whoever he (or they) may have been, has done the work of extension no better. Camden's version is hardly a less unfavourable specimen of printing, in point of accuracy, than Parker's; perhaps more so. The Archbishop's Volume, however, whether by itself, or in combination with his edition of Asser's *Life of Alfred,* now sells at a high price; as being a book rarity, no doubt: Camden's work, though a much larger volume, is more moderate in price, though considerably in excess of a sum which any but the wealthy or enthusiastic book-collector would willingly afford.

Text of the present Edition.

The text of the present Edition is taken from a small folio Manuscript, No. VII. in the Arundel Collection, in

[1] Small folio. Printed by Henry Binneman, London, 1574.

the Library of the College of Arms; once in the possession of Lord William Howard of Naworth, a soldier and scholar of the latter part of the sixteenth, and first half of the seventeenth, century, now best remembered perhaps in our Border History, as the "Belted Will" of the North. He seems to have perused the volume with no little diligence; as his handwriting,—easily recognized by its singular regularity and distinctness,—is plentifully interspersed on its pages. The Manuscript is of the earlier half of the fifteenth century; written upon vellum, in a small but easily legible hand; the style of which is very similar throughout, though the comparatively greater frequency of inaccuracies in orthography at certain intervals, satisfactorily proves that more than one (or perhaps two) transcribers were employed by the Compiler in its preparation. These errors have been amended in the text of the present edition, the erroneous readings being annexed in the Notes: though, as to what may be considered mere peculiarities of Latin orthography, they are only noticed occasionally, and principally in the earlier pages.

The Arundel MS. No. vii.

The earlier portion of Walsingham's *History*, a fact that has long been known to the learned, is a compilation based upon other Chronicles of prior date. It seems, however, to have escaped notice, that to a great extent the *History* is immediately derived from an older [1] compilation, once belonging to the Abbey of Saint

The earlier part of Walsingham's *History* derived from an older compilation.

[1] In a hand, of probably the latter part of the sixteenth century, this Manuscript is described, on the recto of fol. 177 of the volume, as being "*Tho. Walsingham Cronica, ad finem istius Tomi;*" owing, no doubt, to its general resemblance to the earlier portion of Walsingham's *History*, in the eyes of a casual observer. It was written probably soon after A.D. 1394, as it seems (p. 372 of this Volume) to allude to Sir Hugh Calverley (Calveley) as being but recently dead, and he died 23rd April 1394. The volume (MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.) also contains several other works, the Chronicle in question commencing at fol. 177, and ending, with the close of the volume, at fol. 326.

Alban's, made probably between the years 1377 and 1392, at which date its history closes; a large folio, now forming part of the Manuscript Collection in the King's Library in the British Museum, and numbered 13 E. ix. in the Catalogue. That this Manuscript was penned in the busy *Scriptorium* of that Abbey, from the internal evidence it affords in the eyes of those acquainted with the Saint Alban's manuscripts, there cannot be a doubt.

The Saint Alban's Chronicle, MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The *History* then of Walsingham, being a composition extracted from older materials—at least in its earlier pages,—the peculiar merit of the Arundel Manuscript, though occasionally bearing marks of having been entrusted to careless or ignorant transcribers, is, that its text is no transcript of a copy, but has evidently been derived *immediately* from its original; with the peculiarities of the text of which it tallies (making allowance for clerical errors and omissions, and some few verbal variations) in almost every possible way. It would be useless to occupy the present pages with proofs of the close relationship between the texts of the two Manuscripts; but the reader who feels an interest in the subject, will have no difficulty in detecting them among the foot-notes, those more particularly in the latter part of this Volume.

The Arundel Manuscript derived immediately from the Saint Alban's Chronicle.

Archbishop Parker has given us no information in his [1] Preface as to the MS. or MSS. to which he was indebted for his text. It would seem, however, to have been derived, to a great extent, either directly from the Arundel Manuscript, or from a very close copy of it, in which most of its errors and omissions had been perpetuated; though, from the fact that at times we find these errors corrected, or omissions [2] supplied, in his

The text of Archbishop Parker's Edition.

[1] See pp. 1–6 of this Volume.

[2] As in the case of the passage in p. 430 of this Volume, for example; referred to in Note 1 of that page.

text, there seems reason for concluding that some other manuscript, possibly the Saint Alban's Volume itself, may have been occasionally—though but rarely—consulted. While, however, some of these errors and omissions are thus rectified in Parker's text, far more of them remain unnoticed; and, to say nothing of the numerous typographical inaccuracies in the way of misspelling and wrong punctuation already alluded to, at least an equal number of fresh errors are introduced, which do not exist in the Arundel Manuscript. Camden's text is little more than a close copy of Parker's; though, from slight variations in a few passages, it seems not unlikely that on this republication a manuscript may have been slightly referred to. In both Editions, proper names, those of localities more particularly, are generally modernized, so far as to suit the prevalent orthography of the latter part of the sixteenth century.

The text of Camden's edition.

Plan of the present edition.

In the present Edition, the various readings of Camden's text have been given throughout; and, in general, those of Archbishop Parker's Volume as well. Mere inaccuracies in orthography, however, in the printed texts have not been noticed, except in cases where one word has been misspelt by the transcriber for another—such, for example, as "*proinde*," misspelt "*provide*," and "*armorum*," "*armatorum*,"—errors of frequent occurrence. In the case, again, of evident errors and omissions, which are common to the Arundel Manuscript and the printed copies, the text has been amended by [1] reference to the Saint Alban's Manuscript (Bibl. Reg. 13 E. ix.), the immediate source, as already mentioned, of the larger portion of the work The text of Walsingham, it may be here remarked, making of

The text of Walsingham,

[1] Where it is stated in a Note that the correction has been made "from "the printed texts;" it is implied that those texts have themselves been already corrected in accordance with MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

course due allowance for the typographical inaccuracies of the printed texts, is comparatively clear and intelligible down to the beginning of the reign of Richard II.: but after that date, so multiplied are the omissions and errors that have been made in transcription from MS. Bibl. Reg. 13 E. ix., that it is hardly better in many places, especially as seen in Parker and Camden's volumes,—where punctuation too is almost wholly disregarded,—than a mass of hopeless confusion. By the aid of the Saint Alban's Manuscript numerous[1] passages are now restored, the sense of which was previously lost.

to what extent corrupted.

Passages now restored from the Saint Alban's Chronicle.

The Compiler, however, of the *History* (A.D. 1272–1392), as contained in the Arundel Manuscript, in addition to making some few verbal alterations, has forborne to draw his matter entirely from the Saint Alban's Volume; and in one instance, more particularly, as will be noticed in the sequel, has deviated from it to a considerable extent, by rejecting its text and adopting other matter in its place. Such portions of the Saint Alban's Manuscript as have been thus omitted, will be given in the Appendix.

Walsingham's *History* (A.D. 1272–1392), not wholly derived from the Saint Alban's Chronicle.

This Manuscript, also, in its turn, will be found, upon examination, to be a compilation to a great extent from other known historical works of older date; so far at least as the earlier half of the work is concerned. How far such is the fact, the reader, from a perusal of the pages of the present Volume, will have the means of judging for himself; for the results of such an examination, upon which the Editor has bestowed much time and research, will be found set forth in the inner margins of the

The Saint Alban's Chronicle, to a great extent, a compilation from earlier works.

Method adopted in the present Edition, for instructing

[1] For instances of this, pages 334, 351, 358, 361, 364, 367, 397, 398, 400, 417, 421, 422, 433, 466, and 473, may be consulted. In some few instances, the omission is patched up in the printed texts, pp. 417, 433, 466, for example.

text; the name or names of all older sources that he has been able to discover, from which the text, (as borrowed by the Arundel MS. from MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.,) reasonably appears to have been derived, being placed opposite to such borrowed matter, as nearly as possible. Such portions of Walsingham's *History*, on the other hand, as seem to be original, in other words, borrowed neither from the Saint Alban's Manuscript nor any other ascertained source, are printed in larger type.[1]

the reader on this point.

To these sources of Walsingham's *History*, the Editor proposes briefly to invite attention; classifying them under reigns, for the sake of perspicuity, and restricting himself, for the present, to those which are completed in the present Volume.

The reign of Edward I. in Walsingham's *History*, derived from the Saint Alban's Chronicle.

Edward I., A.D. 1272–1307 (pp. 7–118):

The whole of this reign, with the exception of one explanatory word in page 52, has been derived from the Saint Alban's Manuscript; several passages of its context being omitted, those more especially which bear reference to the domestic affairs of that house.

Sources from which that Chronicle has derived the history of this reign.

Down to the year 1300 (page 80 of this Volume) the Saint Alban's Compiler, in his turn, has borrowed his matter from the *Continuation of Matthew Paris* by William [2] Rishanger, a Monk of Saint Alban's, who lived in the reign of Edward I.; with the exception indeed that the Compiler has placed the chronology, throughout this reign, a year in advance of Rishanger and of absolute correctness; in doing which, Walsingham has followed his example; as also, in commencing the Dominical year at Christmas

Walsingham's chronology.

[1] See pages 52, 197, 200, 221, 222, 228, 368, of this Volume.

[2] Or "Rysangre." All, perhaps, that is now known in reference to Rishanger, the "Historiographer," and his works, has been collected by Mr. Halliwell, in his Introduction (pp. v.–xvi.) to Rishanger's *Chronicle of the Wars of the Barons*, edited by him for the Camden Society in 1840.

of the preceding year. In A.D. 1300 (p. 80) the Saint Alban's Manuscript begins to borrow matter from other writers also, but continues in general to follow Rishanger down to 1306 (p. 109), where the most nearly complete Manuscript of Rishanger's *Continuation* (MS. Cotton. Faustina B. ix.) that seems to be now existing, ends abruptly from mutilation. How much lower in date Rishanger's Chronicle may have come down is uncertain. If, as seems not improbable, it extended to the close of the reign of Edward I., it bore, probably, in its closing pages considerable resemblance to the [1] *Annales* of his contemporary, Nicholas Trivet; which work (or else such lost portion of Rishanger) has been largely drawn upon by the Compiler of the Saint Alban's Chronicle in A.D. 1306, 7 (pp. 109–116). The earliest instance in which the Chronicle appears to have been indebted to Trivet for matter not in Rishanger is in page 80, *s. a.* 1300.

Sources from which the Saint Alban's Chronicle has derived the history of the reign of Edward I.

Under the years 1306, 7, the Compiler of the Saint Alban's Chronicle, in addition to Trivet, borrows from the [2] *Flores Historiarum* of Matthew of Westminster, the [3] *Chronica* of Adam Murimuth, and the [4] *Continuation* of Trivet's *Annales;* or else the sources from which those Compilations have respectively been derived. The only portions in fact of the Chronicle, under this reign, that appear not to be traceable to any older work, with the exception of two or three unimportant passages in pages 108, 110, and 111, are to be found in pages 81–83, and 114–118. All passages of this nature, it may be here remarked, will be readily distinguished by the reader, from the fact of their

[1] *Annales Sex Regum Angliæ;* edited by Hall, Oxford, 1719, and by Mr. Hog, for the English Historical Society, in 1845.

[2] Published by Archbishop Parker, London, folio, 1567 and 1570; Frankfort, 1601.

[3] Edited by Hall, Oxford, 1722, and by Mr. Hog, for the English Historical Society, in 1846.

[4] Edited by Hall, London, 1722.

having [1] "MS. Bibl. Reg. 13 E. ix." solely placed against them in the inner margin.

Sources from which Walsingham's *History*, and the Saint Alban's Chronicle, have derived the history of the reign of Edward II.

Edward II., A.D. 1307-1327 (pp. 119-190):

The whole of this reign, without exception, has been borrowed by Walsingham's *History* from the Saint Alban's Chronicle before-mentioned. From the beginning of it down to A.D. 1323 (p. 169) the Compiler of the Chronicle has been largely indebted to the [2]*Annales Edwardi Secundi* of John Trokelowe, a Monk of that house, who wrote in the reign of Edward II.: his language, however, is in general considerably altered in the Chronicle, being sometimes expanded, but more frequently abbreviated. The *Continuation of Trivet* has also been followed occasionally, and closely copied, from the beginning of the reign down to A.D. 1319 (p. 157). Murimuth also seems to have been occasionally the Compiler's sole authority, from the earlier years of this reign down to its close (p. 190). Three short passages (in pp. 127, 163, and 183) would seem to have been derived from the [3] *Vita et Mors Edwardi*

[1] This side-note will also be found placed against the date of the Dominical year given throughout the reign of Edward I.; from the fact, as already noticed, that the Saint Alban's Chronicler, and, after him, Walsingham, has abandoned Rishanger's numeration, and adopted a numeration of his own.

[2] Published by Hearne, Oxford, 1729. There can be little doubt that it is solely through inadvertence on part of the Saint Alban's Compiler, that he has attributed this Chronicle (see p. 163, Note 4, and p. 165 of this Volume) to William Rysangre (Rishanger). On this subject, the reader may consult with advantage Mr. Hardy's General Introduction to the *Monumenta Historica Britannica*, p. 30. See also Mr. Halliwell's Introduction to Rishanger's *Wars of the Barons*, pp. vii., ix.

[3] Published by Camden in the *Anglica, Normannica*, 1603. It has been alleged by Bishop Nicolson (*English, Scotch, and Irish Libraries*, p. 56, ed. 1776) that Walsingham's account of the reign of Edward II. is wholly borrowed from this writer. Speaking in reference to the brief Chronicle of De la Moor as it now appears, such is certainly not the fact. For some suggestions as to the changes which De la Moor's Chronicle may have possibly undergone, the reader is referred to Mr. Hardy's General Introduction to the *Monumenta Historica Britannica*, pp. 11, 12.

Secundi of Thomas de la Moor, (written probably in the reign of Edward III.,) or, possibly, from a common source. From A.D. 1323 (p. 170) to 1325 (p. 176), the Compiler of the Saint Alban's Chronicle has been indebted to the short [1] Chronicle of Henry Blankforde, or Blaneforde, a Monk of Saint Alban's, whose work, in one instance (p. 170), he mentions by name. The text of the Anonymous Monk of Malmesbury, whose valuable Chronicle was published by Hearne in 1729 (in the same volume with Trokelowe and Blaneforde), or else the authority to which he was indebted, seems to have been drawn upon for two short passages, in page 189. The portions of the History of this reign, derived from the Saint Alban's Manuscript, the authorities for which the Editor has not succeeded in tracing, are to be found,—the more important of them,—in pages 121–123, 127–130, 133, 135, 138, 139, 143, 150, 151, [2] 158, 159, 164, 165, 167, 169, 170, 178–182, 186. The concluding characteristics of the years in this reign,—"*Transit annus, etc.*,"—are not to be found in Trokelowe or the other writers before mentioned.

The Compiler of the Saint Alban's Chronicle, confused probably by the number of, and variations in, his authorities, has committed several errors in the chronology of this reign, and some in the grouping of events, those in the history of Piers Gaveston more especially: further attention will be directed to this point, and the early chronology of Walsingham generally, in the Introduction to the succeeding Volume. At the commencement of the reign (p. 119) a passage appears in the printed texts, in reference to the marriage and Coronation of Edward II., which is not found in

[1] Published by Hearne, in the same volume with Trokelowe, in 1729.

[2] From the words in this page, "*Edwardus, qui modo regnat,*" the writer borrowed from by the Saint Alban's Compiler, must have been contemporary with the event which he describes.

the Saint Alban's Chronicle, or in the Arundel Manuscript; and at the close of it (p. 190), another passage (derived from Roger of Chester, or [1] Hemingburgh), is inserted in the printed texts, which does not appear in the Saint Alban's Chronicle, and which, though found in the Arundel Manuscript, is there transferred to the opening pages of the reign of Edward III.[2]

Sources from which Walsingham's *History*, and the Saint Alban's Chronicle, have respectively derived the history of the reign of Edward III.

Edward III., A.D. 1327–1377 (pp. 191–328):

At the beginning of the reign of Edward III., the Saint Alban's Chronicle, the printed texts of Walsingham, and the Arundel Manuscript, part company; not soon to re-unite in an uninterrupted course, so far as the Saint Alban's Volume is concerned; the other texts deviating very considerably from that of the Saint Alban's Manuscript, though differing between themselves to a comparatively short extent. To descend to particulars, as briefly as possible.—

From p. 129 to p. 136 in Camden's text (A.D. 1327–1338) there are variations, in the way both of omission and addition, from the text of the Arundel Manuscript for the corresponding period, as contained in pp. 191–200 of the present Volume. At the words "*Hoc anno, mense Martii, in villa,*" p. 136, edit. Camden and p. 200 of this Volume, the printed texts and that of the Arundel Manuscript begin again to run together, without further interruption. These variations in the printed texts, and the passages there found that do not appear in the Arundel Manuscript, will be set forth in the Appendix to the Second Volume.

But though it is thus early that the printed texts and that of the Arundel Manuscript reunite, it is not until we reach p. 221 of this Volume that the Arundel Manuscript and the printed copies resume the text of

[1] Known as "Hemingford" until the appearance of Mr. Hamilton's edition of his Chronicle.

[2] Page 192, ll. 10–26 of this Volume.

the Saint Alban's Chronicle, after having wholly abandoned it for the years 1327–1340. With apparently unaccountable carelessness too, although the Arundel and printed texts have at this point (p. 221) reached the year 1340 from other sources, they revert to 1337, and take up the narrative of the Saint Alban's Manuscript at that point. A few lines must of necessity be devoted to the authorities which have led the Compiler of the Arundel Manuscript to abandon the source from which he has thus far so closely and so constantly drawn.—

In MS. No. 655 of the Harleian Collection in the British Museum, we find the [1] *Polychronicon*, or *Polycratica*, of Roger of Chester, a Chronicle coming down to the year 1338; the manuscript of which appears to be of contemporary writing with the author's date, who is stated by [2] Pits to have flourished (*claruit*) in the year 1339. To this work, which seems to have been unknown to the Compiler of the Saint Alban's Chronicle so often mentioned, the Arundel Manuscript has been indebted wholly from p. 191 to p. 200 of this Volume. The Chronicle of Hemingburgh, or Hemingford (edited by Mr. Hamilton for the English Historical Society 1848, 9), there can hardly be a doubt, has been under equal obligations to it. That it is equally probable too, that the Compiler of the Arundel MS. resorted to Roger's text and not to that of Hemingburgh, may be inferred from the [3] fact

[1] Wrongly described on its title-page (of the 17th century) as being the "*Polychronicon of Ranulph*, "*Monk of Chester*."

[2] *Relat. Histor.* p. 438.

[3] As also, this other fact, that (with one slight exception) the text of the Arundel Manuscript no longer tallies with that of Hemingburgh after the period at which MS Harl. 655 (the Continuation of Roger of Chester) ends. The passage in p 265 relative to the Fortunate Islands, though resembling Hemingburgh (ii. p. 415), is, not improbably, derived from some common source.

that in pp. 191 and 199 there are passages transcribed from Roger of Chester's text that have not been adopted by Hemingburgh. At page 200 we find a passage, which, though very similar to one derived from the St. Alban's Manuscript in p. 223, can be traced probably to no known source, and must therefore be considered as original matter belonging to Walsingham.

At the conclusion of Roger of Chester's Chronicle in 1338, in MS. Harl. 655, the context is continued in a similar hand, but consisting, to a great extent, of [1] Letters from King Edward III., the Pope, and other personages. Of this Continuation also, the Compiler of the Arundel Manuscript has equally availed himself, between pages 200 and 221; and Hemingburgh has done the same. We have the same reason too that has been above mentioned, for coming to the conclusion that the Compiler resorted here to the text of MS. Harl. 655 and not of Hemingburgh; as in pp. 215 and 216 we find passages introduced evidently from the Harleian Manuscript, that are not to be found in Hemingburgh's text. Indeed, on minute examination it would seem, that there are fair grounds for believing that MS. Harl. 655 is the identical copy that was employed by the Compiler of the Arundel Manuscript.

[1] For all these Letters, the reader is referred in the Arundel Manuscript to the end of the volume (see pp. 201, 208, 217, 219, 229, 231, 234, 235, 237, 241, 247, 248, 255, 259), where, however, they are not now to be found; either from the fact of the Compiler having neglected to insert them, or of their having been abstracted from the volume at some distant date. Some of them, however, are inserted, on paper, at the end of the volume, in a hand of the 16th century; but copied with such singular inaccuracy, that in the present Volume the texts of MS. Harl. 655 and Hemingburgh have been adopted throughout; more especially, as it hardly admits of a doubt that Walsingham derived this part of his materials from the former of those authorities. The text of the Saint Alban's Manuscript has been adopted for the Letter inserted in pp. 259, 260.

The borrowed context of MS. Harl. 655, already mentioned, has brought the History down to 1340; but here (p. 221), as previously noticed, the Compiler reverts to the Saint Alban's Manuscript, and takes it up at the year 1337, occasionally (pp. 224, 5) interweaving with its context matter common to MS. Harl. 655 and Hemingburgh. Having brought the narrative borrowed from the Saint Alban's Chronicle down to 1340 (p. 228), he reverts to MS. Harl. 655, and transcribes wholly from that source (with the exception of a single extract from the Saint Alban's Chronicle inserted very needlessly in p. 230, and little else than a repetition of what has been said from MS. Harl. 655 in p. 228) down to 1343 (p. 253); where he again returns to the Saint Alban's Chronicle, going back to 1341, and does not abandon it to the conclusion of the reign; the Letter given in pp. 255–258 being common to that Manuscript and the texts of MS. Harl. 655 and Hemingburgh.

From 1345 (p. 265) down to 1365 (p. 301), the Compiler of the Saint Alban's Chronicle has been indebted at times to a [1] Manuscript now in the Cottonian Collection, Cleopatra A. xvi.; or the two writers must have borrowed from a common source. At the same point, also, A.D. 1345, the language of the so-called *Continuation of Murimuth* (edited by Mr. Hog for the English Historical Society in 1846) begins to correspond closely with Walsingham's text, as drawn from the Saint Alban's Chronicle; and continues to do so to the conclusion of the reign. That the Compiler of the *Con-*

[1] A diminutive octavo Manuscript of the latter half of the fourteenth century, the contents of which embrace from A.D. 1299 to 1367; the history to 1325 being written by Robert de Reding; 1325–1345 by Adam Murimuth; and 1345–1367 by an anonymous writer, who styles himself (fol. 152b) "*Johannes de R. Monachus Westmonasteriensis, nomine tamen non conversatione.*" That he was a contemporary of the times that he describes, there can be no doubt.

tinuation has been indebted to the Saint Alban's Volume, or its immediate sources, and not the Saint Alban's Compiler to the Continuator, from the internal evidence afforded, there seems to be little room for doubt.

The original portions in the reign of Edward III. that are borrowed by Walsingham from the Saint Alban's Chronicle, or, in other words, those parts of its text for which the original authorities appear to be at present unascertained, will be found, in longer or shorter passages (denoted by the side-notes), between pages 221 and 328. The few original insertions of Walsingham's own, are short passages in pages 197, 200, 221, 222, and 228.

The reign of Richard II. in Walsingham's *History*.

At the reign of Richard II., Walsingham's *History* assumes a new and more important character; the first fifteen years of the reign being still derived from the Saint Alban's Manuscript so often mentioned, the History of which ends at 1392. How far that compilation has been indebted for the history of these years to contemporary sources of information, common to itself and other Chronicles of the same period, will be a subject of enquiry in the Second Volume. For the present, the Editor will only add, that the surmise expressed by Mr. Hardy, the present Deputy Keeper of the Public Records, in p. 30 of the General Introduction to the *Monumenta Historica Britannica*, that Walsingham and the Compiler of the *Historia Vitæ et Regni Ricardi Secundi, Angliæ Regis*, published by Hearne in 1729, borrowed their materials from some common source, will probably be found to receive confirmation, from the ascertained fact that the *Historia Ricardi*, like Walsingham's *History*, is borrowed to a considerable extent from the Saint Alban's Manuscript, Bibl. Reg. 13 E. ix.; the former extracting from it matter that Walsingham has omitted, and omitting much more that Walsingham has transcribed.

Relation borne by Walsingham's *History* to the *Historia Ricardi II.*, published by Hearne.

Matters reserved for future consideration.

The authorship of the Saint Alban's Chronicle, the biography of the Compiler of this *History*, to the limited extent that information has survived to us in reference to him, and the nature and titles of his other literary works, will come under notice in the ensuing Volume; as also, the relation borne by MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. and Walsingham's *History* to MS. Bodley 462 (olim F. 9. 17) and the Fragmentary Histories contained in the Saint Alban's Volume (No. VII. in Nasmith's *Catalogue*) now preserved in the Parker Collection at Corpus Christi College, Cambridge.

H. T. R.

LIST of HISTORICAL WORKS, printed or manuscript, to which reference is made in the present Volume.

Cited as	
The printed texts of Walsingham.	The *English History* of Thomas Walsingham, Monk of Saint Alban's, A.D. 1272–1422; published by Archbishop Parker, folio, London, 1574, and by Camden (*Anglica, Normannica, etc.*), folio, Frankfort, 1603.
The Arundel Manuscript, or 'the 'original.'	Small folio MS. of Walsingham's *English History*, No. VII. in the Arundel Collection at the College of Arms.
MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.; 'the Saint Al-'ban's Chronicle,' or 'Manuscript.'	Folio MS. of the close of the 14th century, in the King's Library, in the British Museum, numbered 13 E. ix.; A.D. 1272–1392, folios 177–326.
Rishanger	The Chronicle of William Rishanger, or Rysangre, Monk of Saint Alban's, A.D. 1272–1306; quarto MS. Faustina B. ix. (fol. 75–144), Cottonian Collection, in the British Museum; mutilated at the conclusion.
Trivet	*Annales Sex Regum Angliæ*, of Nicholas Trivet, A.D. 1136–1307; edited by Mr. Hog, 8vo., London, 1845.
Matthew of Westminster.	The *Flores Historiarum*, of Matthew of Westminster, from the Creation to A.D. 1307; edit. Frankfort, folio, 1601.
Continuation of Trivet.	*Nicholai Triveti Annalium Continuatio*, A.D. 1107–1318; edited by Hall, 8vo., London, 1722.
Murimuth	*Chronica sui Temporis*, of Adam Murimuth, A.D. 1303–1346; edited by Mr. Hog, 8vo., London, 1846.
Trokelowe	*Annales Edwardi Secundi*, of John de Trokelowe, Monk of Saint Alban's, A.D. 1307–1323; edited by Hearne, 8vo., Oxford, 1729.

Cited as	
De la Moor	*Vita et Mors Edwardi Secundi*, by Sir Thomas de la Moor, A.D. 1307–1327; edited by Camden (*Anglica, Normannica, etc.*), folio, Frankfort, 1603.
Blaneforde	*Chronica de Treugis inter Scotos et Anglos*, of Henry de Blaneforde (or Blankforde), A.D. 1323–1325; edited by Hearne (with Trokelowe), 8vo., Oxford, 1729.
Monach. Malmesb. .	*Vita Edwardi II., Monachi cujusdam Malmesburiensis*, A.D. 1307–1327; edited by Hearne, (with Trokelowe and Blaneforde) 8vo., Oxford, 1729.
Roger of Chester . .	The *Polychronicon*, or *Polycratica*, of Roger (miscalled "Ranulph") of Chester, from the Creation to A.D. 1338; folio MS. of the 14th century, in the Harleian Collection in the British Museum, No. 655 (fol. 1–292).
Hemingburgh, or Hemingford.	*Chronicon Domini Walteri de Hemingburgh*, A.D. 1066–1346; edited by Mr. Hamilton, London. 2 vols. 8vo., London, 1848, 9.
MS. Harl. 655 . . .	Continuation of the *Polychronicon* of Roger of Chester, in the Harleian MS. No. 655 above mentioned, fol. 293–309.
MS. Cleop. A. xvi. .	A small octavo MS. of the latter half of the 14th century; purporting, from folio 152 to the end (A.D. 1345–1367), to be written by "Frater Johannes de "R. Monachus Westmonasteriensis;" numbered A. xvi. in the Cotton Collection, in the British Museum.
Continuation of Murimuth.	*Adami Murimuthensis Continuatio a quodam Anonymo*, A.D. 1337–1377; edited by Mr. Hog, with Murimuth, 8vo., London, 1846.
MS. Faustina, B. ix.	A mutilated Chronicle, A.D. 1360–1399, succeeding that of Rishanger, in MS. Faustina B. ix. (fol. 145) in the Cottonian Collection.
The 'New Rymer,' or 'New Fœdera.'	The Fourth Edition of the *Fœdera, etc.*, of Thomas Rymer; published by the Record Commission. 3 vols. folio, London, 1816–1830.

THOMÆ WALSINGHAM,

QUONDAM MONACHI S. ALBANI,

HISTORIA ANGLICANA.

*PRÆFATIO AD LECTOREM.

Cum nos non nobis solum natos esse meminerim, (Lector optime) sed patriæ, parentibus, et amicis, istam Thomæ Walsinghami Historiam non uni mihi private retinendam, sed ad communem omnium utilitatem divulgandam, putavi: idque eo magis, quoniam ille percommode exordiri mihi videtur ab *Henrico Tertio* Rege, in quo vera illa et fidelis Matthæi Parisii Historia desiit. Lex autem cum hæc sit historiæ, ut rei potius veritatem quam orationis elegantiam desideret, illud me quoquo modo dehortari non poterat, quod ille crasso ac levidensi filo scripserit. Egregia enim et rarissima gesta cum illius historia contineat, non dubito quin multa apud nos præclara ingenia sint, qui cum per ætatem melius possint, hoc illius opus meliori fuco et apparatu splendidiore illustrent. Rationem interim et exemplum Titi Livii Frulovisii Ferrariensis odi: qui cum *Henrici Quinti* res gestas proposito præmio scribendas in se susciperet; ne videretur authorem quendam ἀνώνυμον eisdem vestigiis insequi, quoniam pingui Minerva usus esset, cujus Historia sic exorditur, "Lucerna posita sub modio," multa ab eo egregie scripta, et a principé inclyto divinitus facta, omnino prætermisit. Curiosam istam in alios injuriam, seu delicatam philautiam, non approbo, maloque cum bona fide crassissime dicta commemorare, quam, ut

* Preface to Archbishop Parker's Edition, A.D. 1574.

mihi aliquid arrogem, mortuos injuria afficere, posteros rerum anteactarum veritate fraudare. Vitio ego hic mihi datum fore non dubito, quod multas hujus regni historias antiquissimas ediderim, in quibus monastica quædam fragmenta, aut potius aniles fabulæ, reperiuntur. Sed his libenter ignosco, qui zelo bono adducti, rem prima specie fœdam detestantur, cum nullam habeant occasionem altius et profundius considerandi, quanta et quam quotidiana sit istius rei necessitas. Nam si rem mecum penitus introspicerent, Matthæos Parisium et Westmonasteriensem, cum suis fabulis et portentis (quibus hodie nemo credit) potius edendos, quam homines pios et scriptores sinceros reliquis illorum historiis (quæ hodiernæ veritati magnopere suffragantur) privandos putarent. Quibus si ad Papisticæ disciplinæ expugnationem, mutilato, inverso, et conciso eorum opere, uteremur, illi contra justissime reclamarent, aut non esse illorum hominum historias, aut si sint, deletas, corruptas, mutatas, imperfectas, adulteratas esse. Ita eo fugiendo quod non est necesse, in id incidemus quod non est decorum, et cum exemplis superiores simus, fide inferiores erimus: et nos illorum virulentiæ et maledictis obnoxios faciemus, cum alioqui suis eos sententiis configere, suis gladiis interficere possimus. Quid enim oratori tam prodest, ut exultantem adversarium frangat, quam aliquod illius stulte dictum aut impure factum commemorare? et suis eundem vocibus sic obtundere, magis ut pudeat quid ipse dixerit, quam recte caveat quid adversarius possit dicere. Sed concedamus paululum nullum in eo Papistis scandalum dari, nec historiæ fidem in dubium vocari posse, si multa corrigantur, multa ne inserantur quidem: quid tandem erit in illis nugis et insomniis periculi? Certe si deliriis et monasticis vanitatibus quisquam ebriosus et tanquam fascinatus fuerit, is eisdem credet, etiamsi in nostris historiis nihil tale reperiat. Totus siquidem terrarum orbis istis insomniis et miraculis cir-

cumfluit; et qui in sordibus est, sordescet adhuc. Quod cum ita sit, videamus quis sit hodie rerum nostrarum status in Anglia, et utrum nimium an parum credendo magis periculum impendeat. Sane quidem (tibi grates, O Summe Pater), ita omni ex parte bestiæ magnæ et tricipitis caput contritum est, ita concussæ sunt nugæ monasticæ, ita depulsæ tenebræ, ita lux Evangelica propagata, ut nemo jam adeo hebetis et obtusi ingenii Papista sit, quin Legendæ Aureæ miracula, et illis consimilia, ad politicam Romanæ Ecclesiæ gubernationem potius excogitata dicat, quam se eisdem credere quoquo modo fateatur. Et ut propius ad nos veniamus, (ut nunc sunt hominum ingenia) nonne id potius metuendum est, ne multi sint qui se nihil credere oportere existimant, quam ut pauci supersint qui nimium credant? Magis ut miseranda illorum ignorantia, quam ferenda istorum incredulitas et insolentia videatur? Utinam profecto iste sermo quotidie in circulis et conviviis liberius non exiret, tantum se credere quemque oportere, quantum ratione (ne dicam sensu) consequi poterunt: in utroque extremo vitium est, in illo crassum, in isto periculosum. Illi nimium desipere videbantur: nos nimium sapere videri volumus. Ego equidem quoties in fabulas monasticas et aniles ineptias oculos conjicio, iisdem summa cum voluptate mea fruor. Apertam enim Dei bonitatem, et expressam misericordiam in nostra tempora videre mihi videor. Intueor siquidem eodem momento et inanes illas tenebras, quas patrum nostrorum oculis Deus effudit, et immensam lucem, quam idem nobis eorum posteris revelavit. Istius sententiæ bonos omnes juxta mecum esse existimo, magisque vereor, si omnia istiusmodi somnia et deliria deleantur, ne tandem aliquando Papistæ negent hujusmodi nugas in Ecclesia Anglicana unquam fuisse ante diruta Cœnobia (quod multi jamdudum factitarunt) quam ut eadem re perspecta, et cognita veritate, quenquam decipiant. Multa

antiquitus prodita sunt mendacia de gentium et virorum origine, multa erant auguria, multa aruspicum responsa, multæ divinationes; quibus tanta fides est habita, ut religio ex illis constituta plus quam mille annis perduraverit: et tamen veniente in mundum Christi Evangelio, omnia tanquam nebulæ penitus evanuerunt. Adulterinæ merces lucem ferre non poterant, eadem tamen post aliquod tempus in manus hominum recepta sunt, non tam ut iis quisquam capi quam ut delectari posset. Ridebat quisque superiorum temporum inscitiam, deprehendit errorem, denique profanos ritus, mores, et ceremonias (ut nos hodie) sine ullo conscientiæ labe aut discrimine legebant. Quis est qui in hoc ævo Romulum in cœlum subdito emigrasse credat? Quis Numam Pompilium cum dea Egeria congressus tacitos habuisse, et ex illa leges Romanas didicisse? Quis Titi Latinii insomnium? Quis Marci Ceditii de Gallorum adventu vocem admiretur? Quis putet paulo ante Cæsarem interfectum bovem corde caruisse? aut, si caruerit, Cæsarianæ mortis portentum fuisse? Quis Tarquinii jussu Attium Navium cotem novacula præcidisse opinetur? Quis Alexandrum crediderit amicum Ptolemæum a morte ad vitam radicula quadam revocasse, quam illi draco per quietem ostenderat? Et hæc tamen omnia ab Historicis et Oratoribus præstantissimis scribuntur, et a nobis quotidie sine ullo superstitionis discrimine leguntur. Et, ut Historicos paululum omittamus, veniamus ad Theologos. Scribit Turpinus Remensis Archiepiscopus, et unus de primoribus Galliæ, eam illi cum Carolo Magno familiaritatem intercessisse, ut alter alteri religiose promitteret, ut quisquis prius moriretur, mortis suæ tempus quam fieri potuit diligentissime superstiti significaret. Quod cum inter eos utrinque pactum conventumque esset, Turpinus die quadam, dum rem divinam faceret, in extasim raptus, agmen dæmonum vidit versus Lotharingiam prætereun-

Hæc omnia apud Titum Livium.

Cice. de Divinatione.

In Historia sua de Carolo, cap. 23.

Si lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ? Matth. 6.

tium; e quibus cum unum rogaret, quo proficisci vellent, respondit se Aquisgranum ad Caroli Magni mortem festinare, ut illius animam ad infernum raperent. Tum ille in nomine Jesu illum adjuravit, ut eadem via reversus, fideliter illi ostenderet, quid de Carolo factum esset. Quod cum sollicite dæmon faceret, dixit Caroli animam ex illorum manibus abreptam esse: quia cum omnia illius facta, tum bona tum mala, stateris librarentur, tot ligna et lapides in alteram a Divo Jacobo Gallitiano decapitato (quibus ille multas ecclesias dicavit) imposita esse, ut illius benefacta malefactis longe superiora essent. Quid hoc miraculo stultius aut inanius? Quis est hodie apud Anglos tam stupidus et insensatus, ut huic credat, etiamsi a Matthæis Westmonasteriensi et Parisio scribatur? Quis hodie putat vel Dunstanum Archiepiscopum Diabolum illius operi insidiantem naso suspensum tenuisse, vel Ulstanum Wigorniensem juxta Divi Edwardi sepulchrum baculum marmoribus adeo infixisse, ut nec a Lanfranco, nec alio quocunque, nisi solo Ulstano, evelli posset? Ista omnia antiquitatis deliria cognoscere salus est adolescentulis: et plures, credo, ad castissimam nostram religionem crassis istis et impuris exemplis ante oculos positis adducuntur, quam ullis politicis aut humanis præceptis. Difficile est enim id diligere quod aperte sordet; nec unquam postea ille cibus stomacho placere potest, qui semel nauseam ingeneravit. Ita qui populum semel aut sæpe miraculis deceptum viderit, nunquam eisdem in posterum credet. Hunc enim sensum unusquisque nostrum habet, ut si ab homine ista fieri dicantur, nihil possibile, sin a Deo, nihil impossibile, credamus. Ipsa Evangelii lux vanitatis tenebras non patitur, neque in ea gente deliria et præstigia unquam possunt reviviscere, apud quam Christiani verbi puritas semel invaluit; quod si unquam credamus, imbecillitatis nostræ fidei, non alicujus periculi, argumentum est. Nam cum omnes urbes, omnia templa,

Hoc commentum habetur in Hist. Aurea, li. 2. ca. 7. Et Mat. Paris. pa. 290, anno 1206. Et in Florilegio, anno 814. Et in Sermonibus Discipuli. Et in Polichron. lib. 5. cap. 26.

omnis domus, Scripturis sanctissimis abundent, non potest ista antiquitatis crassities in ullo angulo aut latibulo sine lumine, sine indicio, sine veri perspicientia, delitescere: aut, si quisquam omnium sit qui in tanta luce tenebras etiamnum mordicus retineat, induravit cor ejus Dominus, et de eo magis desperandum est, ne nunquam resipiscat, quam metuendum ne istis miraculis cæcus fiat, qui jamdudum in ipsa luce cæcutire et offendere desiderat. Hæc in eum finem a me scribuntur (suavissime Lector), non ut te a puro Evangelii fonte ad turbulentos miraculorum lacus adigam, sed ut tu (cum in ea incideris) Deo gratias agas, quod eam tibi lucem ostenderit quam patribus tuis denegavit: nec antiquissimas istas patriæ tuæ Historias prorsus rejicias, quoniam in illis falsa miracula produntur; ne in summa rerum nostrarum ignoratione semper verseris, cum nec ulla antiquitatum vestigia nisi in illis scriptoribus reperiri possint, nec quisquam sit qui perfectam rerum nostrarum Historiam hactenus scripserit. Id ego aliquando exactissime futurum non dubitarem, nisi in Deum et homines ingrati essemus; dum nec labores alienos merito approbamus, nec ingenia excellentia (ut solent aliæ nationes) præmio et honore afficimus. Immo vero, quasi nati ad barbariem essemus, doctissimos quosque et viros eloquentissimos cum indignitate rejicimus. Hæc in nobis et alia quæcunque vitia Deus optimus maximus pro sua summa clementia corrigat: et tibi, Lector optime, multorum annorum felicitatem cum salute sempiterna concedat. Vale.

THOMÆ WALSINGHAM,

QUONDAM MONACHI S. ALBANI,

HISTORIA ANGLICANA.

De Tempore Regis Edwardi, post Conquæstum Primi.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1272. Death of Henry III.

Anno gratiæ millesimo ducentesimo septuagesimo tertio, qui est annus regni Regis Henrici, a Conquæstu Tertii, quinquagesimus septimus et ultimus, cum idem Rex Henricus condignam ultionem Northwicensibus dedisset sacrilegiis, Londonias redire decrevit. Et cum ad Abbathiam Sancti Edmundi, Regis et Martyris, declinasset, gravi languore corripitur, qui eum non deseruit usque ad vitæ finem. Dum ægrotaret enim, venerunt ad eum Comites et Barones terræ, cum Pontificibus, ut ejus transitui interessent. Confessus est autem humiliter peccata sua, tundens pectus suum, et malam remittens omnibus voluntatem, emendationem quoque vitæ promittens. Ex hinc absolvitur a Prælato: deinde devote suscepit corpus Christi, et, unctione [1] delibutus extrema, crucem Domini suppliciter adoravit, jubens debita sua solvi, et residuum indigentibus æque partiri. Cum hæc rite peregisset, reddidit spiritum suum Deo. Corpus autem ejus apud Westmonasterium honorificæ traditur sepulturæ.

Children of Henry III.

Regnavit quinquaginta sex annis, et amplius, quantum distat a festo Sanctorum Simonis et Judæ usque ad festum Sancti Edmundi Pontificis, id est, viginti diebus. Duxerat autem in uxorem mulierem nobilem, filiam Comitis de Saveye, nomine Alienoram; de qua suscepit filios, Edwardum, qui post ipsum regnavit, et Edmundum, qui fuit Comes Leycestriæ et Lancastriæ, et duas filias, scilicet, Beatricem, quæ nupsit Comiti Britanniæ, et Margaretam, quæ fuit Regi Scotiæ conjugata.

[1] *delibatus* in the printed texts.

A.D. 1272. Iste Henricus Rex inchoavit novam fabricam ecclesiæ Westmonasterii, sed non perfecit. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Character of Henry III.

Singulis namque diebus tres Missas cum nota audire solebat, et, plures audire cupiens, privatim celebrantibus assidue assistebat; ac cum sacerdos corpus Dominicum elevaret, manum sacerdotis tenere, et illam osculari, solebat. Contigit autem aliquando Sanctum Lodowicum, Francorum Regem, cum eo super hoc conferentem, dicere quod non semper Missis, sed frequentius Sermonibus, audiendis esse vacandum. Cui faceta urbanitate respondens, ait, se malle amicum suum sæpius videre, quam de eo loquentem, licet bona dicentem, audire. Erat autem staturæ mediocris, compacti corporis, alterius oculi palpebra demissiore, ita ut partem nigredinis pupillo celaret. Robustus viribus, sed præceps in factis. In quibus tamen quia fortunatos et felices exitus habuit, putant eum multi apud Merlinum fatidicum per lyncem designatum, omnia penetrantem.

Cum igitur corpus magnifici Regis commissum fuisset honorificæ sepulturæ, quia Edwardus, filius ejus primogenitus, in Terra Sancta detentus fuit Crucis negotio, et absens regni administrationem non valebat exequi; die proximo post patris ejus sepulturam, Frater Robertus [1] Kylwardby, Cantuariensis Archiepiscopus, et Gilbertus Comes Gloverniæ, cum aliis prælatis ac regni proceribus, Londoniis apud Novum Templum convenientes, Edwardum absentem dominum suum ligium recognoverunt, paternique successorem honoris ordinaverunt: et de assensu Reginæ matris statuerunt Custodes regni, ministrosque fideles, qui regio fisco præessent, et proventus regni ad opus Regis novi ex integro reservarent; cujus pacem jam ubique fecerunt per Angliam proclamari.

Prince Edward, though absent, acknowledged King.

Eodem anno Edmundus, filius Regis Henrici, frater Edwardi, rediit in Angliam de Terra Sancta.

Accession of Edward I.

Edwardus igitur, Regis Anglorum Henrici Tertii ex Alienora, filia Comitis Provinciæ, vel Sabaudiæ, primogenitus, ætatis suæ anno tricesimo quarto patri successit in regnum. Fuit autem prudens in gerendis negotiis, ab adolescentia armorum deditus exercitio, quo in diversis regionibus eam famam militiæ adquisierat, qua totius orbis Christiani sui temporis principes singulariter transcendebat Elegantis erat formæ, staturæ proceræ, qua humero et supra communi populo præeminebat. Cæsaries in adolescentia a colore pene argenteo vergens in flavum, in juventute vero a flavo declinans in nigredinem,

His person.

[1] *Kylwardy* in orig. and in Parker's text; *Kylwarby* in Camden's text. Corrected from Rishanger and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. [1]senectute in [2]cygneam versa canitiem venustabat. Frons lata, cæteraque facies pariliter disposita, eo excepto, quod sinistri oculi palpebra demissior paterni aspectus similitudinem exprimebat; lingua blæsa, cui tamen efficax facundia ad persuadendum in rebus non defuit perorandis. Brachiorum ad proportionem corporis flexibilis productio, quibus vivacitate nervica nulla cujusque erant ad usum gladii aptiora. Pectus ventri præeminebat, tibiarumque longa divisio equorum nobilium cursu et saltu sessoris firmitatem prohibuit infirmari. Cum vacaret ab armis, venationibus tam avium quam ferarum indulgebat, et maxime cervorum, quos in equis cursoribus solebat insequi, gladioque, vice [3]venabuli, confodere apprehensos. A.D. 1272.

Quem commorari in protectione Dei cœli notum erat. Nempe cum adhuc adolescens esset, et cum quodam milite in camera testudinata ludo scaccarii occuparetur, subito, nulla occasione præstita, inter ludendum surgens discessit, et ecce! lapis immensæ magnitudinis, qui sedentem conquassasset, cecidit in eundem locum quo sederat; propter quod miraculum, Beatam Mariam apud Walsingham [4]propensius honorabat. Ei vero attribuebat, quod periculum [5]istuc evasit.

His character. Inerat ei præterea magnificus animus, injuriarum impatiens, periculorum oblivisci cogens, dum vindicari cuperet; qui tamen facillime, humilitate exhibita, potuit emolliri. Nempe cum quodam tempore juxta quamdam ripam falconum aucupio se exerceret, unum de comitibus suis ex altera parte fluvii, negligentius se habentem circa falconem, quæ anatem inter salices corripuerat, arguit, et objurgationi minus, ut videbatur, obedienti, minas adjecit: at ille, attendens nec pontem nec vadum consistere in propinquo, facilitate quadam respondit;—"Eja," inquit, "sufficit mihi quod nos ab invicem dividit flumen "[6]istud." Quo responso exasperatus, filius Regis aquam ignotæ profunditatis ingressus, equo natante, transivit in crepidinem alvei fluminis decursu cavatam, et cum difficultate ascendens, gladio extracto, insequitur fugientem; qui tandem per fugam desperans evadere, regyrato equo, nudatoque capite, humiliter collum prætendit, et Edwardi se obtulit voluntati. Quo facto, ab incepto suo fractus, Regis filius gladium reposuit in vaginam.

---

[1] *senectutem* in orig. and in the printed texts.

[2] *agneam* in orig., erroneously; *cygneam* in Rishanger, MS. Bibl. Reg. 13 E. ix., and the printed texts.

[3] *vanabuli* in orig.

[4] *propencius* in orig.

[5] *istud* in the printed texts.

[6] *fluvium istud* in Parker's text, *fluvius iste* in Camden's text.

A.D. 1272, 3.

Deindè reversi, pacifice falconis relicti pariter curam egerunt. Hæc de moribus et adolescentia filii Regis Henrici commemoravimus, ne posteris gesta talia sint ignota. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Transit annus iste frugifer et fructifer inter utrumque; Romanis [1] desideratus, propter intronizationem Papæ; tristis Terræ Sanctæ, propter [2] abcessum exercitus Christiani; Anglis lætus, propter electionem Regis novi.

Rudolph of Hapsburg elected Emperor.

Anno gratiæ millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, qui est annus Edwardi, a Conquæstu Primi, primus, principes Teutonicæ, cognoscentes veraciter mortuum esse Dominum Ricardum, Regem Alemanniæ, quondam fratrem Regis Anglorum Henrici, convenerunt in unum, et [3] Radulphum de Assio Comitem Ruphum elegerunt in Imperatorem Romanorum; qui anno eodem in Regem Alemanniæ solemniter coronatur. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Edward leaves Syria; and arrives in Italy.

Edwardus jam Rex Angliæ præsignatus, dum moram apud [4] Accon faceret, et Christianorum ac Tartarorum auxilia frustra diutius expectaret, consilio inito, relictis ad Terræ Sanctæ defensionem stipendiariis, naves repatriaturus ingreditur, cursuque velivolo Siciliam usque pervenit; ubi a Rege Karolo honorifice susceptus est. Cumque per dies aliquot recreandi gratia se et suos ibidem continuisset, rumores primo de morte filii sui Henrici, ac postmodum de morte patris, accepit. Qui dum mortem patris anxius quam filii sui plangeret, a Rege Karolo, vice consolatoris assistente, plurimumque mirante, super hoc requisitus, dicitur respondisse;—"Jactura, Domine Rex, "filiorum facilis est, cum cotidie multiplicentur: parentum "vero mors irremediabilis est, quia nequeunt restaurari."

Karolus autem Rex discedentem Edwardum conduci fecit per Karolum, filium suum, usque ad ultimos terminos regni sui. Cum autem ad Veterem Urbem, ubi Papa cum sua Curia residebat, advenisset, occurrentibus ei Cardinalibus omnibus, cum honore maximo ad Domini Papæ præsentiam est deductus. Cui super morte consanguinei sui, Henrici de Alemannia, anxiam deposuit querimoniam; quem non modo in offensam juris humani a Gwydone de Monte Forti, dum Missarum solemniis assisteret, constabat interfectum, sed in contemptum

The Pope excommunicates Guido de Montfort.

Ecclesiæ et scandalum nominis Christiani. Papa igitur, hiis commotus, Gwidonem excommunicavit, et omnes eundem receptantes; et, quousque Ecclesiæ satisfieret, terras eorum supposuit Interdicto. Discedens denique Edwardus a Curia, per

[1] *desiderat* in orig., *desideratus* in the printed texts.

[2] *discessum* in the printed texts.

[3] Meaning, Rudolph of Hapsburg.

[4] *Acton* in the printed texts.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

civitates Italiæ progreditur, ubique receptus a civibus cum gaudio maximo et honore. Ingressuro autem Sabaudiam, prælati ac proceres Angliæ quamplurimi in descensu montium occurrerunt. A.D. 1273.

Edward's prowess.

Cumque Edwardus pertransisset Sabaudiam, Comes [1] Kabilanensis eum ad ludum militarem, qui vulgo "torneamentum" dicitur, invitavit. Optabat enim ipse Comes, cum multis aliis, militiam Edwardi opere experiri; cujus jam fama repleverat totum orbem. Quorum votis condescendens, Edwardus se cum militibus suis, licet longa peregrinatione vexatis, partem velle tenere contra Comitem et suos proclamari fecit, ac quoscumque alios milites adventantes. Die itaque statuto congrediuntur partes, gladiisque in alterutrum ingeminantes ictus, vires suas exercent. Comes vero cuneum Edwardi penetrans, cum ipso cominus congreditur. Cui tandem, abjecto gladio, appropians, collum Edwardi brachio circumduxit, et tota fortitudine astringens, ab equo detrahere conabatur. Sed Edwardus, inflexibiliter se tenens erectum, dum Comitem sibi sensit firmius adhærentem, equum urgendo calcaribus Comitem a [2] sella abstraxit; quem ad collum suum pendentem fortius excutiens a se in terram dejecit. Commoventur exinde Burgundiones in iram, et ubique exercitium armorum in hostilem insultum, cœptumque ludi bellicum vertitur in tumultum. Cædunt igitur cedentes Anglici, et vim vi repellunt, fortiter impetus frangentes adversariorum. Interim Comes, refocillatus paululum, Edwardum secundo aggreditur; cujus super se manum sentiens aggravari, dedidit se eidem. Sicque peregrinis concessa victoria, partes ambæ in urbem pacifice revertuntur.

Edwardus facit homagium Regi [3] Francorum.

His homage to the King of France.

Post hæc, Edwardus venit in Franciam, et a Philippo, Francorum Rege, magnifice susceptus est; fecitque homagium pro terris suis quas de eo tenebat, sub conditione restitutionis terrarum patri suo, in venditione Normanniæ, promissarum. Deinde in Wasconiam proficiscitur, ad compescendum novos motus, quos in eadem Gasco de Bierna, miles nobilis et strenuus, sed a fide domini sui Edwardi deficiens, concitaverat. Cujus terras Edwardus cum exercitu potenter ingressus, ipsum in fugam coegit, et in quodam castro forti ac munito obsedit.

---

[1] Properly *Catalaunensis* "of "Chalons."

[2] *cella* in orig., and in the printed texts.

[3] *Franciæ* in the printed texts.

A.D. 1274. Transit annus iste frugifer et fructifer, opulenter; Romanis, Anglis, et Francis, sub quiete transactus; Saracenis etiam, et cunctis incredulis, nocivus. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Anno gratiæ millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, secundus, fuit Rex Edwardus ad Natale in Wasconia, cum uxore sua. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Council of Lyons. Hoc anno Gregorius Papa Decimus, Kalendas Maii, apud Lugdunum Generale Consilium celebravit; ad quod Græci et Tartari solemnes nuncios transmiserunt. Græci ad unitatem Ecclesiæ se redire spondent; in cujus evidens signum, cum cantaretur Symbolum, hortante Domino Papa, trina vice nuncii eorum "Et in Spiritum, Dominum vivicantem, qui ex Patre "Filioque procedit," replicaverunt celebriter et devote. Nuncii vero [1] Tartarorum infra tempus Concilii ad propria redierunt. Affuit ibi prælatorum numerus, quingenti Episcopi, Abbates sexaginta, prælati vero alii circa mille; unde dixit quidam;— Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

"Gregorius Denus congregat omne genus."

Ibi statutum est illud insigne, et a retro sæculis insolitum, [2] scilicet, quod omnes rectores curati deinceps forent sacerdotes. Prohibiti sunt et bigami primam tonsuram deferre; et quod nulli hominum deinceps liceat decimas suas ad libitum, ut antea, ubi vellet, assignare; sed matrici ecclesiæ omnes decimas persolverent. Ipse quoque Gregorius decimam sexannalem universali Ecclesiæ imposuit; pluralitatem beneficiorum curatorum damnavit. Aliquos status de Ordinibus Mendicantium approbavit, utpote Prædicatores et Minores; aliquos toleravit, utpote Carmelitas et Augustinenses. Aliquos reprobavit, ut Saccinos, qui intitulantur "de Pœnitentia," sive "de Valle Viridi," et consimiles.

Death of Thomas Aquinas. In via versus istud Consilium doctor venerabilis Frater Thomas de Aquino, de Ordine Prædicatorum, in quadam Abbathia monachorum Cisterciensium, quæ dicitur "Fossa Nova," diem clausit extremum. Cujus tam acuta, tam publica, sunt monumenta, ut "Doctor Communis" a viris scholasticis nuncupetur. Hic natione [3] Apineris, filius Comitis de Aquino, invitis parentibus, qui eum monachari volebant, Prædicatorum Ordinem est ingressus: missus vero ad Studium Parisiense, doctoratus gradum merito est adeptus. Super Libros Sententiarum quatuor scripta fecit; scripsit et primam partem de

[1] *Tartarorum baptizati et infra* in the printed texts.

[2] Omitted in the printed texts.

[3] *Campanus* in the printed texts.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1274.

Quæstionibus disputatis de Veritate. Scripsit et secundam partem de Quæstionibus disputatis de Potentia Dei, et tertiam partem de Quæstionibus disputatis, quarum initium est "de "Virtutibus." Item, contra Gentiles quatuor libros scripsit. Item, Summam Theologiæ, quam in tres partes divisit; et secundam, in duas. Sed morte præventus tertiam non complevit. Quatuor Evangelia, continuata expositione de dictis Sanctorum, glossavit. Litteralis etiam expositionis in Job edidit librum unum. Multaque alia scripsit, ad utilitatem legentium, quæ diligens lector invenire poterit intitulata in Chronicis Nicholai [1]Tryveth. Sanctitati vero ipsius a vitæ meritis attestantur miracula, quæ post ejus transitum, et in vita ipsius, plurima contigerunt. Nocte vero ipsa, qua de hoc mundo transiit, apparuit in somnis germano suo, Comiti de Aquino, in habitu Ordinis sui, tradens eidem in manu litteram quamdam clausam. Qui cito post excitatus, cum sentiret se litteram habere in manibus, camerarium suum advocavit, jussitque lumen celeriter apportare; quo allato, litteram aperiens invenit ibi aureis apicibus, omne humanum artificium sua formositate excedentibus, hoc inscriptum, "Hodie factus sum Doctor in "Ierusalem." Conservata itaque littera, per nuncios ad inquirendum de statu suo missos, ipsum eadem nocte qua apparuit sibi, comperit ex hac luce migrasse.

Gaston de Bierne.

Sub eisdem diebus Gasco de Bierna a Rege Anglorum obsessus, cum, omni jam via evadendi sibi præclusa, attenderet rem esse in foribus ut ad deditionem cogeretur, super negotio quod inter Regem Edwardum et ipsum vertebatur, appellationem interponit ad Curiam Regis Francorum. Cui deferens Rex Edwardus, nolens Regem Francorum, quem nuper dominum suum pro terris in Francia recognoverat, contra se partem facere, dissentientibus multis de suis, obsidionem amoveri jussit, ministris suis committens, ut in Curia Regis Franciæ causam prosequerentur contra Gasconem. In qua tandem, injuriosæ rebellionis convictus per Regem Francorum, Regis Angliæ adducitur voluntati. Edwardus Rex, postquam obsidionem dimiserat, ordinatis pro articulo temporis rebus Wasconiæ, in Angliam properavit; ubi a clero et populo est receptus cum gaudio et honore.

Coronation of Edward.

Dominica vero infra Octabas Assumptionis Beatæ Virginis, in ecclesia Westmonasteriensi, una cum Alienora, consorte sua, a Roberto, Cantuariensi Archiepiscopo, inungitur in Regem, et solemniter coronatur. Coronationis solemnitati interfuerunt Regina mater, Alexander Rex Scotorum, Duxque Britanniæ, ambo Regis sororii; cum Prælatorum, Comitum, et Baronum,

---

[1] *Trivett* in the printed texts.

A.D. 1274–1275. aliorumque nobilium, multitudine copiosa: et tunc tricesimi sexti ætatis suæ anni Rex impleverat duos menses; qui in crastino coronationis suæ, recepto a Rege Scotorum homagio, ipsum dimisit ad propria, plurimum honoratum. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Disease among sheep.

Eo anno, infausta lues ovium surrepsit in Anglia, ut ubique repente ovilia, peste grassante, vacuarentur; quæ duravit sequentibus viginti octo annis, ita ut nulla totius regni villa hujus miseriæ clade careret. Causam hujus morbi, prius insuetam incolis, attribuebant multi cuidam diviti de Francorum partibus, qui applicuerat in Northumbriam, adducens secum quamdam ovem Hispaniæ morbidam, quæ totum gregem Angliæ morbi traductione contaminavit; quæ erat de [1] bimalis boviculi quantitate.

Transit annus iste frugifer et fructifer opulenter; Ecclesiæ memorialis et celebris, propter honorabilis Consilii celebrata Statuta apud Lugdunum; Wasconibus inquietus, propter rebellionem Gasconis; Anglis desiderabilis, propter solemnitatem diu desideratæ regiæ coronationis.

Gaston de Bierne.

Anno gratiæ millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, tertius, Gasco de Bierna, in Angliam veniens, cum resti circa collum ad Regis præsentiam est adductus; quem ad suam misericordiam Rex recipiens, morte condonata, in castro Wyntoniæ per annos aliquot custodiæ mancipavit. Qui tandem per Regis gratiam liber dimissus ad propria, Regi Angliæ semper in posterum gratus extitit et fidelis. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Llewelyn refuses to attend Parliament.

Hoc anno coactum est Parliamentum Londoniis; ad quod invitatus est per solemnes nuncios Leulinus, Princeps Walliæ; qui, invitatus, regiæ coronationi [2] per prius contempserat interesse. Cumque moneretur per nuncios, ut veniret et homagium debitum Regi faceret, finxit se non audere intrare Angliam, propter insidias quorundam majorum regni sibi insidiantium ea vice. Et ideo, pro sua securitate, filium Regis et Gilbertum Gloverniæ Comitem, [3] Robertum Burnelii, Regis Cancellarium, obsides postulavit. Quod Rex indigne tulit; sed tamen, dissimulato negotio, inceptum Parliamentum consummavit. In quo Statuta edidit contra Manum mortuam; ne de cætero possessiones terrarum seu redditTuum, sine speciali Regis licentia, ad manum mortuam devolvantur. Vocantur ergo Statuta in præsenti Parliamento edita, "Statuta Westmonasterii "Prima."

Statute against Mortmain.

[1] *biennalis* in the printed texts.
[2] *primo contempserat* in the printed texts.
[3] *Robertumque Burnelii*, in the printed texts.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1275–1276.

Edward proceeds to Chester

Post Parliamentum vero Rex, ut Leulino Principi Walliæ liberior ad se pateret accessus, Castriam usque, quæ in confinio Walliæ sita est, progreditur. Missis iterum nunciis, homagium exigit ab eodem. Quo mandatis regiis parere detrectante, Rex exercitum convocat, disponens Principem, sibi denegantem homagium, de suo feodo expugnare.

Eodem anno, in partibus Australibus Angliæ, et Occidentalibus, terræ motus horribilis contigit, feria quarta infra Octabas Nativitatis Virginis gloriosæ. Pestilentialis etiam ægritudo, oves consumens, scabie plurimas interfecit.

Hoc anno, solvit populus Regi quintamdecimam bonorum, quæ patri suo dicebatur præconcessa.

Transit annus iste frugifer et fructifer Anglicæ regioni; Christianis et incredulis a bellis ubique quietus.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The daughter of the Earl of Leicester seized.

Anno millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, quartus, Comitissa Leycestriæ, relicta videlicet Simonis de Monteforti, quondam Comitis Leycestriæ, quæ fuerat soror Henrici, Regis Angliæ, et, occiso marito, cum suis in Galliam fugerat, ac in domo Sororum de Ordine Prædicatorum apud Montargys, a sorore viri sui fundata, morabatur, filiam suam transmisit in Walliam, Principi, sicut patre vivente sub certis factis conventum fuerat, maritandam. Ducem vero itineris, ac procuratorem negotii, Aymericum, filium suum germanum, puellæ constituit, assignata eisdem comitiva. Qui suspectum habentes iter per Angliam, emenso multo maris spatio, ad insulas Silvias, quæ terminos Cornubiæ e vicino respiciunt, devehuntur; ubi a quatuor navibus Bristollensibus, ex insperato supervenientibus, comprehensi, ad præsentiam Regis Angliæ deducuntur; qui, retenta puella honorifice in comitivam Reginæ, Aymericum, fratrem suum, primo in castro de Corf, et postea in castro de Scherebourne, sub custodia libera detinuit, sed secura.

Gregory X. Innocent V.

Eodem tempore Papa Gregorius, apud Arescium defunctus, ibidem traditur sepulturæ. Cui successit Innocentius Quintus, natione Burgundus, de Tarentasia, dictus [1]antea "Frater Petrus;" qui in Ordine Prædicatorum studio Scripturarum deditus, ac Doctor Theologiæ Parisius factus, sapientiæ suæ memoria multa scribendo utilia posteris dereliquit. Qui cum esset vir religionis eximiæ, expertæque prudentiæ, primo Prior Provincialis fratrum suorum in Francia, deinde efficitur Archiepiscopus Lugdunensis; demumque a Papa Gregorio ad Cardinalatum

[1] *ante* in the printed texts.

A.D. 1276-1277. assumptus, constitutus est Episcopus Hostiensis. Factus autem Papa sedit mensibus quinque, diebus duobus, moriturque Romæ, et in Lateranensi ecclesia sepelitur. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Adrian V. Cui eodem anno successit Adrianus Quintus, natione Januensis, dictus antea "Octobonus," qui, Tituli Sancti Adriani Diaconus Cardinalis, a Papa Clemente Quarto Legatus in Angliam missus fuit. Hic Papa factus statim Constitutionem, quam Papa Gregorius Decimus fecerat de inclusione Cardinalium pro electione Summi Pontificis, suspendit; proponens eam aliter ordinare. Sed morte præventus, Constitutionem suspensam reliquit; sedit vero mensibus duobus.

John XXI. Papa Adriano defuncto, successit Johannes Vicesimus Primus, dictus "Petrus Hispanus." Hic Episcopus Tusculanus erat prius. In actibus diversis famosus, sed scientiarum florem pontificalemque dignitatem quadam morum stoliditate deformavit; adeo ut naturali pro parte carere videretur industria. In hoc tamen quam plurimum laudabilis fuit, quod se tam pauperibus quam divitibus communem exhibens, studiumque litterarum amplectens, multos in beneficiis ecclesiasticis promovit egentes.

Capture of Rhudlan Castle. Rex Angliæ, de Cestria in Walliam progrediens, cepit castrum quod dicitur "Rodolanum," misitque in Walliam Occidentalem militem nobilem, dictum "Paganum de Canusiis," qui cuncta cæde incendioque vastavit.

Hoc tempore Frater Johannes de Derlyngton, Ordinis Prædicatorum, Confessor quondam Regis Henrici, auctoritate papali in regno Angliæ Collector efficitur decimarum, salva papali reverentia, contra sui Ordinis professionem tali officio deputatus. Hujus tamen studio et industria editæ sunt Concordantiæ Magnæ, quæ "Anglicanæ" vocantur.

Hoc anno, sextodecimo Kalendas Julii, venerabile corpus Beati Ricardi, Cicestrensis Episcopi, est translatum, et in capsa argentea et deaurata honorifice collocatum.

Transit annus iste frugifer et fructifer Anglicanis; sed propter tot Paparum interitum, tristis lugubrisque Romanis; et non solum orbi Christiano a bello generali, sed Sarracenis incredulisque, quietus.

Anno gratiæ millesimo ducentesimo septuagesimo octavo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, quintus, Joannes Papa Vicesimus Primus, cum sibi vitæ spatium in annos plurimos extendi crederet, et hoc etiam coram multis assereret, subito cum nova camera, quam sibi Viterbii circa palatium construxerat, solus corruit, et, inter lapides et ligna collisus, sexto die post casum, sacramentis omnibus ecclesiasticis perceptis, moritur, et in ecclesia Sancti Laurentii sepelitur. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Death of Pope John XXI.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1277. Nicholas III.

Cui successit Nicholaus Tertius, prius dictus, "Johannes "Gagetanus," de genere Ursinorum. Hic super Regulam Sancti Francisci expositionem quamdam edidit, quam inter alias Decretales de Verborum Significationibus inseri ordinavit.

Transactions in Wales.

Wallenses Occidentales per id temporis ad pacem Regis Angliæ venientes, Pagano, militiæ Regis in partibus illis capitaneo, Castrum de Stredewey cum adjacenti patria reddiderunt. Princeps vero Walliæ, videns se Regi Angliæ, cotidie invalescenti, non posse resistere, pacem petiit, et obtinuit sub hac forma: videlicet, quod omnes captivi, quos [1] hactenus ratione Regis Angliæ detinuit in vinculis, simpliciter et sine calumnia liberarentur. Item, pro pace et benevolentia Regis habenda, daret quinquaginta millia librarum sterlingorum; [2] quorum tamen solutio in voluntate et gratia Regis foret. Item, quod terra quatuor Cantredorum, sine omni contradictione, Regi et suis hæredibus, cum omnibus terris conquisitis per Regem hominesque regios, excepta insula Angleseya, in perpetuum remaneret. Insula enim Angleseya concessa est Principi, ita quod solvat pro ea singulis annis Regi mille marcas, quarum solutio incipienda erat in festo Sancti Michaelis proximo tunc instantis: pro ingressu vero quinque millia marcarum daret. Et si Princeps sine hærede de corpore suo moriretur, insula illa in Regis Angliæ possessione remaneret. Item, quod Princeps veniret in Natali Domini ad Regem, in Angliam, pro homagio faciendo. Item, quod omnia homagia Walliæ remanerent Regi, præterquam quinque Baronum qui in confinio Snowdoniæ morabantur: quia se "Principem" convenienter vocare non posset, nisi sub se aliquos Barones haberet ad vitam suam. Et post mortem ejus, quinque prædictorum Baronum homagium Regi Angliæ fieret, et suis hæredibus, in æternum. Et pro assecuratione istorum, tradidit Princeps decem obsides de melioribus Walliæ, absque incarceratione, exhæredatione, et termino liberationis. Et de omni Cantredo et de Snowdonia, et de Consilio Principis, meliores jurabunt, tactis sacrosanctis reliquiis, quod quandocumque Princeps aliquem prædictorum articulorum infregerit, nisi admonitus se correxerit, abalienabunt se ab eo, et eidem, in omnibus quæ poterunt, hostes fient. Item, præter hæc, Princeps fratres suos, quos læsit, placabit. Habuit enim tres fratres, quorum duos, Owenum et Rodericum, posuerat in carcere; tertius vero, David, fuga dilapsus, multis annis cum Rege Angliæ stetit; a quo, contra morem gentis suæ, miles

---

[1] *actenus* in orig.

[2] *quarum* in the printed texts.

A.D. 1277–1278. factus, in ista guerra ob probitatem et fidelitatem suam plurimum erat Regi acceptus: unde et eidem castrum de Dymby [1][contulit] in Wallia, cum terris ad valorem mille librarum annui redditus; insuper et uxorem dedit filiam Comitis Derbeyæ, quæ nuper alio viro fuerat viduata. Owenus ergo favore regio liberatur a carcere, quem fregerat paulo ante. Rodericus vero, fratrem fugiens, in Anglia morabatur. Rex autem in Occidentali Wallia apud Lampader Vaur, ad cohibendum irruptiones Wallensium, castrum construxit insigne. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

In subsidium hujus werræ, concessa est Regi a populo vicesima pars bonorum.

Transiţ annus iste frugifer et fructifer satis abunde; sine tumultu inter Christicolas et Sarracenos; Romanis notabilis, propter inopinabilem mortem Papæ; Anglis prosper, propter subjectos rebelles Walliæ; sed ipsis Wallensibus infamis et odibilis, propter admissionem dominationis insuetæ.

Archbishop Kilwardby made a Cardinal.

Anno gratiæ millesimo ducentesimo septuagesimo nono, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, sextus, Robertus, Cantuariensis Archiepiscopus, per Dominum Nicholaum Papam ad Cardinalatum assumptus, factus est Episcopus Portuensis. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Marriage of Llewelyn.

Rex Angliæ, circa tempus istud, filiam Comitis Leycestriæ, Simonis de Monteforti, apud insulas Silvias, prouţ superius dictum est, captam a Bristollensibus, et sibi adductam, Principi Walliæ dedit uxorem, nuptiarum solemnitatem agens impensis propriis, suaque ac Reginæ præsentia illas honorans.

The Jews punished for clipping the coin.

Hoc anno Judæi, de tonsura monetæ convicti, in magna multitudine ubique per Angliam suspenduntur: puniti sunt eo tempore et eorum [2]consuetanei, pro pravis escambiis et pro causa prædicta.

Parliament at Gloucester.

Eodem anno tenuit Rex Parliamentum Gloverniæ, in Octavis Sancti Johannis Baptistæ; in quo edita sunt Statuta, quæ "de "Glovernia" appellantur.

Edward crosses over to France.

Circa mensem Augustum Rex Edwardus transfretavit in Franciam, ad habendum colloquium cum Philippo Rege Francorum; unde tunc obtinuit restitutionem aliquarum terrarum, non tamen omnium, quæ in venditione Normanniæ promissæ fuerant patri suo.

Per hoc tempus obiit Regina Castellæ, mater Reginæ Angliæ; ad quam jure hæreditario, post mortem matris, devolutus est Pontini Comitatus.

---

[1] Omitted in orig., and supplied from the printed texts, and Rishanger.

[2] *consentanei* in the printed texts.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Isto anno, antequam Rex transiret in Gallias, Rex Scotorum Alexander, in Angliam veniens, Regem consuluit de negotiis arduis terræ suæ. Impetravit autem a Rege litteras testificantes auxilium in guerra Walliæ præstitum, non nomine servitii factum esse. A.D. 1278–1279. Visit of the King of Scotland.

Hoc anno, Robertus Burnel, Episcopus Batoniensis, in Cantuariensem Archiepiscopum est electus; sed Papa, electione cassata, Lectori Curiæ, Fratri Johanni de Peccham, de Ordine Minorum, eandem contulit dignitatem. John de Peckham made Archbishop of Canterbury.

Transit annus iste frugifer et fructifer Romanis, Anglis, et Francis; Scotis et Wallensibus sub silentio quietoque transactus; Sarracenis etiam otiosus.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Anno gratiæ millesimo ducentesimo octogesimo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, septimus, Frater Johannes Peccham, Cicestrensis Diœcesis, de Ordine Minorum, venit in Angliam, a Domino Papa in Cantuariensem Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Archiepiscopum consecratus. Hic Parisius in Theologia, et Oxoniæ, lectiones suas resumpserat. Deinde Minister Provincialis Angliæ, ac tandem Lector Palatii in Romana Curia, factus fuit; qui Ordinis sui zelator præcipuus, carminum dictator egregius, affatusque pompatici, fuerat; mentis tamen benignæ extitit, et animi admodum liberalis.

Hoc anno, moneta Angliæ, per tonsuram nimis deteriorata, ex mandato Regis renovatur. [1]Obolus quoque, qui prius formam semicirculi habebat, tanquam pars denarii in medio divisi, fit rotundus; juxta vaticinium Merlini dicentis;—"Findetur "forma commercii, dimidium rotundum erit." Facti sunt etiam eo tempore, primo, et quadrantes. Alteration in the coinage.

Illustris miles, Rogerus de Mortuo Mari, apud Kelyngwurthe ludum militarem, quem vocant "Rotundam Tabulam," centum militum ac tot dominarum, constituit; ad quam, pro armorum exercitio, de diversis regnis confluxit militia [2][multa] nimis. A Round Table held at Kenilworth.

Frater Robertus, quondam Cantuariensis Archiepiscopus, et post Cardinalis et Episcopus Portuensis, post adventum suum ad Curiam, graviter infirmatur; ex qua infirmitate cito postea mortuus est.

Eo tempore [2][obiit] Walterus Giffard, Archiepiscopus Eboracensis; cui successit Magister Willelmus de Wikewane, in Romana Curia consecratus.

Eodem anno, Frater Johannes Peccham, Cantuariensis Archiepiscopus, convocat Consilium apud Radingiam; ubi suffraganeis suis imposuit, ut Statuta Generalis Consilii facerent artius observari. Council at Reading.

[1] *Obulus* in orig.

[2] Supplied from the printed texts.

A.D. 1280–1281. [1] Transit annus iste frugifer et fructifer; Anglis, Francis, Romanis, Sarracenisque, quietus. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Anno gratiæ millesimo ducentesimo octogesimo primo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, octavus, Nicholaus Papa Tertius moritur; successitque ei Martinus Quartus, prius dictus "Simon [1]Turonensis," Gallicus natione. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Martin IV.

Tomb of Henry III. at Westminster. Hoc anno, Edwardus Rex Angliæ, de lapidibus pretiosis jaspidum, quos secum attulerat de partibus Gallicanis, paternum sepulcrum apud Westmonasterium fecit plurimum honorari. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Eodem anno, Oliverus de Suttona fit Episcopus Lincolniensis; qui prius fuerat ejusdem ecclesiæ Decanus.

A.D. 1281. Council of Lambeth. Frater Johannes Peccham, Cantuariensis Archiepiscopus, ne nihil fecisse videretur, convocat Concilium apud Lambheythe; in quo Constitutiones Ottonis [2][et] Ottoboni, quondam Legatorum in Anglia, innovans, jussit eas ab omnibus custodiri.

Transit annus iste frugifer et fructifer; Romanis, Anglis, Gallicis, Sarracenis, incredulisque, quietus.

Anno gratiæ millesimo ducentesimo octogesimo secundo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, nonus, Martinus Papa Senator efficitur Urbis Romæ; qui in Romaniolam exercitum misit contra Gwidonem, Comitem Montis Febri, qui in partibus illis terras Ecclesiæ occupavit. Hic Martinus Papa capas Fratrum Carmelitarum mutavit in album, quæ prius erant stragulatæ et birratæ. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Transactions at Rome.

David, brother of Llewelyn. Eo tempore, David, germanus Principis Walliæ, immemor beneficiorum Regis Angliæ, qui eum promoverat et contra fratrem persequentem protexerat, concitavit pene totam Walliam ad insurgendum contra Regem. Et ut Principem nobilesque Wallensium ad seditionem facilius inclinaret, ipse primus facinus aggreditur, et Rogerum de Clifford, militem nobilem et famosum, quem Rex illuc miserat, tanquam totius Walliæ Justiciarium, nihil tale suspicantem, [3]proditiose in castro suo de Hawardyn Dominica in Ramis Palmarum cepit; quosdamque milites ejus, volentes resistere, inermes occidit. Exinde reversus ad Principem, collecto exercitu, una cum eo Rodolanum venit, obsidionemque posuit circa castrum.

Transactions in Wales.

Eo tempore Rex Paschalem solemnitatem in Diœcesi Sarum tenuit, apud [4]Vasas; ubi super hac commotione auditis rumoribus, jussit quam [5]totius exercitum congregari. Militiam,

---

[1] *Turonesis* in orig.

[2] Supplied from Rishanger; the omission occurs in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] *proditorie* in the printed texts.

[4] *Visas* in the printed texts. *Divisas* is meant; as in Rishanger and Bibl. Reg. 13 E. ix.

[5] *quamprimum totum* in the printed texts.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1281.

quam tunc in promptu habebat, usque Rodolanum præmisit; ipse vero Rex clam Ambresbiriam adiit, ut matrem suam salutaret, quæ tunc in illo monasterio morabatur. Contigit autem, dum ibi esset, ut quidam ad matris ejus præsentiam adduceretur, qui per tempus aliquod cæcum [1] finxerat, visumque sibi ad Henrici Regis, quondam mariti sui, tumulum, dixerat restitutum. Edwardus vero Rex hunc ab antiquo noverat famosum flagitiis, notatumque malitiis ac fraudibus ab olim, et mendaciis assuetum; matrique narrationibus plurimum applaudenti, ne crederet dissuasit: quæ, in morem fœminarum vetularum, subito in iram versa, filium gravissime redarguit, cameramque suam evacuare præcepit. Cui jussis matris humiliter parenti, dum egrederetur, occurrit Prior Provincialis Fratrum Prædicatorum, dictus "Frater Hugo de Mancestria," vir magnæ discretionis, ac Magister in Theologia, qui et ipsi Regi familiariter notus erat; quem Rex ad partem trahens, offensam matris, et omnia quæ contigerant, enarrans per ordinem, finaliter hoc adjecit;—"Ego," inquit, "justitiam patris "mei tantam novi, quod potius huic scurræ eruisset oculos "integros, quam tantæ iniquitati lumen perditum restau"rasset."

Anecdote of Edward I.

Altera vero die, accepta a matre licentia, cum celeritate ad militiam, quam præmiserat, in Walliam properavit. Cujus audito adventu, Princeps Walliæ, obsidione soluta, longius se subtraxit. Interim captum est castrum de Lampader Vaur per Resum filium Maylgonis, et Griffinum filium Mereduci. Capta sunt etiam in illis partibus, per alios nobiles, Wallensium castra plura.

Edward proceeds to Wales.

Transactions there.

Eodem tempore, procurante Fratre Johanne Peccham, Cantuariensi Archiepiscopo, Aymericus de Monteforti, quem Rex in custodia detinuerat, liberatur; spondente pro eo clero, se velle de periculo regni cavere. Qui transfretans in Gallias, non multo post Curiam Romanam adiit; ubi post aliquot annos, renuncians clericatui miles efficitur; sed infaustus, nam cito postea defunctus est.

Emeric de Montfort.

Hoc anno translatum est in locum eminentiorem venerabile corpus Beati Hugonis, quondam Episcopi Lincolniensis.

Eo tempore, Cantuariensis [2] Archiepiscopus, profectus in Snowdoniam, Principem Walliæ, et germanum suum, sategit ad pacem reducere; sed frustratus, regressus in Angliam excommunicationis in ipsos sententiam fulminavit.

Transit annus iste frugifer et fructifer; Romanis infamis; Francis quietus; sed Anglis et Wallicis inquietus.

---

[1] *se finxerat* in the printed texts. *Episcopus* in Camden's text.

[2] *Archiepiscopus* in Parker's text,

A.D. 1282. Anno gratiæ millesimo ducentesimo octogesimo terno, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, decimus, idem Rex cum exercitu valido de Rodolano per Angleseyam, [1] quam per nautas portum capi fecerat, versus Snowdoniam progrediens, ut viam pararet exercitui, ultra maris brachium quod insulam dividit a continente, juxta Bangoriam, constituit pontem fieri ex navibus invicem colligatis.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Transactions in Wales.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Peter of Aragon claims Sicily.

Hoc anno Petrus, Rex [2] Arragoniæ, vendicans regnum Siciliæ jure hæreditario uxoris suæ, subito cum navigio regnum Siciliæ ingressus, Karolum Regem expulit de eodem, Qui in Franciam fugiens, a Rege, nepote suo, pro recuperando regno subsidium imploravit. Papa vero Martinus in Petrum prædictum, vel omnes ei faventes, vel ipsum Regem appellantes, excommunicationis tulit sententiam; regno [3] Arragoniæ eum privans, et conferens illud Karolo, filio Regis Francorum. Petrus vero de [4] Arragonia, missis ad Regem Siciliæ nunciis, petivit ut cum quadraginta tantum militibus ad plana Burdegaliæ, secum, tot tantum habente milites, dimicaturus, veniret ad diem certum; sub certa pœna se ad hoc obligans, dum tamen Karolus modo se simili obligaret: et cui in hoc conflictu cessisset victoria, ille sine contradictione regno Siciliæ potiretur.

Is excommunicated by the Pope.

Transactions in Wales.

Eo tempore Gilbertus, Comes Gloverniæ, magnas prædas Wallensium cum militia sua faciens juxta Lantilowhyr, facta copia apertæ pugnæ, cum eisdem duro prœlio dimicavit. In quo peremptis multis de parte Wallensium, ipsemet Comes quinque milites perdidit, de quorum numero erat Willelmus Valentis junior, consanguineus Regis Angliæ. Discedente autem Comite Gloverniæ, Princeps Walliæ intravit terras de Cardigan et Stradewy, devastavitque terras Resi filii Mereduci, qui cum Rege contra Principem tenuit in hoc bello. Progressus deinde Princeps versus terram de [5] Vueld, se cum paucis ab exercitu reliquo separavit. Cui cum sua militia supervenientes viri nobiles Johannes Giffard et Edmundus de Mortuo Mari, nihil tamen suspicantes de Principe, ipsum cum sociis pugna aggredientes occiderunt, feria sexta ante festum Beatæ Luciæ. Principis autem caput post mortem, a quodam qui intererat agnitum, mox absciditur, Regique defertur. Quod transmissum Londonias, positum est per tempus aliquod super Turrim, et hedera coronatum.

Llewelyn is slain.

---

[1] *cujus* in the printed texts.
[2] *Arroganiæ* in orig.
[3] *Arrogoniæ* in orig.
[4] *Arrogonia* in orig.
[5] *Bueld* in Rishanger and Trivet; *Vueld* in Bibl. Reg. 13 E. ix.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

De Lewlino prædicto scripserunt duo religiosi metrice, in hunc modum.— A.D. 1282.

Wallicus sic scripsit:—

"Hic jacet Anglorum tortor, tutor Venedorum,
"Princeps [1]Walliorum, Lewlinus, regula morum,
"Gemma coævorum, flos regum præteritorum,
"[2]Forma futurorum, dux, laus, lex, lux, populorum."

[3]Anglicus ita scripsit:—

"Hic jacet errorum princeps, et prædo virorum,
"Proditor Anglorum, fax livida, secta reorum,
"Numen Wallorum, trux dux, homicida piorum,
"Fæx Trojanorum, stirps mendax, causa malorum."

Circa idem tempus milites quidam de Regis exercitu, à servientibus Wallensibus territi, pontem quem Rex inchoaverat, nondum perfectum, minus prudenter accelerantes transire, dum in multitudine conglobata revertentes fugiunt, submerguntur; inter quos erat miles strenuissimus, Lucas de [4]Thaney, et duo germani Roberti Burnel, Bathoniensis Episcopi, alii [5][que] quamplures.

Hoc anno [6]Thomas Herefordensis in via versus Curiam, de præsenti sæculo nequam ereptus, ad regna migravit cœlestia, cum septem annis gregem sibi commissum sollicita cura rexisset. Hic, nobilibus ortus natalibus, a puero Deo vixit devotus; studii autem exercitatione litterarum adquirens peritiam, primo in artibus liberalibus, deinde in jure rexit canonico; tandem ad theologiam totam transtulit intentionem, in qua licentiatus ad magisterium, cum sub Fratre Roberto de Kylewardby, Ordinis Prædicatorum, quem, dum Provincialis fuerat, admodum familiarem habuit, decrevisset incipere, incidit negotii dilatio [7]medio tempore, præfato fratre assumpto ad Cantuariensis Ecclesiæ Præsulatum. Sub quo tamen, post consecrationem ejus, Oxonias veniente, in ecclesia Fratrum Prædicatorum incepit, juxta sui desiderii complementum. In cujus commendatione, quæ solet ante principium post disputationem, quæ "Vesperæ" appellantur, de Bachalariis fieri magistrandium, asseruit præfatus Archiepiscopus, (quem dictus Thomas ab olim Confessorem habuerat), nullius ipsum mortalis criminis unquam sensisse contagium. Quantique meriti fuerit apud Deum, cre-

Death of Thomas (de Cantilupe) Bishop of Hereford.

---

[1] *Wallorum* in the printed texts.

[2] *Foma* in orig., by inadvertence.

[3] *Angelicus* in orig. by inadvertence.

[4] *Thanay* in the printed texts.

[5] *alii quamplures* in orig., and in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.; *aliique* in Rishanger; *et alii* in the printed texts.

[6] *B. Thomas* in the printed texts.

[7] *medo* in orig., by inadvertence.

A.D. 1282–1283. brescentium ad sepulcrum ejus miraculorum gloria indubitata fide demonstrat. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Post quem, ad ecclesiam Herefordensem electus et consecratus est [1] Ricardus de Swynefeld, Sacræ Theologiæ Doctor; vir jocundus in verbis, et egregius prædicator.

Hoc anno, cassato electo Wyntoniensi, Magistro Ricardo de Mora, ex dono Curiæ Romanæ Magister Joannes de [2] Pontissa in ejusdem ecclesiæ Episcopum consecratur.

Transactions in Wales.

Hoc anno, Rex, de consilio Baronagii, Walliam intravit cum exercitu; ibique per irruptiones Wallensium amisit de suo exercitu vexilla quatuordecim; quo tempore perempti sunt Dominus Willelmus de Audeleya et Dominus Rogerus de Clifford junior, alii quoque multi; coactusque est Rex intrare castellum de Opa. Cito postea, Rex cepit insulam de Angleseya; sed hæc ante mortem Lewlini Principis contigerunt. Non multo post, Rex superior effectus pene totam Walliam subjugavit; villas et terras, quæ erant in meditullio Walliæ, suis proceribus distribuit, sed retinuit maritima castra sibi; ex quo facto magna tranquillitas tempore sequenti provenit.

Transit annus iste frugifer et fructifer copiose; Romanis, Siculis, Apulis, atque Francis, sollicitus et molestus, propter ejectionem Karoli regis Siculorum; Wallicis exitialis, propter libertatem cum suo principe perditam; Anglis [3] varius, propter diversos casus, qui modo dure, modo prospere, contigerunt.

Transactions in Wales.

Anno gratiæ millesimo ducentesimo octogesimo quarto, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, undecimus, Rex Angliæ, ponte jam perfecto, cum exercitu suo in Snowdoniam transiit, castra ejus omnia sine notabili resistentia capiens et comburens. Comes vero [4] Penbrochæ castrum de Bere, quod erat quondam Lewlini Principis, cepit; et cito post, tota Wallia, cum omnibus castris suis, subacta est regiæ voluntati. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Capture of David.

Ante festum vero Sancti Johannis Baptistæ, captus est David, frater Principis, per regios exploratores, et Rodolanum adductus. Quem Rex ad sui conspectum admittere renuit, licet ipse David hoc instantius flagitaret. Rex igitur transmisit eum Salopiam, carceri mancipandum. Eodem tempore, per quemdam secretarium Principis allata est Regi crux dicta "Neoti," magnam de ligno Dominicæ Crucis continens portionem. Quæ ideo "Neoti" dicitur, quod per quemdam sacer-

---

[1] *Magister Ricardus* in the printed texts.

[2] An error for *Pontisserra*, or "*Sawbridge*." The printed texts have also *Pontissa*.

[3] *variis* in orig., corrected from the printed texts.

[4] *Penbrochiæ* in the printed texts.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

dotem, sic vocatum, antiquitus de Terra Sancta fuit in Walliam deportata. A.D. 1283.

Post festum Santi Michaelis, habitum est Parliamentum Salopiæ; in quo per deputatos ad hoc Justiciaros David judicialiter condemnatus, tractus et suspensus est, visceribusque combustis, corpus capite truncatum, et in quatuor partes est divisum. Quibus in civitatibus Angliæ nobilioribus suspensis, caput Londoniis super palum fixum est, ad terrorem consimilium proditorum. David put to death.

Resus autem Vazhan, Wallensium nobilissimus, audita captione David, Comiti Hertfordiæ se dedit, Regique redditus, ad Turrim Londoniarum missus carceri mancipatur.

Translata est hoc tempore Abbathia de [1]Abertoun per Regem ad locum alium; et constructum est in loco quo Abbathia fuerat forte castrum, ad irruptiones Wallensium compescendas. Et Rex in Comitatu Cestriæ etiam Abbathiam monachorum fecit Cisterciensium; quam, multis ditatam prædiis, "Vallem "Regalem" voluit appellari. Castle built at Aber Conway.

Hoc anno Regi conceditur a populo in subsidium werræ suæ tricesima, et a clero vicesima, pars bonorum.

Eo tempore Papa Martinus Gwydonem de Monteforti a carcere liberans, in quo per Gregorium Papam positus fuerat, propter homicidium in ecclesia commissum in Henricum Regis Alemanniæ filium, cognatum Regis Angliæ, misit in Romaniolam, quam eo anno [2]totam obtinuit, excepta civitate Urbinate, quam Gwido incepit obsidere in manu potenti. Sed cito post, de licentia Papæ omissa obsidione dictæ urbis, in Tusciam rediit, ut hæreditatem uxoris suæ, patre ejus, Comite Rufo, mortuo, occuparet. Guido de Montfort liberated by the Pope.

Karolus Rex Siciliæ prima die Junii venit ad plana Burdegaliæ, comitante eum Rege Francorum cum militia magna valde. De cujus adventu Petrus, quondam Rex [3]Arragoniæ, præmunitus, diem prævenit coram Senescallo Wasconiæ, protestans se paratum tenere pactum, sed non posse, Rege Francorum veniente cum tanta multitudine militum, contra formam. Reverso post hæc Karolo Rege Siciliæ in Apuliam, Siculi contra Neapolim cum viginti septem [4]galeys venerunt armatis. Adversus quos Karolus, filius Regis Karoli, tunc Princeps Achaiæ, egressus est cum magna galearum multitudine ad pugnandum: obtinentibus victoriam hostibus, captus est cum multis aliis, et ad civitatem Messanam deductus captivus. A.D. 1282. Victory gained by Peter of Aragon.

---

[1] Meaning, Aber Conway.

[2] *etiam* in the printed texts.

[3] *Arroganiæ* in orig.

[4] *galeis* in the printed texts.

A.D. 1283-1285. Parliament at Acton Burnel.

Eodem anno Rex Angliæ apud Actone Burnel tenuit Parliamentum, post festum Sancti Michaelis; in quo editum est Statutum, quod a loco cognominatum est. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Ipso anno, ossa Beati Willelmi, Eboracensis Archiepiscopi, ad altiorem locum cum solemnitate maxima transferuntur.

Transit annus iste frugifer et fructifer, satis frugaliter; Romanis sollicitus; Apulis, Calabris, atque Siculis, invisus et odibilis, propter werras [1]motas ibidem effectuum [2]variorum; Francis quietus; sed Anglis et Wallicis inquietus.

A.D. 1284. Birth of Edward II.

Hoc anno natus est filius Regi Angliæ, apud Karnavan in Wallia, die Sancti Marci, et vocatus "Edwardus."

Eodem anno Rex Edwardus fecit leges Anglicanas per Walliam observari, Vicecomites ponens in ea.

Transactions in Wales.

Anno gratiæ millesimo ducentesimo octogesimo quinto, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, duodecimus, Rex de Snowdonia per Walliam Occidentalem progrediens, intravit Glomorgantiam, quæ ad ditionem Comitis Gloverniæ noscitur pertinere; receptusque a Comite cum honore maximo, ab eodem propriis impensis usque ad terrarum terminos est deductus. Rex vero Bristolliam veniens, ibidem festum Dominicæ Nativitatis tenuit eo anno. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Philippus, filius Philippi Regis Francorum, duxit uxorem Johannam, filiam Regis Navariæ primogenitam, accipiens cum eadem regnum Navarrorum et Campaniæ Comitatum.

A.D. 1285. Death of Charles, King of Sicily.

Hoc anno mortuus est Karolus Rex Siciliæ; cujus regni ac filiorum tutorem Papa Martinus Robertum, Comitem Attrabatensem, constituit, largitus eidem pro hac re pecuniæ magnam summam.

A.D. 1285. Death of Prince Alfonso.

Eodem anno obiit apud Wyndeleshore Alfonsus, filius Regis, juvenis optimæ indolis, etiam admodum Deo devotus; cujus corpus apud Westmonasterium, cor vero apud Fratres Prædicatores Londoniis, ordinante sic Regina matre, traditur sepulturæ.

A.D. 1284.

Hoc quoque anno obiit Robertus de Wikhamptona, Salesburiensis Episcopus; cui successit Walterus Scammel, ecclesiæ ejusdem Decanus.

Eo tempore, Maria, filia Regis Angliæ, Ambresbiriæ sanctimonialis efficitur, parentibus, licet cum difficultate, assentientibus, ad instantiam matris Regis.

Transit annus iste frugifer et fructifer satis ubertim; Romanis tristis, propter desolationem regni [3]Siciliæ; Francis

---

[1] *metus* in orig.
[2] *variarum* in orig.
[3] *Siliciæ* in orig.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

sollicitus, propter eandem causam; Anglis vero mediocriter pacificus et quietus. A.D. 1285.

Anno gratiæ millesimo ducentesimo octogesimo sexto, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, tertius decimus, Rex Angliæ de Bristollia profectus Cantuariam, disposuit in Gallias transfretare. Sed audito rumore de matris infirmitate, revertitur Ambresburiam, missis nunciis qui se apud Regem Francorum, ad cujus colloquium speciale invitatus fuerat, excusarent.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Edward visits his mother at Ambresbury.

Eo tempore Papa Martinus moritur; cui successit Honorius Quartus, natione Romanus, prius dictus "Jacobus de Sabella;" cui pedum ac manuum fere ossa abstulerat artetica ægritudo; unde sedendo in sella, ad hoc artificiose facta, missarum solemnia celebravit.

Honorius IV.

Hoc anno, Philippus, Rex Francorum, profectus in [1]Arragoniam, ut regnum illud, juxta donationem Papæ Martini, filio suo Karolo adquireret, civitatem Girundam obsedit. Petrus vero, Rex quondam [2]Arragoniæ, sed privatus per Papam, iniit bellum cum quibusdam militibus Gallicis; inter quos principales erant Radulphus de Nigella, Constabularius Franciæ, et Johannes de Haricuria, Normannus, miles strenuissimus et probatus. Cumque durus ex utraque parte conflictus invalesceret, Petrus, [3]Arragoniæ Rex, letaliter vulneratur; qui mox se cum suis subtraxit a prœlio, et mortuus est in brevi. Philippus, Francorum Rex, capta Girunda, hominibusque suis munita, incipiens infirmari discessit usque Perpiniatum; ubi invalescente ægritudine, de præsenti luce migravit: cujus carnes et viscera in ecclesia Narbonensi, ossa vero apud Sanctum Dionysium, cor in choro Fratrum Prædicatorum Parisius, sunt humata.

Death of Peter of Aragon. And of Philip III. of France.

Huic successit filius ejus Philippus; qui "Pulcher" agnominatus est, ob corporis speciem excellentem.

Philip the Fair succeeds him.

Medio tempore [4]Arragonenses naves Gallicorum, in portu Rosarum captas, abducunt; urbem etiam Gyrundum obsidentes, ipsam et Gallicos, ad ejus defensionem derelictos, ad deditionem brevi tempore coëgerunt.

Eo tempore, Alfonsus, filius Petri, quondam Regis Arragoniæ, patre defuncto, ut præmittitur, regnum illud gubernandum suscepit; inter quem et filiam Regis Angliæ, Alienoram, sponsalia [5]contracta fuerunt, patre adhuc vivente.

Alfonso, King of Aragon. Peter, King of Sicily.

[1] *Arrogoniam* in orig.
[2] *Arrogoniæ* in orig.
[3] *Arrogoniæ* in orig.
[4] *Arrogonenses* in orig.
[5] *fa cta* in the printed texts.

A.D. 1285-1287. Jacobus autem, filius Petri junior, cum matre [1]Constantia transiens in Siciliam, se fecit coronari. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Parliament at London. Eodem anno tenuit Rex Parliamentum Londoniis; in quo edita sunt Statuta, quæ "Westmonasterii Secunda" dicuntur.

Transit annus iste frugifer et fructifer plebi communi; Romanis, Siculis, Apulis, Calabris, Francis, Hispanis, et Arragoniis, inquietus, propter bella mota mortesque regum; Anglicis tamen [2]transcursus sub silentio et quiete.

Hoc anno tanta fuit siccitas et æstus, ut homines morirentur.

Anno gratiæ millesimo ducentesimo octogesimo septimo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, quartus decimus, Papa Honorius Quartus moritur; cui succedit Nicholaus Quartus, natione Romanus, prius dictus "Frater Ieronimus," de Ordine Fratrum Minorum. Hic, [3]idolum, ut dicitur, Fratrum ejusdem Ordinis, multa privatim statuit, quæ faciunt non solum superbire Minores, sed etiam insanire. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Nicholas IV. A.D. 1288.

Edward I. visits France. Hoc anno, Rex Angliæ, in Gallias transiens, Ambianis cum honorifica turba pervenit; cui occurrit ibidem honoris gratia Rex Francorum. Rex autem Angliæ fecit homagium Regi Franciæ, pro terris quas de eo in regno Franciæ tenere debebat, Parisius, et interfuit Parliamento quod Rex Francorum tunc Parisius tenuit; in quo multa, quæ pro libertate terrarum suarum pertinent, obtinuit; licet ipsa concessio Regis Francorum et parium diu in suo robore non maneret. Expectavit autem Rex Edwardus Parisius ad festum Pentecostes; circa quod tempus, Fratres Prædicatores ibidem suum Capitulum Generale tenuerunt; quod uterque Rex, Francorum et Anglorum, et utraque Regina, diebus diversis sua præsentia honorarunt. Post Pentecosten vero Rex Angliæ de Parisio Wasconiam est profectus.

Chapter of the Friars Preachers held at Paris.

Eo tempore, Alienora Regina Angliæ, mater Regis Edwardi, spreta pompa sæculi, apud Ambresburiam induit habitum monacharum.

Transit annus iste frugifer et fructifer huic regno; et eo magis fructifer, quod fructum fecit centesimum, faciens de Regina sanctimonialem.

Anno gratiæ millesimo ducentesimo octogesimo octavo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquestu Primi, quintus decimus, cum adhuc Rex Angliæ in Wasconia MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

---

[1] *Constantina* in Camden's text.
[2] *transcursis* in orig.
[3] *ydolum* in orig.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1287–1288.

Dealings of the Christians with the Jews.

moraretur, miles [1]quidam Anglicus quemdam Judæum, super detentione indebita cujusdam manerii sibi impignorati, coram judicibus convenire decrevit. Sed Judæus versipellis respondere renuit, prætendens chartam Regis quondam Henrici, qua sibi indultum fuit ne coram judice aliquo, solo corpore regis excepto, in judicium trahi posset. Miles, super hoc anxius, Wasconiam adiit, ut super hoc a Rege remedium aliquod impetraret. Quem cum Rex audisset,—"Non decet," [inquit] "irritare facta parentum, quibus lege divina jubentur reverentiam exhibere. Propter quod, factum patris mei revocare non decrevi; sed tibi cæterisque regni mei æqua lege (ne potior videatur Judæus quam Christianus) indulgeo, ne pro quacunque injuria illi Judæo illata, quamdiu charta sua gaudere voluerit, coram judice aliquo, me excepto, conveniri possitis." Revertente cum hoc privilegio milite, attendens Judæus sibi imminere damnum et periculum, spontaneo renunciat suæ chartæ, optans [2]ut evacuata conditione privilegii, pars utraque legi communi valeat subjacere.

Escape from lightning of the King and Queen.

Eo tempore, die quadam cum Rex et Regina, in camera quadam convenientes, super lectum quemdam confabularentur, ictus fulminis per fenestram, quæ eis erat a dorso, ingressus est, et inter eos transiens, ipsis penitus illæsis, duos domicellos, qui in eorum stabant præsentia, interfecit. Stupefacti admodum cæteri omnes qui aderant, ex evidenti, quod contigerat, perpendebant miraculo, divini [3]protectioni numinis saluti [4]regiæ non deesse.

The King of Cyprus crowned King of Jerusalem.

Sub eodem tempore Rex Cypri apud Accon in Regem Ierusalem coronatur: quod Comes Attrabatensis in præjudicium Regis Siciliæ, qui regnum illud vendicabat, factum existimans, bona Templariorum et Hospitalariorum, quia facto huic consenserant, ubique per Apuliam confiscavit.

Per idem tempus Alfonsus, Rex Arragoniæ, missis ad Curiam Romanam nunciis, [5]reconciliari petivit Ecclesiæ, de hiis quæ per patrem suam facta fuerant se excusans.

Transit annus iste frugifer et fructifer omni plebi; Judæis per Angliam tristis, et malorum inchoativus; Francis, Anglisque quietus.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Anno gratiæ millesimo ducentesimo octogesimo nono, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, sextus

---

[1] *quidem* in orig.

[2] *et* corrected to *ut* in a later hand; *et* in the printed texts.

[3] An error for *protectionem*, as in the printed texts.

[4] *regis* in the printed texts.

[5] *reconsiliari* in orig.

A.D. 1288. decimus, Karolus, filius Karoli Regis quondam [1] Siciliæ, Princeps Achaiæ, procurante Rege Angliæ, liberatur a carcere sub hac forma; videlicet, quod data Regi Arragoniæ certa summa pecuniæ, pse Karolus a Domino Papa pacem Arragonensibus impetraret; quam si infra terminum limitatum impetrare non posset, rediret ad carcerem. Quibus conditionibus juramento firmatis, tradere debebat Karolus tres filios suos obsides, et alios milites nobiles quadraginta; pro quibus, quousque venirent, Rex Angliæ, liberationem Karoli [2] accelerans, nobiles viros qui secum erant, obsides tradidit, et pecuniam, usque ad triginta millia librarum, persolvit. Postquam autem filii Karoli venerant, Rex Angliæ, militibus suis liberatis, in Wasconiam revertitur, et apud Blankforde Crucis suscepit [3] characterem; moxque Judæos omnes, tanquam Crucis hostes, expulit de Wasconia et aliis terris suis omnibus quas in regno Franciæ possidebat.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Charles of Achaia is liberated.

Edward I. assumes the Cross.

Expels the Jews from Gascoigne.

Interim, Resus filius Mereduci Walliam conturbavit; [4] impugnare cœpit aliqua Regis castra.

Tripolis captured.

Eo tempore, Tripolis, civitas transmarina, a Soldano capitur, qui et in ea multa Christianorum millia trucidavit: ex cujus captione territi Christiani, qui erant in Accon; a Soldano inducias impetrant biennales.

Transactions in Wales.

Per idem tempus, Edmundus Comes Cornubiæ, cui Rex Angliæ in sua absentia regni commiserat custodiam, magnum ducit exercitum in Walliam contra Resum. Cum autem castrum de Drusselan, quod erat Resi, obsideret, et muros ejus suffodi faceret, casu illorum subito, vir nobilis Willelmus de Monte Canisii, aliique milites plurimi et scutiferi, opprimuntur.

Incendiarism at Boston.

Hoc anno, armiger quidam, dictus "Robertus Camerarius," cum suis complicibus vere dæmoniacis, tentoria mercatorum apud Sanctum Botulphum, et mercimonia, incendens diffuso igne, magnam partem villæ et ecclesiam Fratrum Prædicatorum combussit. In diversis nempe villæ locis ignem apposuerunt, ut ipsi liberius possent residua spoliare. Dumque mercatores pro mercibus suis salvandis et extinguendo igne discurrerent, per dictum armigerum et suos trucidantur. Dicebatur revera, quod tota pecunia Angliæ vix restauraret damna ibidem facta. Currebant namque rivuli, argentei et aurei, et metallorum fusilium, usque in mare.

Fuit autem hoc anno, in Anglia, tanta frugum abundantia,

---

[1] *Ciciliæ* in orig.
[2] Inserted in a later hand.
[3] *caracterem* in orig.
[4] *impugnareque* in the printed texts.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

ut quarterium frumenti alicubi pro viginti, alicubi pro sexdecim, alicubi pro duodecim, denariis venderetur. A.D. 1288–1289.

Transit annus iste frugifer et fructifer mirabiliter; Judæis lugubris; Terræ Sanctæ atque Christicolis lamentabilis; Angliæ damnosus; sed Franciæ otiosus.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Charles of Achaia released from his oath.

Anno gratiæ millesimo ducentesimo nonagesimo, qui est annus Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, septimus decimus, Karolus Princeps Achaiæ, Romam veniens, per Papam Nicholaum a juramento Regi Arragoniæ præstito absolvitur, et in Regem Siciliæ coronatur. Eodem tempore, inter Jacobum, occupatorem Siciliæ, et Comitem Attrabatensem firmantur induciæ biennales.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Edward I. returns to England, and expels the Jews.

Circa tempus istud, Rex Angliæ, de Wasconia reversus, Londoniis solemniter recipitur a clero totaque plebe. Qui Judæos omnes eodem anno expellens de Anglia, datis expensis in Gallias, bona eorum reliqua confiscavit.

The Justiciars deposed and punished.

Eodem tempore Rex, auditis querimoniis eorum Anglicorum, qui de regiis ministris volebant conqueri, omnibus exhibens justitiam, Justiciarios fere omnes, de [1] falsitate deprehensos, a suo officio deposuit; ipsos juxta demerita puniens gravi multa.

A.D. 1286. Death of Alexander III. of Scotland.

Tempore Quadragesimali hujus anni, cum Alexander, Rex Scotorum, uxorem suam, filiam Comitis Flandriæ, quam post Margaretam, filiam Regis Angliæ, duxerat, nocte quadam admodum obscura visitare voluisset, cespitante equo, lapsus et collisus graviter, expiravit. Hic de secunda uxore nullam, de prima vero prolem geminam, filium, scilicet Alexandrum, et filiam, genuit, nomine Margaretam. Alexander absque prole patrem immatura morte prævenit. [2] Filia Margareta, Regi Northwagiæ desponsata, filiam unicam peperit, nomine Margaretam, quæ matri mortuæ supervixit. Hanc, consulto Rege Angliæ, magnates Scotiæ recognoverunt hæredem; quæ [3] accersita per nuncios Regis Angliæ, cum per navigium tenderet in Scotiam, infirmata in mari, apud Orkadas insulas est defuncta.

Death of Margaret, Queen of Scotland. A.D. 1290.

Hoc anno, nocte Sanctæ Margaretæ, descendit tempestas imbrium, tonitrui, et fulguris, a retro sæculis vix audita; concutiens sata et submergens, ita ut Londoniis modius tritici, qui prius ad tres denarios vendebatur, ex tunc paulatim usque ad duas solidos excrevit. Sicque per quadraginta ferme annos, usque ad obitum Regis Edwardi, post Conquæstum Secundi, dicti "de Karnervain," extitit karistia bladorum, et præcipue frumentorum; ita ut aliquotiens Londoniis modius frumenti ad decem solidos venderetur.

---

[1] *falcitate* in orig.

[2] *Filia vero Margareta* in the printed texts.

[3] *accerpita* in orig.

A.D. 1289-1291. Taxation of Pope Nicholas IV.

Circa præsens tempus, jubente Papa Nicholao, taxatæ sunt ecclesiæ Anglicanæ secundum verum valorem; et ex tunc cessavit taxatio Norwicensis, per Innocentium Quartum prius facta.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Transit annus iste primo frugibus opulentus; sed, tempore frugum atque fructuum veniente, utroque commodo destitutus; Judæis per Angliam, et Justiciariis, exitialis; Scotis dubius et sollicitus, proper destructionem regni, per mortem hæredum; Gallicis plene quietus.

Question as to the succession to the Scottish throne.

Anno gratiæ millesimo ducentesimo nonagesimo primo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, octavus decimus, mortua Margareta, filia Regis Northwagiæ ex Margareta, filia Regis Scotiæ Alexandri, ad quam jure hæreditario, defunctis avo, patruo, et matre, regnum Scotiæ devolvi debebat, quis foret justus hæres Scotiæ apud omnes in dubium vertebatur. Propter quod Rex, celebratis Londoniis nuptiis inter Johannem, filium et hæredem Ducis Brabantiæ, et Margaretam, filiam suam secundam, ac inter Gilbertum, Comitem Gloverniæ, et Johannam, filiam suam tertiam, versus Scotiam, dimicaturus de justo hærede, tanquam superior dominus, dirigit iter suum.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1291. Death of Queen Alienor.

Sed dum finibus Scotiæ appropinquaret, Regina consors, gravi infirmitate correpta, quarto Idus Decembris ex hac vita migravit, in villa de Herdeby juxta Lincolniam. Propterea Rex, cœpto intermisso itinere, Londonias funus deducendo revertitur cum mœrore. Qui cunctis diebus vitæ suæ eam plangebat, et Jesum benignum jugis precibus pro ea interpellebat; eleemosynarum largitiones et missarum celebrationes pro ea in diversis regni locis [1] ordinare in perpetuum, et procurans. Fuerat nempe mulier pia, modesta, misericors, Anglicorum amatrix omnium, et velut columna regni totius. Cujus temporibus alienigenæ Angliam non gravabant, incolæ nullatenus per regales opprimebantur, si ad aures ejus vel minima querela oppressionis aliqualiter pervenisset. Tristes ubique, prout dignitas sua [2] permittebat, consolabatur, et discordes ad concordiam, quantum potuit, reducebat.

Her character.

Honours paid to her memory.

Hujus corpori, cum ad Sanctum Albanum appropinquasset, totus Conventus, solemniter [3] revestitus in capis, [4] perrexit in obviam, usque ad finem villæ, quæ est ad ecclesiam Sancti Michaelis ibidem; deducendoque corpus ante majus altare in

[1] Apparently an error for *ordinans*, as in the printed texts.

[2] *promittebat* in the printed texts.

[3] *revesatus* in orig., corrected from the printed texts.

[4] *perrexit obviam* in the printed texts.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. monasterio collocarunt, ubi nocte illa a toto Conventu officiis divinis et sacris vigiliis assidua devotione honoratur. Ab eo loco corpus defertur Londonias; ubi Rex cum tota regni nobilitate, regnique pontificibus et prælatis, occurrit. Conditum est ergo corpus aromatibus in ecclesia Westmonasterii, cum summa omnium reverentia et honore. Cor vero in choro Fratrum Prædicatorum Londoniis est humatum. A.D. 1291.

In omni loco et villa, quibus corpus pausaverat, jussit Rex crucem miro tabulatu erigi ad Reginæ memoriam, ut a transeuntibus pro ejus anima deprecetur; in qua cruce fecit [1] imaginem Reginæ depingi.

Transit annus iste carus, sed non famelicus; Scotis turbulentus; Anglicis vicissim lætus et tristis.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Anno gratiæ millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, qui est annus regni Regis Edwardi Primi nonus decimus, Soldanus Babiloniæ, lapsis jam treugis cum Christianis per biennium initis, versus Accon tendens cum magno exercitu, in ipso itinere moritur; cujus filius, Soldanus factus, prosequitur cœpta patris, et civitatem Accon obsidens a quarto die mensis Maii, per decem dies continuos fortissime oppugnavit. Cives vero viriliter urbem defendentes, interim thesauros suos ac merces, sacrosanctasque reliquias, senes etiam atque debiles, mulieres et parvulos, fecerunt in Cyprum navigio deportari. Multi etiam, tam pedites quam equites, discedentes, ad defensionem civitatis reliquerunt tantum duodecim millia armatorum. Quintadecima vero die mensis, tam grave dederunt Sarraceni insultum, quod, cedente fere Regis Cypri custodia, civitatem intrassent, nisi obscuritas noctis alienumque subsidium obstitisset. Denique, Rex Cypri, commissa custodia sua ministro Militiæ Domus Teutonicorum, promittens se mane rediturum, [2] aufugit in Cyprum. Sarraceni autem videntes in crastino custodiam Regis Cypri destitutam ex parte illa, impleto fossato, ingressi sunt urbem, prœlioque ancipiti cum Christianis duobus diebus, nunc hiis, nunc illis, prævalentibus, dimicarunt. Tertia tandem die, irrumpente per portam Sancti Antonii Sarracenorum multitudine, interfectisque Templariis et Hospitalariis, urbem capiunt, muros ejus cum turribus, ecclesiasque cum domibus aliis, funditus evertentes. Patriarcha vero, qui de Ordine Prædicatorum fuerat, et Minister Hospitalis, letaliter vulnerati, tracti a suis in dromundum in mari, cum multis aliis, perierunt.

Transactions in Syria. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[1] *ymaginem* in orig. | [2] *affugit* in orig.

A.D. 1291. Per hoc tempus, Karolus, frater Regis Franciæ, renuncians juri suo in regnum Arragoniæ, uxorem duxit filiam Karoli, Regis Siciliæ, qui cum ea prædicta renunciatione Andegaviæ et Cenomanniæ contulit Comitatus. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Parliament at Northam.

Eodem anno, post Pascha Rex Angliæ, Scotiæ appropinquans, Parliamentum tenuit apud [1] Northam; ubi consultis prælatis ac utriusque juris peritis, revolutisque priorum temporum annalibus, vocari fecit prælatos ac majores regni Scotiæ, et coram eis in ecclesia parochiali de [2] Northham jus suum in superius dominium regni Scotiæ fideliter declaravit; petivitque ut hæc recognoscerent, protestando se jus coronæ suæ, usque ad effusionem sanguinis defensurum.

Enquiry as to Edward's right as superior lord of Scotland.

Ob quam causam, Rex isto anno omnia monasteria Angliæ, Scotiæ, et Walliæ, perscrutari fecerat, ad dinoscendum quale jus posset sibi competere in hac parte. Et repertum est in Chronicis Mariani Scoti, Willelmi de Malmesburia, Rogeri de Houden, Henrici de Huntyngdon, Radulphi de Luzeto, quod anno Domini nongentesimo decimo Rex Edwardus Senior subegit sibi reges Scotorum et Cumbrorum. Item, ibidem, quod anno Domini nongentesimo vicesimo primo, prædictæ gentes elegerunt sibi Edwardum prædictum in dominum et patronum. Item, ibidem, anno Domini nongentesimo vicesimo sexto, Rex Angliæ Adelstanus devicit Regem Scotiæ Constantinum, et iterum sub se permisit regnare. Item, Edredus, frater Adelstani, Rex Angliæ, devicit Scotos et Northumbranos; qui se submiserunt ei et fidelitatem juraverunt. Item ibidem, Edgarus Rex Angliæ superavit [3] Rinadum filium Alpini, Regem Scotorum; et ex tunc factus est Rex quatuor regnorum, scilicet, Angliæ, Scotiæ, Daciæ, et Norwagiæ. Item ibidem, Sanctus Edwardus regnum Scotiæ dedit Malcolino, filio Regis Cumbrorum, de se tenendum. Item, Willelmus Bastard, anno regni sui sexto, vicit Malcolinum Regem Scotiæ, et accepit ab eo sacramentum fidelitatis. Item, Willelmus Rufus simile fecit quod pater suus fecerat, erga Malcolinum Regem Scotiæ, et contra duos filios Malcolini successive regnantes. Item, Alexander successit fratri suo Edgaro in regnum Scotiæ, de consensu Regis Henrici Primi. Item, David, Rex Scotiæ, fecit homagium Regi Stephano. Item, Willelmus, Rex Scotiæ, fecit homagium Henrico Tertio, filio Regis Henrici Secundi, in coronatione sua; et iterum, Henrico patri, anno regni sui vicesimo; sicut patet in quadam conventione inter eos inde

---

[1] *Northumb.* in the printed texts; 'Norham' is meant.

[2] *Northumb.* in the printed texts.

[3] Correctly, *Kinadum*.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

facta. Item, dicit Rogerus de Houdene, quod Willelmus Rex Scotiæ venit ad dominum suum Regem Henricum in Normanniam; et similiter fecit Regi Ricardo, et etiam Johanni Regi, apud Lincolniam. Item, in Chronica Sancti Albani reperitur, quod Alexander, Rex Scotiæ, apud Eboracum desponsavit Margaretam filiam Regis Henrici, anno regni sui tricesimo quinto, et fecit ei homagium. Item, reperitur in Chartis Regum Scotiæ. Item, repertum est in Bullis Papalibus Scotiæ directis, reges Scotorum excommunicatos fuisse, quia noluerant obedire dominis suis, Anglorum regibus. A.D. 1291.

Transactions at Northam in reference to the Scottish Crown.

Convenientibus igitur apud [1] Northam, in finibus Anglorum versus Scotiam, Rege Anglorum cum suis peritis, ac Scotorum valentioribus cum suis prudentioribus, petivit Rex Angliæ in primis, ut Scoti pacifice assentirent suæ ordinationi super Rege Scotiæ; præsertim, cum sibi competeret ratione sui dominii capitalis. Scoti vero responderunt, se ignorare quod talis superioritas Regi Angliæ competeret; nec posse sine capite, Rege, ad talia respondere, cui incumberet talem denunciationem audire; nec aliud responsum ad præsens debere reddere testabantur, propter juramentum, excommunicatione vallatum, quod post mortem Regis Alexandri sibi invicem fecerunt. Unde, deliberatione librata, fecit Rex Edwardus Scotis litteras suas patentes, quibus recognovit adventum Scotorum in Angliam citra aquam Twede non debere alias illis [2] urgeri in præjudicium iterum veniendi in Angliam. Post hæc, majores Scotiæ et Angliæ, qui vendicabant jus successionis in regnum Scotiæ, per litteras suas patentes recognoverunt, se velle sponte recipere justitiam coram dicto Rege Edwardo, tanquam coram capitali domino, et firmum tenere quicquid ipse decreverit in præmissis.

[3] Litterarum Dominorum utriusque regni, qui jus successionis in Scotorum dominium vendicabant:—

New Rymer, I. p. 755. (in French.)

Letter of the claimants, signifying that they will abide by Edward's award.

"Omnibus præsentes litteras visuris vel audituris, Florentius "Comes Holondiæ, Robertus le Brus Dominus Vallis Anandiæ, "Johannes de Balliolo Dominus Galwidiæ, Johannes de "Hastinggys Dominus [4] Abergaveræ, Johannes Comyn Do-"minus de [5] Radenaw, Patricius de Dunbar Comes Marchiæ, "Johannes de Vesci, vice patris sui, Nicolaus de Sules,

---

[1] *Northumb.* in the printed texts.

[2] *urgere* in orig., *urgeri* in the printed texts.

[3] The words, "*Erat autem iste* "*tenor*," as given in Rishanger and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix., are omitted in orig., and in the printed texts.

[4] An error for *Abergavennæ*, as in the printed texts.

[5] An error for *Badenaw* (Badenoch), as in the printed texts.

A.D. 1291. "Willelmus de Ros, salutem in Domino. Cum nos in regno "Scotiæ jus habere credamus, et jus illud coram illo qui "potiorem habet potestatem, jurisdictionem, et rationem ex- "aminandi jus nostrum habet, declarare, vendicare, et probare, "intendamus; nobilisque Princeps, Dominus Edwardus, Dei "gratia Rex Angliæ, per bonas sufficientesque rationes nos "informaverit, quod ad eum spectat, et habere debet, superius "dominium regni Scotiæ, et cognitionem in audiendo, ex- "aminando, et diffiniendo, jus nostrum: nos, de propria nostra "voluntate, sine omni violentia et coactione, volumus, annui- "mus, et concedimus, ut recipiamus jus coram eo, tanquam "superiori domino terræ. Volumus insuper et promittimus, "quod habebimus et tenebimus firmum et stabile factum "suum, et quod ille habebit regnum, cui coram eo jus potius "illud dabit. In testimonium istorum, nos litteris istis ap- "posuimus sigilla nostra. [1] Data apud [2] Northam, feria tertia "post Ascensionem, etc."

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. New Rymer.

The castles of Scotland resigned into Edward's hand.

Facta itaque recognitione superioris [3] dominii, et submissione recipiendi quod coram Rege Angliæ jure fuerit diffinitum, petivit Rex castra et terram totam sibi reddi, ut per seysinam pacificam jus superioris dominii, quod jam per suas litteras recognoverant, clareret universis. Annuerunt statim regiæ petitioni; confectis super hoc litteris, et ab eisdem signatis, continentibus in Gallico, sicut priores litteræ, hunc tenorem:[4]—

Letter in reference thereto.

New Rymer, I. p. 755: (in French.)

"Omnibus præsentes litteras visuris vel audituris, Florentius Comes Holondiæ, Robertus le Brus Dominus Vallis "Anandiæ, Johannes de Balliolo Dominus Galwidiæ, Johan- "nes de Hastingges Dominus Abergavenniæ, Johannes Comyn "Dominus de Badenaw, Patricius de Dunbar Comes Marchiæ, "Johannes de Vesci, vice patris sui, Nicholaus de Sules, "Willelmus de Ros, salutem in Domino. Quia de bona vo- "luntate nostra et communi assensu, sine omni coactione, "annuimus et concessimus nobili Principi Domino Edwardo, "Dei gratia Regi Angliæ, quod ipse, tanquam superior domi- "nus terræ Scotiæ, possit audire, examinare, et diffinire, "vendicationes nostras, et [5] petitiones quas intendimus os- "tendere et probare, pro jure nostro recipiendo coram eo, "tanquam superiori domino terræ, promittentes insuper quod "factum suum habebimus firmum et stabile, et quod ille ob- "tinebit regnum Scotiæ, cujus jus potius declaratur coram eo.

---

[1] "*Fet et done a Norham, le Mardy* "*prochein apres le Assension, l'an* "*de grace,* MCCXCI." New Rymer, I. p. 755.

[2] *Northumb.* in the printed texts.

[3] *domini* in the printed texts.

[4] A rubric is here inserted as part of the text: "*Littera saisinæ datæ* "*Regi Angliæ de toto regno Scotiæ.*"

[5] Omitted in the printed texts.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. New Rymer.

A.D. 1291.

"Cum autem non possit præfatus Rex Angliæ isto modo "cognitionem facere, nec complere, sine judicio; nec judicium "debeat esse sine executione; nec executionem possit debito "modo facere sine possessione et seysina ejusdem terræ et "castrorum ejus; volumus, annuimus, et concedimus, quod "ipse, tanquam dominus superior, ad perficiendum prædicta "habeat seysinam totius terræ Scotiæ et castrorum ejus, "quousque jus in regnum petentibus fuerit satisfactum. Ita "tamen, quod antequam habeat seysinam, bonam et suffici- "entem securitatem faciat petitoribus, et custodibus, [1] et "[2] communitati regni Scotiæ, restituendi [3] idem regnum cum "tota regalitate, dignitate, dominio, libertatibus, consuetudini- "bus, [4] justiciariis, legibus, usibus, possessionibus, et quibus- "cumque pertinentiis, in eodem statu in quo erant ante "seysinam sibi traditam; [5] et liberabit illi, cui jure debetur "secundum judicium regalitatis, salvo Regi Angliæ homagio "illius qui Rex erit. Et debet hæc restitutio fieri infra duos "menses a die quo fuerit hoc jus discussum atque firmatum. "Exitus dictæ terræ medio tempore recipiantur, et in salvo "deposito reponantur, et bene custodiantur, per manum Came- "rarii Scotiæ, qui nunc est, et illius quem assignabit ad hoc "Rex Angliæ; et hoc, sub sigillis eorum, salva rationabili "sustentatione terræ et castrorum, ministrorumque regni. "In testimonium istorum omnium prædictorum, apposuimus "ad has litteras sigilla nostra. [6] Data apud [7] Northam, die "Mercurii proxima post Ascensionem Domini, anno, etc."

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Has duas litteras misit Rex Angliæ, sub sigillo suo privato, ad diversa monasteria regni sui, ut ad perpetuam rei gestæ memoriam in Chronicis ponerentur.

Rex assecurat reddere regnum Scotiæ cui debetur.

Surety given by Edward that he will restore the same.

Idcirco facta Scotis securitate [8] pro parte Regis Angliæ, de restituendo, prout præfertur, regno Scotiæ infra duos menses illi cui de jure hoc competeret, sub pœna centum millium librarum sterlingorum, Romæ in subsidium Terræ Sanctæ solvendorum, ac etiam sub pœna excommunicationis et inter-

---

[1] Omitted in the printed texts.
[2] *communicati* in the printed texts.
[3] *et idem* in the printed texts.
[4] *justitiis* in the printed texts.
[5] Omitted in the printed texts.
[6] "*Fet et done a Norham, le Meker-* "*dy apres la Assencion, lan de grace* "MCC., *nonaunte primercin.*" New Rymer, I. 755.
[7] *Northumb.* in the printed texts.
[8] *ex parte* in the printed texts.

A.D. 1291-1292. dicti, in Regis personam et regnum Angliæ, si non restitueret, fulminandum; Scoti per chartas suas tradiderunt Regi Edwardo regnum Scotiæ, cum castellis, juribus, et consuetudinibus; posueruntque custodes, qui medio tempore exitus et [1]approviamenta terræ, ad opus illorum quorum intererat, custodirent, quosque videlicet, debita [2]discussione habita, de legitimo constaret hærede. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Award in favour of John de Baliol. Quo facto, Rex Angliæ, post longas disceptationes vendicantium illud regnum, discussis juribus, prætulit Johannem de Bayllol; qui recognovit Regem Angliæ fore Scotiæ capitalem dominum, fecitque ei homagium, et fidelitatem juravit; ut in gestis anni sequentis plenius declaratur.

Death and burial of Alianor, the queen-mother. Eodem anno, circa festum Beati Johannis Baptistæ, Alienora, mater Regis Angliæ, Ambresbiriæ est defuncta; propter quod Rex de Scotia in Angliam rediit, ut funus maternum sepulturæ traderet debito cum honore. Sepultum est itaque corpus ejus in Monasterio Ambresburiæ, cor vero Londoniis in ecclesia Fratrum Minorum; qui, sicut et cuncti Fratres reliquorum Ordinum, aliquid de corporibus quorumcunque potentium morientium sibimet vendicabant, more canum cadaveribus assistentium, ubi quisque suam particulam avido consumendam expectat.

Rees ap Meredith condemned. Edward sets out for Scotland. Post festum Sancti Michaelis, Rex iterum tendens in Scotiam, cum Eboracum venisset, moramque [3]aliqualem fecisset ibidem, Resus filius Mereduci captus, illucque deductus, judicialiter condemnatur. Deinde Rex profectus in Scotiam, omnibus in regnum Scotiæ jus vendicantibus imposuit, ut in festo Sancti Johannis Baptistæ proximo futuro coram se comparerent, et quo jure regnum illud vendicabant, plenius declararent.

Transit annus iste frugifer, sed [4]quæ incolis vix sufficeret: Terræ Sanctæ flebilis, propter nobilem civitatem Accon, quæ "Acres" vel "[5]Tholomayda" dicitur, ereptam Christianis; Anglis et Scotis sub magna expectatione transactus, dum unusquisque scire cupit, quis in regno gentium dominabitur.

Anno gratiæ millesimo ducentesimo nonagesimo tertio, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, vicesimus, Nicholaus Papa Quartus viam universæ carnis ingressus est; qui paulo ante, Regem Angliæ ad recuperandum Terram MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Nicholas IV.

---

[1] *appromamenta* in the printed texts.

[2] *discutione*, or *discucione*, in orig.; *discutione* in the printed texts.

[3] *aliquam* in the printed texts.

[4] Correctly *qui*, as in the printed texts.

[5] For *Ptolemais*, one of its classical names.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Sanctam invitans, ducem et capitaneum omnium constituit Christianorum. A.D. 1291-1292.

Hoc anno suborta est discordia inter Anglicos et Francos, hujuscemodi occasione. Duo nautæ, quorum unus erat Anglicus, alter Gallicus de Normannia, convenerunt apud Gazconiam ad quemdam fontem, ut haurirent aquam; ubi dissensio facta est, dum quisque nititur prius haurire. Cumque diutius contendissent, et mutua convitia invicem intulissent, paravit Gallicus Anglicum percutere pugione. Sed Anglicus, vitato periculo, Gallici pugnum tenuit, quo gladium tenebat strictum, cum eripere volens sibi. Interea, cecidit Normannus super mucronem suum, confossusque morti subjacuit suo casu. Cum vero casus iste Normannis fuisset cognitus, persecuti sunt Anglicum, ut in eum necem socii [1] vindicarent; sed nautæ, consocii Anglici, resistunt Normannis, et fit conflictus gravissimus inter eos. Tandem Anglici sine magno dispendio evaserunt. Tunc accesserunt ad Philippum Regem Franciæ, quibus grata fuit regni turbatio; et ejus bilem contra Anglicos commoverunt, dicentes turpe fore sibi gentique suæ, ut a caudatis taliter tractarentur. Rex vero jussit nautis suis, ut ubicunque obviarent Anglicis, de nece consocii caperent ultionem. Fervebat igitur furor Gallicorum, et dum sitiunt Anglicorum sanguinem, multotiens damna gravia intulerunt.

Quarrel between England and France.

Vice quadam igitur, dum maris observant semitas, conspiciunt naves Anglicas a remotis, quibus cursu appropinquantes velocissimo, subito prœlium inchoarunt. Inter congrediendum, quamdam navem Anglicam inter consocias suas uncis attraxerunt Gallici, et quemdam Anglicum trahentes de navi sua, mox in summitate mali navis Normannici suspenderunt. Quo facto, quia potentiores et plures pro tunc erant Gallici, sine magna læsione recesserunt. Ex hiis causis crevit timor et invidia populis utriusque regni.

Death of Rudolph and election of Adolph,

Eo tempore moritur Rex Romanorum Radulphus. In cujus successione electus est Adulphus, Comes de Naasso; et sine contradictione in Regem Alemanniæ solemniter coronatur. A.D. 1291. A.D. 1292.

Alfonsus etiam, Arragoniæ Rex, mortuus est hoc anno. A.D. 1291,

Rex Angliæ, post festum Sancti Johannis Baptistæ, in Scotiam veniens, receptis eorum qui regnum Scotiæ vendicabant allegationibus pro jure suo, eligi fecit quadraginta personas, [2] videlicet de Anglia viginti, et viginti de Scotia, qui istas allegationes deliberata diligentia discuterent; sen- A.D. 1292.

Transactions in Scotland.

[1] *vindicarentur* in orig.; corrected from the printed texts.

[2] The words "*videlicet de Anglia*" are added in a later hand.

A.D. 1292. tentiam finalem usque in festum Sancti Michaelis, [1] proximo venturum, differens proferendam. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Eo tempore, [2] Ericus, Rex Norwagiæ, venit coram Consilio Domini Regis Angliæ per attornatos suos, et protulit quoddam scriptum in hæc verba:—

Claim of Eric, King of Norway, to the crown of Scotland.

"Omnibus præsentes litteras inspecturis vel audituris "pateat evidenter, quod nos, Ericus, Dei gratia Rex Nor-"wagiæ, tenore præsentium fecimus, constituimus, et ordi-"navimus, prout de jure et facto melius facere potuimus, "nostros veros et legitimos attornatos, et procuratores et "nuncios speciales, nobilem virum Aduenum de Hagr, et "Magistrum H., Plebanum plebis, de Castillione Arretino "Domini Papæ Capellanum, et Magistrum [3] P. Algorum, ad "[4] compariendum pro nobis, et vice nostra, coram excellenti "Principe, Domino, Dei gratia, Edwardo, Rege Angliæ illustri, "et superiori domino regni Scotiæ; et ad petendum nomine "nostro, tanquam per superiorem dominum regni Scotiæ, "nobis adjudicari regnum Scotiæ supradictum, cum omnibus "juribus et pertinentiis suis; cum ipsum regnum per mortem "Dominæ Margaretæ, filiæ nostræ, olim Dominæ et Reginæ "regni Scotiæ, sit ad nos jure hæreditario devolutum legitime. "Item, ad petendum nomine nostro adjudicari nobis, et "præfatis attornatis et procuratoribus nostris assignari, pro "nobis, fructus et redditus regni Scotiæ quatuor annorum, "qui fluxerunt a tempore mortis Domini Alexandri, bonæ "memoriæ, quondam Regis Scotiæ, usque ad diem mortis "Dominæ Margaretæ, filiæ nostræ, olim Dominæ Reginæ "Scotorum, qui percepti sunt vel percipi potuerunt de dicto "regno, cum ad nos dicti fructus seu redditus pleno jure "pertineant; tum, quia fuimus legitimus administrator "bonorum Reginæ præfatæ, cum viveret; tum etiam, quia "gravia expensarum et sumptuum onera sustinuimus propter "eam, dum in regno Norwagiæ moram traxit, et postmodum "mittendo eam ad regnum suum Scotiæ supradictum. Item, "ad petendum nomine nostro condemnari universitatem regni "Scotiæ, et ipsum regnum, ad solvendum nobis seu dictis "attornatis et procuratoribus nostris, recipientibus vice nostra, "pœnam centum millium librarum sterlingorum, in quam "inciderunt universitas præfata et regnum prædictum, non

---

[1] *primo* in the printed texts.

[2] This name is inserted in a later hand.

[3] *Petrum* in the printed texts.

[4] *comperiendum* in the printed texts.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1292.

"recipiendo libere præfatam Dominam Margaretam, filiam "nostram, in Dominam et Reginam regni Scotiæ, nec ei "obediendo in aliquo. Et ad petendum supplementum sep- "tingentarum marcarum, quas habere debemus a regno "Scotiæ, occasione dotis Dominæ Margaretæ, olim filiæ nostræ "et uxoris Regis Scotiæ prædicti; cum fructus et redditus "terrarum nobis [1] assignati pro septingentis marcis annuis, ad "quingentarum marcarum summam non ascendant. Item, ad "agendum et defendendum, lucrandum et perdendum, coram "præfato Principe, Domino Edwardo, Rege Angliæ, superiore "domino regni Scotiæ, debita quomodocunque et qualitercunque, "et ex quacunque causa vel causis, nobis debeantur, et a "quibuscunque personis, loco, vel universitate, et quocunque "nomine illa jura censeantur; et ad omnia alia et singula "facienda, quæ veri et legitimi attornati seu procuratores, et "nuncii, facere possent in præmissis, et quilibet præmissorum, "si mandatum etiam exegerint speciale, et quæ nosmet facere "possemus, si præsentes essemus; promittentes sub [2] hypotheca "et obligatione omnium bonorum nostrorum, pactum firmum "et gratum habere et tenere perpetuo, et non contravenire "aliquo ingenio vel modo, quicquid per prædictos attornatos "seu procuratores nostros, vel duos saltem ex eis, actum "vel procuratum fuerit in præmissis, vel quolibet præ- "missorum. Data Tonsborgiæ, anno Domini, etc., anno regni "nostri tertiodecimo. In cujus rei testimonium, has litteras "fieri fecimus, et nostri sigilli munimine roborari."

Quod dies datus est Regi Norwagiæ.

A day given to the envoys of the King of Norway.

Requisitum fuit de eisdem attornatis, quid voluit addere, minuere, vel mutare, et quod in petitione sua danda declararent? Qui dicunt, quod nolunt declarare, antequam habuerint colloquium cum dicto Domino Rege Angliæ, superiori domino regni Scotiæ; nec aliquid aliud proponere vel dicere ea vice. Et hæc requisitio fuit facta, quia alias in petitione sua, quæ coram ipsis fuit ibidem lecta, reservavit sibi beneficium addendi, minuendi, et mutandi; prout plenius ex tenore ipsius petitionis apparet. Et datus est eis dies usque ad diem Mercurii proximum sequentem, ad audiendum voluntatem Domini Regis.

Postea, die Mercurii proximo post festum Beati Martini, venerunt prædicti attornati Regis Norwagiæ coram Consilio

[1] *assignari* in orig., *assignati* in the printed texts.

[2] *ypoteca* in orig.

A.D. 1292. prædicti Domini Regis Angliæ, et superioris domini Scotiæ; et dictum fuit eis per Consilium dicti Domini Regis, quod declararent manifeste actionem Domini Regis Norwagiæ, per quam intendunt recuperare regnum Scotiæ tanquam jus domini sui.'" Qui quidem attornati responderunt et dixerunt, quod voluerunt prius habere colloquium cum prædicto domino suo, Rege Norwagiæ, et ipsum super actione et petitione prædictis consulere, antequam ulterius prosequerentur. Et multotiens requisiti, quod petitionem præfati domini sui manifestius declararent, tandem dixerunt præcise, quod [1]petitionem supradicti domini sui noluerunt declarare, nec ulterius super hoc aliud dicere, antequam eundem dominum suum consulti fuerint in præmissis. Ideo datus est eis dies de die in diem coram prædicto Domino Rege Angliæ, superiore domino dicti regni Scotiæ, ad audiendum judicium suum de eo, quod noluerunt ulterius prosequi petitionem domini sui prædicti.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Final award in favour of John de Baliol.

Igitur, post diligentem hujus negotii discussionem inter cæteros, de assensu communi, Johanni de Balliole, qui de filia David, Regis Scotorum, descenderat seniore, adjudicavit Rex ex integro regnum ipsum. Robertus nempe de Brus, inter quem et ipsum Johannem de Balliolo, exclusis cæteris, quæstio vertebatur, licet uno gradu esset propinquior, tamen descendit a filia Regis David secunda.

His coronation.

Johannes de Balliolo, in festo Sancti Andreæ sequenti, collocatus super lapidem regalem, quem Jacob [2]supposuerat capiti suo, dum iret de Bersabee et pergeret [3]Aran, in ecclesia Canonicorum Regularium de Scone, solemniter coronatur. Post coronationem vero accedens ad Regem Angliæ, qui festum Nativitatis Dominicæ apud Novum Castrum tenuit super Tynam, eidem fecit homagium sub hiis verbis:—

Homage to the King of England.

"Domino Edwarde, Rex Angliæ, superior Domine Scotiæ. Ego "Johannes de Balliolo, Rex Scotiæ, [4]recognosco me hominem "vestrum de toto regno Scotiæ et omnibus pertinentiis, et hiis "quæ ad hoc spectant; quod regnum meum teneo, et de jure "debeo et clamito tenere, hæreditarie de vobis et hæredibus "vestris, regibus Angliæ, et de vita et membris, et terreno "honore, contra omnes homines qui [5]possunt vivere et mori."

Et Rex Angliæ recepit homagium in forma prædicta, suo et alterius jure [6]salvo. Recepto autem Regis Johannis homagio, Rex Angliæ eidem regnum Scotiæ integraliter, cum omnibus pertinentiis, restituit indilate.

---

[1] *petitioni* in orig.; corrected from the printed texts.
[2] *Genesis* xxviii. 11.
[3] *Aram* in Camden's text.
[4] Omitted in the printed texts.
[5] *putant* in the printed texts.
[6] Added in a later hand.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Transit annus iste multum frugifer, nec famelicus; Anglicis et Francis discordiæ inchoativus; Romanis et Arragoniis lugubris, propter mortem Papæ, Regumque Alemanniæ et Arragoniæ; Scotis nec tristis nec hilaris, de [1] adeptione novi regis. A.D. 1293.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Anno gratiæ millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, vicesimus primus, fuit idem Rex ad Natale apud Novum Castrum super Tynam; ubi suscepit homagium Regis Scotorum.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Escape of Henry of Spain.

Eo tempore, Henricus de Hispannia in carcere Regis Siciliæ diu detentus, evadens Hispannias, ad nepotem suum Sanctim Regem venit.

Transactions between England and France.

Per idem tempus, mercatores Angliæ, variis in mari lacessiti periculis, super mercium suarum amissione Regi Angliæ conqueruntur. Qui Comitem Lincolniæ, Henricum de Lacy, ad Regem Franciæ transmisit; suppliciter petens, ut de assensu ipsius, per Reges et eorum Consilia, contra hujusmodi maritima dispendia provideretur cum celeritate de remedio competenti. Interim vero, dum Comes responsum expectat, classis ducentarum navium Normannicarum, et amplius, quæ coadunata ut Anglos virtuosius invaderet, et [2] invadente fortius propulsaret, in Wasconiam profecta fuerat, quicquid de parte adversa obvium habuit prædæ ac morti facile destinando. Dum onusta vino reverteretur gloribunda, quasi sibi soli maris cessisset libertas, a sexaginta navibus Anglicanis capitur in portu Sancti Matthæi in Minori Britannia, et in Angliam adducitur, feria sexta ante Vigiliam Pentecostes, submersis aut cæsis hominibus omnibus qui erant in navibus, solis illis [3] exceptis qui in scaphis vix sibi saluti fuerant fugiendo. [4] Perdiderunt nempe Gallici quindecim millia hominum in hoc conflictu.

Rumor facti, diffusus per Galliam, Regem Consilium suumque, non tam admiratione quam indignatione vehementi commovit. Ordinantur igitur ambassiatores, qui ex parte Regis Francorum a Rege Angliæ peterent, ut absque mora naves cum mercibus, per homines suos raptas, et in regno suo receptas, restitueret, si vellet sua negotia pro terra Wasconiæ in Curia Regis Franciæ favorabiliter expediri.

Super mandato Rex deliberans, habito Consilio, Ricardum, Londoniensem Episcopum, adjunctis eidem aliis viris prudentibus, ad Regem Francorum et suum Consilium cum hujuscemodi transmisit responso; videlicet, cum Rex Angliæ Curiam suam habeat nulli subjectam, si qui se læsos senserint per

[1] *adoptione* in the printed texts.
[2] Correctly *invadentes*.
[3] Omitted in the printed texts.
[4] *Prediderunt* in orig.

A.D. 1293. homines regni sui, veniant ad Curiam suam; et, declaratis sibi illatis injuriis, Rex eis celerem fieri justitiam ordinabit. Quod ut securius possint facere, quibuscunque conqueri volentibus Rex de eundo et redeundo per terram [1] [suam] salvum dabit conductum. Quod si hoc Regi Francorum non placeat, eligantur hinc inde arbitri, qui, pensatis damnis utriusque partis, provideant quomodo querelantibus satisfiat; et Rex Anglorum dicto eorum, et laudo, sub certa obligatione se submittet; dum tamen Rex Francorum se submittat et obliget pari modo. Si vero aliquid occurrat, tam arduum quod per arbitros discindi nequeat, diffiniendum Regibus reservetur. Et Rex Angliæ, habito conducto, ad Regem Franciæ, accedentem ad aliquam villam maritimam, veniet; et de assensu mutuo finis negotio imponatur. Quod si nec istud Rex Francorum acceptaverit, in Summum Pontificem, cujus est inter reges et regna pacem fovere, tranferatur de assensu mutuo negotium; vel, quia tunc sedes Sancti Petri vacabat, ad Cardinales omnes vel aliquos: ut [2] litis et discordiæ submota materia, pax inter eos et eorum populos refloreat, ut solebat. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Sprevit hæc omnia Consilium Franciæ, nec nunciis, instanter flagitantibus, dignatum est aliquid respondere. Misit denique Rex Francorum ad civitatem Agennum, quæ ad Ducatum Aquitanniæ spectare dinoscitur, ibique nominatim citari fecit Regem Angliæ, ut die certa Parisius compareret, de injuriis et rebellionibus in terra factis Wasconiæ responsurus. Quem ad diem præfixum non comparentem, Rex Francorum, in propria persona pro tribunali sedens, sententiam protulit, judicans in defectu. Moxque præcepit Constabulario Franciæ, ut in manu armata proficiscens Ducatum Aquitanniæ Regis Francorum nomine occuparet, caperetque vel expelleret quoscunque per Regem Angliæ illius custodiæ deputatos. Siquidem paulo ante miserat illuc Rex Angliæ Johannem de Sancto Johanne, militem discretum, in armis strenuum, et in rebus bellicis exercitatum; qui civitates et castra per totum Ducatum munivit armis et victualibus, et viris strenuis ad bellandum.

Rex Anglorum adhuc satagens Regis Francorum animum emollire, mandavit germano suo Edmundo, qui tunc in Galliis morabatur, ut Consilium Franciæ adiens, de aliqua forma pacis provideret, quæ Regi Francorum foret placita, et sibi non nimium inhonesta. Qui post tractatus multos, frustra habitos, iter versus Angliam arripuit, de pace et concordia penitus desperatus.

---

[1] Supplied from the printed texts. | [2] *letis* in orig.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. — A.D. 1293-1294. — Marriage of Princess Alienor to Henry, Count de Bar.

Eodem anno, circa festum Sancti Michaelis, Alienora, filia Regis Angliæ, apud [1] Bristollum Henrico Comiti Barrensi traditur in uxorem; de qua filium genuit Edwardum, et filiam quam Johannes de [2] Warenna, Surreyæ et Southexiæ Comes, duxit.

Transit annus iste nec uber frugum nec fertilis fructuum; Normannis flebilis, quia quod carius dilexerunt, per Anglicos amiserunt; Francis et Anglicis discordiæ inchoativus, et damnorum irrecuperabilium causativus.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. — Negotiations for peace between England and France. — Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Anno gratiæ millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, vicesimus secundus, Edmundus, frater Regis Angliæ, versus mare profectus, per Reginas Franciæ, Johannam, Regis consortem, et Mariam, ejusdem novercam, ut cum eisdem pacis tractatum resumat, celeriter revocatur. Denique mediantibus Reginis, post plurima interloquia, in forma subscripta extitit concordatum. — Ut propter honorem Regis Francorum, cui per ministros custodiæ Wasconiæ deputatos, ut videbatur nonnullis, in pluribus fuerat derogatum, sex castra, videlicet, Sanctonas, [3] Galemund, [4] Tournān, Pomerel, Penne, et Mountflaunkene, voluntati Regis Franciæ dederentur. In omnibus vero civitatibus et castris totius Ducatus, exceptis Burdegalia, Baiona, et Regula, unus serviens nomine Regis Franciæ poneretur. De ministris quoque per Regem Angliæ in Wasconia positis, aliisque per totam terram, pro libitu Regis Francorum obsides traderentur. Quibus peractis, Rex [5] Franciæ citationem, in Aula Parisiensi publicatam, faceret revocari. Castra vero omnia, amotis servientibus in civitatibus positis et castris, obsidesque, ad petitionem duarum Reginarum, vel unius earum, restitueret sine mora. Rexque Angliæ, concesso sibi salvo conductu, Ambianis veniret, ut ibi habito mutuo Regum colloquio, pax et amicitia in posterum firmaretur. Super hiis confectis scriptis, unum, per Reginas signatum, Edmundo traditur; aliud, signatum ab Edmundo, commendatur Reginis. Quæ, data fide in manu Edmundi, promiserunt pacta in scriptis inita nullatenus violanda.

Certificatus super hiis Rex Angliæ, per germanum suum litteram unam patentem, directam omnibus ministris suis in Wasconia, continentem mandatum ut in omnibus Regis Francorum obtemperent voluntati, transmisit germano suo; per eum,

---

[1] *Bristolliam* in the printed texts.
[2] *Warremia* in the printed texts.
[3] *Talemund* in the printed texts.
[4] *Tourn* in the printed texts.
[5] Added in a later hand.

A.D. 1294. cum sibi videretur, ulterius in Wasconiam transmittendam. Recepta littera, Edmundus veritus eam transmittere antequam sibi constaret an Rex ipse acceptaret quæ facta fuerant per Reginas, petivit ab eis, ut per dictum Regis proprium super præmissis certior redderetur. Denique præsentibus Edmundo, germano Regis Angliæ, et uxore sua Blanka, Regina Navariæ, matre Reginæ Franciæ, necnon Duce Burgundiæ et Hugone de Veer, filio Comitis Oxoniæ, ac clerico quodam, Johanne de Lacy, Rex ipse promissa Reginarum, ac pacta per eas concordata, in fidelitate regia se adimpleturum spopondit. Moxque miles quidam, nomine "Galfridus de Langeleya," de familia Edmundi, fratris Regis Angliæ, cum litteris Regis Francorum, revocantibus Constabularium Regis Franciæ, qui cum exercitu profectus fuerat ut Wasconiam expugnaret, missus est ad eum. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Rex autem Angliæ, Cantuariæ solemnitatem Paschalem tenuit; ibidem, ut Ambianis proficisceretur, expectabat de conductu. Johannes etiam de Lacy, clericus prædictus, in Wasconiam transmissus est cum littera ministris Regis Angliæ directa, secundum formam prædictam. Johannes vero de Sancto Johanne, quem Rex Angliæ Wasconiæ præfecerat, auditis pactis initis, omnia quæ ad munitiones castrorum et urbium providerat, vendidit; discedensque, per Parisius versus Angliam iter suum [1] [direxit].

The proposed terms refused by the King of France.

Et ecce! procurante pacis æmulo, immutatum est cor Regis Franciæ; conductusque Regi Angliæ denegatur, et littera Constabularii revocatoria per posteriorem litteram irritatur. Et quia per Constabularium Wasconiam in manu potenti intrantem, custodibus et ministris, juxta tenorem litteræ sibi apportatæ, se subdentibus, in manu Regis Francorum accipitur terra tota; ministri omnes Regis Angliæ, terræque custodes, obsides et captivi Parisius deducuntur. Post dies [2] tantum aliquot, Edmundus Reginas rogavit, ut, juxta promissa sua et pactiones initas, Regem Franciæ interpellarent super conductu Regi Angliæ concedendo, citatione revocanda, terra restituenda, et obsidibus liberandis. Rex vero Francorum per quosdam milites, ad Edmundum missos, inficiatur se quicquam de talibus pactis scire. Denique perpendens Edmundus, se fratremque suum, Regem Angliæ, delusos, reversus in Angliam, Regem et Consilium suum ad plenum informat et certificat de re gesta.

Igitur, Rex Angliæ, convocato Londoniis Parliamento, cui Johannes Rex Scotorum interfuit, de consilio prælatorum et

---

[1] Inadvertently omitted, and supplied from Rishanger and Bibl. Reg. 13 E. ix., and the printed texts.

[2] More correctly *tamen*.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

procerum, censentium terram sub dolo ablatam recuperandam gladio, Rex Angliæ ad Regem Francorum misit nuncios, Hugonem de Mancestria de Ordine Prædicatorum, et Willelmum de Ginesburn de Ordine Minorum, Doctores Theologiæ, viros providos ac discretos; mandans ei per eosdem, quod cum pacta inter progenitores eorum habita, et ipsos, necnon et secretos tractatus, quos, mediante germano suo, cum eo habuit, violasset; non videbatur sibi, quod ipsum Regem Angliæ, Ducemque [1]Aquitanniæ, hominem suum reputabat, nec ipse homagio suo astringi ulterius intendebat. A.D. 1294. Envoys sent to the King of France, renouncing homage on part of the King of England.

Eodem tempore Rex Angliæ, misso in Teutoniam Antonio, Dunelmensi Episcopo, confœderavit sibi [2]Radulphum, Regem Romanorum. Exercitum etiam, in Wasconiam transmittendum, adunari jubens apud [3]Portemutham, Johannem de Britannia, nepotem suum, Comitem Richemundiæ, eidem præfecit; dans ei consiliarios Johannem de Sancto Johanne et Robertum Typetot, milites prudentes et in bellicis rebus expertos. Navigium etiam ad custodiendnm mare, in tres classes distinxit, tres præponens ei Admiralios; videlicet, Gernemutensibus et cæteris illius partis navibus, Johannem de Boteturte; [4]Porthemuthensibus, Willelmum de Leyborne; Occidentalibus vero navibus et Hibernicis, militem quemdam [5]probum, de Hibernia oriundum. Alliance with the King of the Romans, and preparations for war with France.

Hoc anno concessa est Regi, in subsidium werræ suæ, medietas a clero, sexta a civibus, et a reliquo populo decima pars, bonorum. Subsidy granted to the King.

Fuit autem hoc anno in Anglia maxima annonæ karistia, ita ut pauperes passim afflicti lienteria morirentur. Dearth in England.

Eodem anno, post vacationem diutinam, electus est in Summum Pontificem Petrus de Murrone, qui, monachus de Ordine Sancti Benedicti existens, heremiticam duxit vitam. Hic, sublimatus in Papam, dictus est "Cœlestinus Quintus;" qui unam ordinationem in mense Septembri faciens, creavit duodecim Cardinales. Election of Pope Cœlestinus V.

Exercitus Regis Angliæ de Portesmutha circa festum Sancti Michaelis progrediens, vi ventorum repulsus, applicuit Dortemutham. In crastino vero Sancti Dionysii, captata aura, cursu velivolo ad Sanctum Matthæum in Britannia die secundo [6]pervenit. Discedentes a Britannia, in crastino Sanctorum Crispini et Crispiniani intraverunt ostia Girundæ fluvii, a Burdegalia [7]descendentes; per quem ascendentes, captis duabus Edward arrives in Bretagne. Transactions in France.

---

[1] *Equitanniæ* in orig.
[2] Properly, *Adulphum*.
[3] *Portesmutham* in the printed texts.
[4] *Portesmuthensibus* in the printed texts.
[5] Omitted in the printed texts.
[6] *perveniunt* in the printed texts.
[7] *discedentes* in the printed texts.

A.D. 1294-1295. villis bonis ac muratis, Burgo super Mare ac Blavio, cursu prospero transeuntes, coram Burdegalia, Risuncium perveniunt; ubi, reddita eis villa, equos suos de navibus eduxerunt. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Insurrections in various parts of Wales.

Eodem tempore, Wallenses, insurgentes contra Regem, in diversis partibus diversos sibi principes præfecerunt. Aquilonares enim, qui circa partes Snowdoniæ habitant, capitaneum habentes et ducem quemdam de genere Lewlini, Principis ultimi, "Madocum" nomine, villam et castrum de Karnarvan combusserunt, magna Anglicorum multitudine, qui nihil tale suspicantes ad nundinas [1] venerant, interfecta. Occidentales vero Wallenses, præposito sibi quodam, nomine "Mailgone," juvene, in partibus Penbrochiæ et Kermerdyn mala plurima perpetrarunt. Quidam etiam, [2] "Marganus" dictus, Wallenses Australes concitans, Comitem Gloverniæ Gilbertum, qui progenitores suos [3] exhæredaverat, de terra sua quæ "Glamorgan" dicitur, expulit et fugavit.

Edward takes measures to quell them.

Rex Angliæ, auditis hiis rumoribus, Walliam ingressus, Edmundum germanum suum, et Henricum Comitem Lincolniæ, qui jam se parabant ad transfretandum in Wasconiam, cum exercitu ad se in Walliam revocavit. Quibus in die Sancti Martini appropinquantibus castello Comitis Lincolniæ de Dimeby, Wallenses in magna virtute occurrerunt, et conserto gravi prœlio repulerunt.

A.D. 1294. Robertus de Wynchelsee, Doctor Sacræ Theologiæ, a Papa Cœlestino confirmatus, et in Archiepiscopum Cantuariensem in Curia consecratus, Angliam veniens, Johanni de Monemutha, Doctori Theologiæ, Episcopatum [4] Landavensem auctoritate

A.D. 1295. papali contulit; qui jam [5] vacaverat multis annis.

A.D. 1294. Abdication of Cœlestinus V.

Cœlestinus Papa, se minus sufficientem ad regendum Ecclesiam sentiens, de consilio Benedicti [6] Gaietan, cessit Papatui, edita prius Constitutione super cessione Pontificum Romanorum.

Boniface VIII. elected Pope.

In Vigilia Natalis Domini, apud Neapolim, in Papam eligitur Benedictus [7] Gaietanus, natione Campanus, de [8] Anagnia civitate. Hic, "Bonefacius Octavus" vocatus, statim post suam creationem Episcopum Ostiensem super quibusdam in præsentia Cardinalium arguens durissime, pallii usu privavit; et nihilominus ab eodem, ante restitutionem pallii, coronatur. Hic quinto pontificatus sui anno, qui Jubilæus erat, [9] uberes

---

[1] *venerunt* in the printed texts.

[2] *Morganus* in the printed texts.

[3] *exhæreditaverat* in the printed texts.

[4] *Londinensem* in the printed texts.

[5] *vacuerat* in the printed texts.

[6] *Caietani* in the printed texts.

[7] *Caietanus* in the printed texts.

[8] *Anagnina* in the printed texts.

[9] *urbes* in orig.; an error for *uberes*, as in Rishanger and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix., and the printed texts.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

indulgentias limina Apostolorum visitantibus concessit. Sextum Librum Decretalium edidit, in quo multa dubia decidit. Nonnullas extravagantes Constitutiones Honorii, Adriani, Innocentii, Clementis, et aliorum, incorporavit; reprobanda resecavit. De quo prædecessor suus, Cœlestinus, vir vitæ anachoriticæ, eo quod eum ad cedendum Papatui subdole induxisset, prophetavit in hunc modum, prout fertur; "Ascendisti ut vulpes, "regnabis ut leo, morieris ut canis." Et ita sane contigit; nam ipsum Papam ut Papatui cederet, et ut Papa quilibet cedere posset, Constitutionem edere fecit; quam quidem postmodum ipsemet, Papa effectus, revocavit. Deinde rigide regens, generosos quosdam de Columpna Cardinales deposuit. Regi Francorum in multis non solum obstitit, sed eum totis viribus deponere insudavit. Igitur Senescallus Franciæ, Willelmus de Longareto, vir quidem in [1] agibilibus admodum circumspectus, et fratres de Columpna prædicti, fœderatis viribus, Bonefacium Papam comprehenderunt, et in equum effrenem, versa facie ad caudam, sine freno posuerunt; quem sic discurrere usque ad novissimum [2] halitum coegerunt, ac tandem fame necaverunt. Sed hæc in sequentibus, cum tempus occurrerit rei gestæ.

A.D. 1294–1295.

Transit annus iste frugibus et fructibus destitutus, ita ut pauperes fame peribant; Anglis subdolus, propter [3] falsitatem, quæ de Francorum Rege et [4] Reginis surrepsit; et sollicitus propter bella parata versus Wasconiam sive Walliam; Romanis varius, propter Papæ Cœlestini cessionem; Paganis, Sarracenis, et incredulis in Terra Sancta, quietus, propter Christianorum dissensionem.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Edward is joined in Wales by the Archbishop of Canterbury.

Anno gratiæ millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, vicesimus tertius, fuit idem Rex ad Natale in Wallia apud [5] Abertone; ubi Archiepiscopum Cantuariensem ad se venientem, misso ei obviam, ad securum conductum faciendum, quodam clerico Johanne de Berewico, cum manu armata gratiose recepit; et ejus fidelitatem, quam ex more tenetur Regi facere, admissam cum favore remisit.

Transactions in France.

In die Circumcisionis Domini, reddita est Johanni de Sancto Johanne civitas Baionensis, quam die præcedenti ceperant nautæ fortiter expugnatam; multosque de civibus, quos Regi Anglorum adversari compertum est, præfatus Johannes captos

[1] *agitilibus* in the printed texts.
[2] *alitum* in orig.
[3] *fallacitatem* in the printed texts.
[4] *regnis* in the printed texts.
[5] *Abercoun* in Trivet; meaning Aber Conway.

A.D. 1295. in Angliam per mare transmisit. Obsidionem vero posuit circa castrum, quod post dies octo cepit, [1] Dominumque Asperi Montis, qui [2] illud detinuerat, cum aliis custodiæ mancipavit. Duas etiam galias pulcherrimas, quas ad munimen urbis Rex Francorum fecerat, in usum suum accepit. Non multum vero post, reddita est Anglicis villa Sancti Johannis de Sordes; multasque alias villas et munitiones ceperunt, quibusdam se sponte dedentibus, quibusdam violenter subactis. Auctus est in brevi Anglicorum [3] exercitus, multis, fraude cognita Gallicorum, ad fidelitatem Regis Angliæ reversis, [4] *id est*, quatuor millibus peditum, equitibusque ducentis. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Transactions in Wales.

Rex Angliæ eo tempore, transito flumine de Conewey, ut ulterius progrederetur in Walliam, cum nondum totus comitaretur exercitus, captis bigis et curribus victualibus onustis a Wallensibus, per aliquod tempus penuria coartatur; ita ut, quousque veniret ad eum reliqua pars exercitus, aquam melle mixtam biberet, paneque eum salsis carnibus vesceretur. Comes Warwici, audito quod Wallenses in maxima multitudine in quadam planitie inter duo nemora se adunassent, assumpta secum electa militia, cum balistariis et sagittariis de nocte superveniens, eos undique circumcinxit. Qui, fixis in terra lanceis, cuspides in oppositum irruentium dirigunt, ut sic se ab impetu equitum tuerentur. Sed Comes, inter duos equites posito uno balistario, ac jaculis balistarum [5] magna parte eorum qui lanceas tenebant prostratis, cum turma equitum in reliquos irruens, tantam stragem intulit, quanta eis una vice illata non creditur temporibus retroactis.

Beaumaris Castle built.

Interim, Rex Angliæ, ad compescendas Wallencium insolentias, castrum in insula, quæ "Angleseye" dicitur, construxit; quod "Bellum Mariscum" voluit appellari. Tandem Wallenses reliqui, fame consumpti et inedia, ad pacem Regis in brevi venire coguntur. In hoc tempore succisa sunt nemora in Wallia, quæ belli tempore indigenis præstabant latibula; firmataque sunt castra maritima circa loca. Cito post hoc, captus est Madocus, prædictus capitaneus Wallicorum, et Londonias adductus; a quo tempore werræ in Wallia quieverunt, et Wallenses more Anglicorum pene vivere inceperunt; thesauros congregantes, et rerum damna de cætero formidantes.

Madoc taken prisoner.

---

[1] Apparently written *demumque* in orig.
[2] *in quatuor* in the printed texts.
[3] *excercitus* in orig.
[4] *in quatuor* in the printed texts.
[5] *magne* in orig.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1295.

Transactions in France.

Eodem anno, Karolus, germanus Regis Franciæ, Wasconiam ingressus cum exercitu, Risuncium obsedit, et, fugiente ejus capitaneo, Johanne de Britannia, cum Roberto Typetot paucis relictis ad tuitionem villæ militibus, feria quinta in hebdomada Paschæ cepit; militesque ibi repertos, scilicet [1]Radulphum de Gorges, Rogerum de Leybourne, et Johannem de Cretingge, cum aliis militibus tresdecim et scutiferis triginta tribus, Parisius captivos transmisit. Occisus est ibi Adam de Cretingge, miles admodum probus, proditione cujusdam militis, nomine "Walteri," cognomento "Giffardi"; qui, factus transfuga, moratus est in Galliis annis multis.

Eodem die reddita est Anglicis villa Sancti Severi; cujus capitaneus Hugo de Veer constituitur. Karolus autem, eversis villa et castro Risuncii, Sanctum Severum, antequam sufficienter muniatur, properat obsidere. Quam, in magnum Gallicorum dispendium, qui ibidem fame moriebantur, et peste, tenuit præfatus Hugo tresdecim septimanis. Deficientibus tandem hiis, qui intus erant, per mediationem Comitum de [2]Anudoys et [3]Fuctensis, qui erat cum Karolo, obtenta est treuga dierum quindecim, infra quos liceret obsessis pro subsidio mittere in [4]Baionam; quo deficiente ad terminum prætaxatum, reddita est villa Gallicis; ita quod salvata sint recedentibus arma, cum supellectili sua tota, dato conductu usque ad duas dietas ab exercitu. Remanentibus vero nulla est illata molestia, sed potius, obsides prius abducti Tolosam, per Senescallum Regis Franciæ in villa repositi sunt; restitutis eis omnibus rebus suis. Karolus, positis in villa custodibus, cum exercitu suo revertitur in Franciam; post cujus discessum, infra paucos dies capta est villa ab Anglicis iterato.

Two Cardinals sent, to treat of peace between England and France.

Eodem anno duo Cardinales, Albanensis et Prænestinus, primo ad Regem Franciæ, postea ad Regem Angliæ, venerunt; missi a Papa Bonefacio pro pace inter reges et concordia reformanda. Qui circa festum Pentecostes venientes Londonias, ibidem ex mandato Regis, adhuc in Wallia existentis, ejus præstolabantur adventum; qui fuit citra festum Sancti Petri ad Vincula. Cardinales igitur coram Rege nuncium suum prosequentes, et pacem suadentes, [5]treugamque duorum annorum petentes, respondenteque Rege quod in pacem vel

---

[1] Two names, as given by Rishanger, are omitted here.

[2] *Amidois* in Trivet.

[3] *Succensis* in Rishanger and Trivet.

[4] *Boionam* in orig.

[5] *treugam* in the printed texts.

A.D. 1295. treugam absque Regis Romanorum consensu assentire, propter foedus inter eos initum juramento firmatum, non potuit; rogaverunt Regem, ut Regis Romanorum consensum [1] [petendo], inducias impetraret. Rege autem, ob reverentiam Curiæ Romanæ, petitioni eorum annuente, circa Nativitatem Virginis gloriosæ in Gallias revertuntur. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Dover ravaged by the French.

Circa præsens tempus, [2] classis Gallicana, Doveriam veniens, emisit prædones, qui, spoliato Prioratu et uno monacho sene occiso, partem magnam oppidi incenderunt; quorum aliqui ante reditum ad naves interfecti sunt, sed plurimi evaserunt. Cito vero post, galea quædam Gallicorum, casu quodam ad portum de Hyda appulsa, capta est per Johannem de Columbariis, militem nobilem, nautis, qui eam conabantur abducere, interfectis.

Cherbourg burnt.

Nautæ etiam Gernemuthenses Cæsaris Burgum in Normannia incendio vastaverunt, [3] Cherburgh, spoliataque Abbathia Canonicorum Regularium quemdam senem in Angliam adduxerunt.

Spanish ships taken by the people of Portsmouth.

Portesmuthenses quindecim naves Hispannicas, onustas mercibus, tendentes in Dammonem, portum Flandriæ, captas deduxerunt Sandwicum.

Baliol enters into an alliance with France.

Johannes, Rex Scotiæ, homagii et fidelitatis suæ immemor, destinatis ad Regem Francorum nunciis, Willelmo Sancti Andreæ, et Willelmo Dunkelaensi, Episcopis, Johanne de Soules, et Ingelrame de Umfrevile, militibus, clam contra Regem Angliæ foedus iniit; petens, in affirmationem negotii, matrimonium contrahi inter filium suum, Edwardum, ac nobilem puellam Johannam, filiam Karoli, germani Regis Francorum; spondens se velle [4] Regem Angliæ totis viribus impugnare, et a werra cum Rege Franciæ impedire; sicut in scriptis inter utrosque reges confectis plenius continetur.

Scoti vero per idem tempus elegerunt sibi duodecim pares; quatuor videlicet Episcopos, quatuor Comites, et quatuor Barones; quorum consilio Rex regnum suum gubernare debebat. Per quos etiam, ut in hanc consentiret proditionem, fuit inductus. Nempe horum consilio, et præcipue Abbatis de Meuros, cum ad Parliamentum venisset Regis Angliæ, illicensiatus clam discessit tanquam fugitivus, ad magnum dedecus personæ suæ.

His property in England confiscated.

Ob quam causam Rex Angliæ jussit omnia bona sua, mobilia et immobilia, quæ habebat in Anglia, confiscari; qui eo tempore multas villas et prædia pinguia in Anglia possidebat.

---

[1] Supplied from the printed texts.
[2] Inserted in a later hand.
[3] Apparently a gloss upon the words of Rishanger and Bibl. Reg. 13 E. ix.
[4] *regnum* in the printed texts.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1295.

Treason of Sir Thomas Turberville.

Per idem tempus, miles quidam, dictus "Thomas [1]Turbre-"vyle," in Wasconia captus est, et Parisius inter alios captivos detentus. Qui, procurante civitatis ejusdem præposito, liber dimittitur, sponsione juramento firmata, quod contra Regem Angliæ Walliam commoveret. Qui cum venisset in Angliam, proditionis convictus, tractus ac suspensus, dignas luit sceleris sui pœnas.

Transactions in Spain and Sicily.

Eo tempore, Henricus de Hispannia, mortuo nepote suo Sanctio, custos regni Castellæ et filiorum Regis tutor efficitur. Jacobus, frater Alfonsi, quondam Regis Arragoniæ, tradita fratri suo juniori, nomine [2]"Frederico," Sicilia, regnum Arragoniæ post mortem fratris accepit, et uxorem ducens filiam Karoli, Regis Siciliæ, reconciliatur Ecclesiæ; obsidibus, quos frater suus tenuerat, liberatis.

Preparations made by Edward to punish the treachery of Baliol.

Rex Angliæ, per idem tempus a Rege Scotorum, ignorans eorum proditionem, cum auxilium pro werra sua instanter petisset, et sibi semper responderetur in dubiis, suspectum habens negotium, rogavit ut ob securitatem, usque ad finem werræ suæ, castra tria, videlicet Berwyci, Edinburgiæ, et Rokesburgiæ, traderentur in manu sua; quæ post werram restitueret, si eos sibi comperisset fideles. Quod cum Scoti facere renuissent, Rex de proditione eorum certior, cum exercitu versus Scotiam progressus, [3]disposuit eam vi subjicere, nisi ab hiis quæ referebantur, et quæ jam in opere ostendebantur, se possent legitime excusare.

The Count of Flanders detained by the French King.

Per idem tempus, cum majores Flandriæ, qui "Scabini" dicuntur in villis, renuissent stare judicio Comitis in hiis propter quæ discordia suborta erat inter eos et communem populum, ad Curiam Regis Franciæ appellarunt. Vocatus autem Comes a Rege, cum Parisius [4]venisset, detentus est ibidem, quousque filiam suam, cum qua filius Regis Angliæ matrimonium fuerat, ut dicebatur, contracturus, pro se Regi Francorum obsidem reddidisset.

The money of the monasteries carried to London.

Circa præsens tempus, fecit Rex Angliæ omnia regni monasteria perscrutari, et pecuniam inventam Londonias apportari; fecitque lanas et coria arrestari; et subsecuta est magna karistia bladi et vini.

Transit annus istè molestus divitibus, importabilis pauperibus, propter frugum inopiam magnamque karistiam; Anglicis,

---

[1] *Turbervile* in the printed texts.

[2] *Frederici* in the printed texts.

[3] *deposuit* in orig.; corrected from the printed texts.

[4] Supplied in a later hand.

Gallicis, Aquitannis, Flandrensibus, atque Scotis, turbulentus; Wallicis exitialis, et finis libertatis eorum; Sarracenis et incredulis a Christianorum bello [1] quietus.

A.D. 1296. Anno gratiæ millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, vicesimus quartus, Petrus et Jacobus de Columpna a Cardinalatu per Papam Bonefacium deponuntur. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Rishanger.

Transactions at Rome.

Circa Conversionem Sancti Pauli, Edmundus, germanus Regis Angliæ, associato sibi Henrico Comite Lincolniæ, cum exercitu valido in Wasconiam transfretavit; cui redditum est feria quinta Sancta [2] Cœna Domini castrum de Spera, et postea alia castra plura. Cum autem appropinquavit Burdegalæ ad reficiendum se cum exercitu, et posuisset in villula quadam nomine "Rekele," feria quarta in hebdomada Paschæ, Gallicorum exercitus, de Burdegala egressus, disposuit [3] ex improviso Anglicos, tantum per duas leucas ab urbe distantes, celeriter occupare. Præmuniti aliqualiter Anglici de adventu hostium, ad bellum se parant, et armati prout articulus temporis permisit, parti occurrerunt adversæ; consertoque gravi prœlio, non sine strage multa Gallos cogunt ad urbem reverti; quos dum fugientes insequuntur, ingressi sunt duo milites Anglici, fratres Domini Petri de Malo Lacu, et tertius Wasco, cum duobus vexilliferis, Johanne de Brittannia et [4] Alain la Souche; quos ceperunt Gallici, portis clausis. Devastata vero magna parte suburbii, Edmundus, propter quasdam causas arduas, revertitur in [5] Baionam; ubi, non multo post in ægritudinem decidens, terminum vitæ clausit. Cujus corpus, emenso dimidio anno, per mare [6] adventum patriæ, apud Westmonasterium sepelitur. Post mortem Edmundi, Anglicanus exercitus obsedit urbem Aquensem, sed penuria victualium coactus discedere, obsidionem amisit. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Transactions in France.

Death of Edmund, brother of Edward I.

Eo tempore, Comes Attrabatensis, per Regem Francorum missus in Wasconiam, munitiones quasdam de manibus Anglicorum extorsit. Qui vero Burgum super Mare tenebant, obsidente eos Domino de Sulliaco, inducias impetrantes, usque Blavum pro succursu nuncios transmiserunt. Ubi cum navem victualibus onustam cæteri deducere recusarent, Simon de

[1] *pacificus et quietus* in the printed texts.

[2] *S. Cœnæ* in the printed texts.

[3] *et* in orig.; corrected from the printed texts.

[4] *Alano* in the printed texts.

[5] *Boionam* in orig.

[6] *advectum* in the printed texts.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Monte Acuto, miles strenuus et cordatus, per medias galeas Gallicorum, quæ ad prohibendum transitum navium fluvium observabant, aspirante flatu prospero, usque Burgum deduxit; quo cognito, soluta obsidione, Dominus de Sulliaco revertitur in Gallias, intento frustratus. A.D. 1296.

Proceedings of King Edward against Baliol.

Per id tempus, Rex Angliæ, immenso coadunato exercitu, venit ad Novum Castrum super Tynam; ad quem locum Johannem, Regem Scotorum, citari fecerat edicto publico; ut de hiis quæ sibi debeant objici responderet. Quo ad diem præfixum nec per se comparente nec per nuncium se excusante, Rex, de consilio suorum, decrevit ulterius procedendum. Interim, miles quidam, Robertus de Roos, dominus Castri de Werk, non obstante fidelitate quam Regi Angliæ juraverat, ad Scotos transfugit. Super quo germanus ejusdem, Willelmus de Roos, Regem præmuniens, petivit sibi mitti subsidium, quo posset castrum defendere contra Scotos. Misit Rex illuc viros mille; qui recepti in villa quadam dicta "Prestfen," omnes eadem nocte a Scotis, quorum capitaneus erat præfatus transfuga, Robertus de Roos, interfecti sunt, exceptis paucis qui dilapsi sunt fuga. Quo audito, mox Rex cum exercitu ad castrum illud properat, gavisus in hoc, ut fertur, quod Scoti prima cœperunt hostilia exercere. Rex itaque apud prædictum castrum Paschalem solemnitatem peregit. Quo tempore, septem Comites Scotiæ, videlicet de Bowan, de Menteth, de Stradeherne, de Lewenes, de Roos, de Athel, de Mar, ac Johannes filius Johannis Comyn de Badenau, collecto exercitu valido in Valle Anandiæ, feria secunda Paschæ Angliam ingressi, vastabant omnia cæde et incendio, non parcentes ætati vel sexui; venientes Karleolum urbem, ipsam obsidione cinxerunt. Combusto autem suburbio, cum ad portam civitatis cremabilia congererent, nobilis quidam de Galwidia, dum portæ civitatis appropinquaret, ignoto ferro ab hiis qui super portam erant, attrahitur; confossusque lanceis enecatur. In carcere vero civitatis quidam explorator detentus, cum adventum suorum audisset, carcerem incendit; cujus igne flatu venti in domos alios delato, urbis pars magna crematur. Viri tamen et mulieres, ad muros concurrentes, lapidibus et telis Scotos a muris propulsant, urbem viriliter defendentes. Scoti, videntes nil se proficere, feria quarta, omissa obsidione in Scotiam redierunt.

Carlisle besieged by the Scots.

Edward enters Scotland.

Eadem die, scilicet feria quarta in hebdomada Paschæ, Rex cum exercitu progrediens, transito flumine quod "Tweda" dicitur, Scotiam est ingressus, et burgenses Berwici ad pacem invitans, per unum diem integrum expectavit. Quibus ad pacem venire nolentibus, cœpit in die Veneris villæ appropinquare,

A.D. 1296. fixis tentoriis in domo monialium de Caldestreme; a qua distabat villa Berwici per dimidiam tantum leucam. Advenerunt autem et viginti quatuor naves Angliæ; quarum nautæ, incalescente sole, exercitum regni in quadam planitie præparatum conspicientes, ubi Rex novos milites fecerat, æstimantes Regem velle dare insultum, portum ingressi et ad terram applicantes, conflictum ineunt cum villanis; ubi quatuor navibus perditis, cæteræ cum refluxu salvæ et integræ retrahuntur. Divulgato autem in exercitu facto nautarum, Rex apertæ terræ transgressus sine difficultate fossatum quod Scoti fecerant, villam occupavit, unico tantum de suis militibus interfecto. Mercatores Flandrenses, qui in villa eadem domum ad modum turris habebant fortissimam, jacula mittentes in Anglicos, et pila, Ricardum de Cornubia, fratrem Comitis de Cornubia, militem strenuum, casualiter spiculo trajecerunt; ad quos cum non de facili pateret accessus, allato igne incendio suffocantur. Eadem nocte dormivit Rex in castro; quod redditum est eidem, salvis vita et membris hiis qui in eo erant, et præstito juramento, quod contra Regem Angliæ arma de cætero non portarent. Omnesque quo volebant, abire permittuntur, excepto eorum capitaneo Willelmo; quem secum retinuit usque ad finem werræ. Et confestim jussit Rex fodi profundam fossam inter Scotos et Berwicum, quæ esset terrori hostibus, et eosdem artaret ab incursibus repentinis. Cumque Rex villam Berwici novo fossato muniret, [1] circa ingressum mensis Aprilis, venerunt ad eum Gardianus et Lector Fratrum Minorum de Rokesburgh, deferentes litteras Johannis, Regis Scotiæ, tenorem hujuscemodi continentes:—

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The Castle of Berwick taken by the English.

Baliol renounces his homage and fealty to Edward.

" Magnifico Principi, Domino Edwardo, Dei gratia Regi " Angliæ, Johannes eadem gratia Scotiæ Rex. Cum vos ac " illi de regno vestro, non ignorantibus vobis, vel ignorare " non debentibus, per violentam potentiam nobis ac regni " nostri incolis graves, immo intolerabiles, injurias, contemp- " tus, et gravamina, necnon et damna enormia, contra nostras " et regni nostri libertates, ac contra [2] dominium et justitiam, " notorie [3] et frequenter intuleritis; [4] nostra extra regnum ad " levem quamcunque suggestionem pro libitu vestræ volun- " tatis citando, et indebite vexando; castra nostra, et terras

New Rymer, I. p. 836.

---

[1] " *Anno Domini* MCCXCVI. *indic-* " *tione nona, quinta die intrante mense* " *Aprilis.*" New Rymer, I. p. 836.

[2] *Deum* in Rymer.

[3] *ac* in Camden's text.

[4] *nos* in Rymer.

Risbanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

"et possessiones [1]nostras infra regnum [2]nostrum, sine nostris demeritis, occupando; bona nostra [3]et subditorum nostrorum, tam per terram quam per mare, [4]rapiendo, et infra regnum vestrum receptando; mercatores, et alios regni nostri incolas, occidendo; hominesque nostros de regno nostro [5]violenter abducendo, ipsosque ibidem detinendo et incarcerando; super quibus reformandis nuncios nostros sæpe transmisimus: quæ non adhuc solum remanent incorrecta, verum etiam de die in diem per vos et vestros prioribus deteriora cumulantur: vos namque jam, cum innumerabili multitudine armatorum, vestro exercitu [6]publice convocato, ad exhæredandum nos et regni nostri incolas, fines regni nostri hostiliter accessistis; et ultra progredientes, in regno nostro strages et incendia, necnon insultus et invasiones violentas, tam per terram quam per mare, commisistis inhumane.—Nos dictas injurias, contemptus, [7]et gravamina et damna, necnon et hostiles impugnationes, ulterius sustinere non valentes; nec in fidelitate et homagio vestro, licet per violentam [8]impressionem impressam extortis, manendo; contra [9]nos etiam ad defensionem nostram et regni nostri, cujus defensioni et tuitioni vinculo juramenti sumus astricti, nos volentes erigere, fidelitatem et homagium, [10]tam a nobis quam ab aliis quibuscunque regni nostri incolis, fidelibus nostris, ratione terrarum quas [11]in vestro regno tenebant, et etiam ratione menagii seu retentionis vestræ, nomine nostro ac nomine eorundem omnium et singulorum, vobis reddimus per præsentes." A.D. 1296.

Rex Angliæ, audita præsenti littera, [12]resignationem homagii sui admisit, et Cancellario præcepit hanc litteram registrari ad perpetuam memoriam.

Interim Comites Scotiæ, nominati superius, [13]cum eorum comitiva apud castrum de Rodeworthe coadunati, profecti sunt in Angliam, et vastantes omnia cæde et incendio, usque ad Prio- England ravaged by the Scots.

---

[1] *nostras et nostrorum infra*, Rymer.

[2] *vestrum* in Rymer.

[3] *ac* in the printed texts.

[4] *capiendo* in Rymer.

[5] *violenter in regnum vestrum abducendo*, Rymer.

[6] *pubplice* in orig.

[7] *et* omitted in the printed texts, and in Rymer.

[8] *oppressionem vestram extortis*, Rymer.

[9] *vos* in Rymer.

[10] *vobis facta tam* in Rymer.

[11] *in regno nostro de nobis tenebant*, Rymer.

[12] *resignatione* in Camden's text; erroneously.

[13] *ad* in orig., and in the printed texts; corrected from Risbanger.

A.D. 1296. rattum Haugustaldensem, [1] et in eodem, fugientibus Canonicis, se quarto Idus Aprilis receperunt. Mane vero facto, Prioratum cum tota villa incendio destruxerunt. Progressi inde ad domum monialium de Ramelay, domibusque quibusdam, salva ecclesia, incensis, cum ingenti præda in Scotiam revertuntur. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Transactions in Scotland. Eodem tempore, Patricius Comes de Dunbar, ad Regem Angliæ veniens, se eidem cum tota sua potestate subdidit. Castrum de Dunbar in festo Sancti Martini, obsessum a Scotis, fraude quorundam in eo existentium, redditum est eisdem. Pro quo recuperando, misit Rex Johannem Sourreyæ et Southsexiæ, et Willelmum Warwici, Comites, cum militia magna valde. Quibus superveniens Scotorum exercitus, ut obsessis ferret auxilium, excipitur pugna dura. Effugientibus [2] tandem Scotis, insequuntur Anglici per octo milliaria, fere usque ad forestam de Selebarke, stragem nimiam inferentes; ita ut occisorum numerus ad decem millia hominum fuerat æstimatus. Sabbato sequente, videlicet decimo octavo Kalendas Maii, Regi advenienti redditum est castrum; in quo capti sunt Comites tres, de Menetez, et de Ascales, et de Roos; Barones vero sex, Johannes Comyn junior, Willelmus de Sancto Claro, Ricardus [3] Siwardi senior, Johannes de Hincmaritimo, Alexander de Muramia, Edmundus Comyn de Killebrid, cum aliis militibus viginti novem, clericis duobus, et scutiferis octoginta tribus; quos ad diversa castra Angliæ Rex transmisit, in custodia detinendos. Post captionem castri de Dunbar paucis diebus interpositis, accessit Rex castrum Rokesburgiæ; quod statim redditum est ei a Senescallo Scotiæ, salvis vita et membris sibi, et suis qui secum erant in castro. Deinde progreditur ad Castrum Puellarum, quod octo diebus obsidione expugnatum est, custodibus ejus vita et membris concessis: veneruntque ibi Wallenses ad Regem pedites in magna multitudine, et remisit Rex fere in eodem numero Anglicos pedites fatigatos. Accedens deinde ad castrum de Stryvelyn, vacuum illud invenit, custodibus dilapsis in fugam. Illuc cum militia sua de Hibernia venit Comes Ultoniæ, in subsidium Regis nostri. Rex autem mare Scoticanum transgressus, venit ad villam Sancti Johannis de Port, in festo Sancti Johannis Baptistæ, ubi, solemnitate peracta, per aliquos dies mansit.

The Scots defeated.

The castles of Roxburgh and Edinburgh taken.

Baliol sues for peace. Dum hæc agerentur, videns Johannes Scotorum Rex quia non haberet potestatem resistendi, missis ad Regem Angliæ nunciis, pacem et misericordiam imploravit. Cui Rex benigne

[1] This word is superfluous, and not found in Rishanger.

[2] *tantum* in Camden's text.

[3] *Siwardus* in the printed texts.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

annuens, remandavit, ut ad castrum de Brithin cum magnatibus terræ suæ veniret, cum hiis quos Rex illuc mitteret nuncios, infra dies quindecim tractaturus. Misitque illuc Rex Antonium, Dunelmensem Episcopum, cum plena potestate regia. Ad quem venerunt infra præscriptum tempus Rex Scotorum magnatesque sui. Qui post multos variosque tractatus, nude et pure subjecerunt se et regnum Scotiæ regiæ voluntati. Pro qua submissione observanda, Johannes, Rex Scotiæ, filium suum obsidem tradidit, litterasque confecit, continentes in Gallico hunc tenorem:— A.D. 1296.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. New Rymer, I. p. 842.

Form of his submission.

"Johannes, Dei gratia Rex Scotiæ, omnibus præsentes litteras visuris vel auditūris, salutem. Quia nos, per malum "consilium, falsumque, simplicitatemque nostram, graviter "offendimus et provocavimus dominum nostrum Edwardum, "Dei gratia Regem Angliæ, Dominum Hiberniæ, Ducem "Aquitanniæ, videlicet in eo quod existentes et manentes in "fide sua et suo homagio, alligavimu nos Regi Franciæ, qui "tunc hostis ejus erat, et adhuc est, matrimonium procurantes fieri cum filia Domini Karoli, fratris ejus; et ut "dominum nostrūm gravaremus, Regemque Franciæ juvaremus cum omni potestate nostra, per werram, modisque "aliis. Deinde per nostrum perversum consilium antedictum, diffidavimus dominum nostrum Regem Angliæ, et "posuimus nos extra fidem et homagium suum; et misimus "gentes nostras in terram suam Angliæ, ad incendia facienda "et prædas abducendas, homicidia et alia damna plurima perpetranda; et terram Scotiæ, quæ est de feodo suo, contra "eum muniendo, ponentes et stabilientes gentes armatas in "villis, castris, et alibi, ad defendendum terram [1] contra eum "de feodo suo; pro quibus transgressionibus dominus noster, "Rex Angliæ antedictus, ingressus terram Scotiæ in fortitudine sua, eam conquisivit et cepit, non obstante omni eo "quod facere potuimus contra eum, sicut potest de jure facere, tanquam dominus de feodo suo; quia nos ei homagium "nostrum reddidimus, et [2] fecimus rebellionem antedictam. "Nos igitur existentes adhuc in plena potestate nostra, et libera "voluntate, [3] reddimus ei terram Scotiæ, et gentem totam, "cum homagiis. In cujus rei testimonium fecimus fieri has

---

[1] "*contra eum, et ad bladum suum* "*deforciandum. Propter ea, et pro* "*transgressionibus supradictis, dominus;" etc.;* New Rymer.

[2] *fecimus alia antedicta*, Rymer.

[3] *reddidimus*, Rymer.

A.D. 1296. "litteras patentes. Data apud [1]Brithin [2]decimo die Julii, "regni nostri anno quarto." Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Edward proceeds to the North of Scotland.

Consignata littera, [3]factoque sigillo communi regni Scotiæ, processit Rex ut videret montana Scotiæ, præcedente eum semper per unam dietam Episcopo Dunelmensi. Cumque transisset Moraviam, et pervenisset usque Eilgin, omnia videns esse pacata, converso itinere revertitur Berwicum. In redeundo autem, transivit per Abbathiam de Scone; ubi sublato lapide quo Reges Scotorum, tempore coronationis, solebant uti pro throno, usque Westmonasterium transtulit illum, jubens inde fieri celebrantium cathedram sacerdotum.

The Coronation Stone is removed to Westminster.

Eo tempore Rex, apud Berwicum convocato Parliamento, omnium magnatum Scotiæ fidelitates recepit, et homagia: qui ad rei gestæ memoriam perpetuam confecerunt super hoc litteras patentes, eorum sigillis munitas, continentes in Gallico hunc tenorem:—

Form of submission by the nobles of Scotland.

"[4]Omnibus præsentes litteras visuris vel audituris, Johannes Comyn de Badenauz, etc., quia ad fidem et voluntatem illustrissimi principis, ac carissimi domini nostri, Edwardi, Dei gratia Regis Angliæ, Domini Hiberniæ, ac Ducis Aquitanniæ, venimus, promittimus pro nobis et hæredibus nostris, sub pœna corporum nostrorum et castellorum, ac omnium quæ habere possumus, quod nos serviemus ei bene et fideliter contra omnes gentes quæ vivere et mori possunt, omnibus vicibus quibus requiremur vel præmuniemur per antedictum dominum nostrum, Regem Angliæ, vel hæredes suos. Et quod nos non sciemus damnum eorum, quin illud impediemus omnibus viribus nostris, et eos præmuniemus. Et ad ista tenenda et servanda obligamus nos et hæredes nostros, et omnia bona nostra. Insuper et juramus, tactis Sacrosanctis Evangeliis; et postea, nos omnes, et quilibet nostrum, per se, fecit homagium dicto nostro domino Regi Angliæ in hæc verba:—'Ego vester homo ligius efficior de vita et membris, ac terreno honore, contra

---

[1] or perhaps *Brichin*, meaning Brechin.

[2] This date and locality correspond with the French text of this document given by Hemingburgh (or Hemingford): but in Rymer (I. p. 842) it varies.—"*Datum apud Kyncardyn, secundo die Julii, regni nostri anno quarto.*"

[3] Properly *fracto*, as in Rishanger and Hemingburgh.

[4] The substance of this document is given by Hemingburgh, in French, and concluding—"*Donez a Werk le vintime quint jour de Marce, le ane du regne nostre seignour le rei d'Engleterre vintime quart.*"

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1296.

" 'omnes homines qui possunt vivere et mori.' Et idem dominus noster, Rex, recepit hoc homagium sub hiis verbis:—" 'Nos illud recipimus pro terris quibus estis [1]nunc seysiti, 'salvo jure nostro aut alterius, et exceptis terris quas Johannes de Balliolo, quondam Rex Scotiæ, nobis contulit, 'postquam nos ei regnum Scotiæ liberavimus, si forte ali-'quas terras dedit.' Insuper, nos omnes, et singuli nostrum, per se fecimus fidelitatem domino nostro regi prædicto, in hiis verbis:—'Ero fidelis et legalis, fidemque et legalitatem servabo, Edwardo, Regi Angliæ, et hæredibus suis, 'de vita et membris et terreno honore, contra omnes qui 'possunt vivere et mori; et nunquam pro aliquo portabo 'arma, nec ero in consilio vel auxilio contra eum vel hæredes 'suos, in aliquo casu qui possit contingere; sed fideliter 'recognoscam, et fideliter faciam, servitia quæ pertinent ad 'tenementum quod de eo tenere clamito. Sic me Deus 'adjuvet, et omnes Sancti ejus.' In harum rerum testimonium factæ sunt istæ litteræ patentes, et sigillis nostris signatæ. Data apud Berwicum, anno regni Regis Angliæ Edwardi, domini nostri, vicesimo quinto."

Warden, Treasurer, and Justiciar of Scotland, appointed by Edward.

Hiis itaque gestis, ordinavit Rex Custodem Scotiæ, Johannem de Warenna, Surreyæ et Southsexiæ Comitem, Thesaurarium Hugonem de Cressyngham, Justiciarium Willelmum de Ormesby: cui mandavit Rex, ut omnes tenentes de Rege terras aliquas vocaret, et eorum homagia fidelitatesque reciperet. Johannem vero, Scotiæ quondam regem, misit Londonias ad Turrim, assignata sibi decente familia; liberumque concessit exitum ad viginti milliaria circa urbem. Johannem vero Comyn de [2]Badenau, et alium de Lowan, cæterosque terræ illius magnates, transtulit in Angliam ultra Trentam, sub pœna capitis reditum in Scotiam interdicens, quousque werra sua cum Rege Franciæ finiretur.

Baliol confined in the Tower of London.

A Parliament held at Bury St. Edmunds.

Post hæc, Rex Angliæ, profectus in Angliam, apud Sanctum Edmundum Parliamentum tenuit, in crastino Animarum; in quo a civitatibus et burgis concessa est Regi octava, a populo vero reliquo duodecima, pars bonorum.

The Clergy of England refuse a subsidy to the King.

Clerus ob Constitutionem Bonifacii Papæ, hoc anno editam, quæ prohibet, sub pœna excommunicationis, ne talliæ vel exactiones a clero per sæculares principes quocunque modo exigantur, vel eis solvantur de rebus Ecclesiæ, Regi pro werra sua petenti subsidium denegavit. Rex autem, ut de meliori

---

[1] Omitted in the printed texts.

[2] *Kadenhau* in orig., by inadvertence; *Badenhau* in the printed texts.

A.D. 1296. responso deliberarent, negotium in aliud Parliamentum, tenendum Londoniis in crastino Sancti Hillarii, distulit. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Death of Peter de Murrone.

Hoc anno, Frater Petrus de Murrone, quondam Papa Cœlestinus, per Bonefacium Papam captus, et in arta detentus custodia, soluto præsentis vitæ ergastulo, ad cœlestia regna migravit.

Transactions in Spain.

Eo tempore, duo filii Blanchæ, uxoris quondam Ferrandi, [1] hæredis regni Castellæ, videlicet Alfonsus et Ferrandus, audita morte patrui sui Sanctii, Hispanias petunt; et, confœderato sibi Jacobo, Rege Arragoniæ, regnum Legionense adquirunt; quod Alfonsus primogenitus patruo suo Johanni, qui in ejus auxilium venerat, contulit, ut illud de se teneret in feodum.

The Count of Flanders renounces homage to the King of France.

Guido, Comes Flandrensis, multis a Rege Francorum injuriis lacessitus, confœderans se Regi Anglorum, homagio Regis Francorum renunciavit, per nuncios ad hoc missos.

Urbs Apamia hoc anno proprium recepit Episcopum, a Tholosano episcopatu per Papam Bonifacium separata: sed cito post, Lodowicus, filius Regis Siciliæ, Episcopus factus, episcopatum tenuit reunitum.

The King of the Romans refuses his assent to peace.

Circa istud tempus, Cardinalis Albanensis, reversus in Angliam, Regem apud Berewicum adiit, [2] responsum requirens de treuga, quæ concessa non fuerat, propter confœderationem cum Rege Romanorum; a quo Regi Angliæ responsum fuit, et per Regem Cardinali, quod ipse in treugam noluit assentire: reversusque est Cardinalis in Gallias, intentione sua in hac parte frustratus.

Disturbances between the scholars and burgesses at Oxford.

Hoc anno, suborta est discordia grandis Oxoniæ inter clericos et laicos, propter duos garciones diversarum patriarum, qui pro levi causa ad pugnandum sunt accensi. Nam cum quidam, ratione patriæ, unum juvare [3] laborent, quidam alium nituntur manutenere et favere, translata est pugna ad fautores partium diversarum. In tantumque crevit seditio, ut tam clerici quam laici, evacuatis domibus, ad pugnam accurrerent glomeratim. Dum autem clerici de suis hospitiis egressi fuissent, cognoscentes vispiliones laici nullos, vel saltem paucos, remansisse domi apud hospitia clericorum, [4] eorum intrant habitacula et bona diversimoda asportant, damnum clericis irrecuperabile ingerentes. In hac pugna peremptus est Dominus Fulco de Neyrmith, rector ecclesiæ de Pychelestorn; et plures alii de utraque secta. Audita hujus facti querela, Dominus Rex jussit Justiciariis villam adire, pacem reformare, homicidas judicialiter condemnare. Qui venientes Oxonias,

---

[1] *hæredes* in the printed texts.

[2] *responsurum* in orig.; corrected from the printed texts.

[3] *laborarent* in the printed texts.

[4] Omitted in the printed texts.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

burgenses compulerunt solvere pro damnis factis clericis ducentas libras.

Transit annus iste asper incolis frugum parcitate; Scotis [1]perniciosus pro nimia falsitate, ob quam causam eorum rex privatur regia majestate; Anglis sollicitus et damnosus, pro expensarum nimia gravitate.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1297.

Anno gratiæ millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, vicesimus quintus, fuit idem Rex ad Natale Londoniis; ubi post festum Epiphaniæ, Elizabet, filia Regis Angliæ, connubio jungitur Johanni, filio Comitis Holondiæ, et hæredi. Quem pro hæreditate patris, nuper occisi, assequenda, una cum uxore, conducente eos Hunfrido de Boun, Herefordiæ et Estsexiæ Comite, remisit Rex Angliæ cum honore.

Marriage of the Son of the Count of Holland to the Princess Elizabeth.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Parliamentum coactum est Londoniis, post festum Sancti Hillarii, in quo, clero in denegatione persistente subsidii, Rex ipsum a sua protectione exclusit. Pro qua tamen redimenda, multi per se, multi vero per mediatores, Regi bonorum suorum dederunt postea quintam partem. Rex Archiepiscopum rigidiorem comperiens, terras ejus omnes seysivit, et de bonis ejusdem debita in rotulis Scaccarii inventa præcepit cum celeritate levari. Nam idem Archiepiscopus, de consensu cleri, procuraverat a Papa inhibitionem, ne quis clericorum Regem respiceret de bonis Ecclesiæ.

Parliament at London.

Measures of the King against the clergy and the Archbishop of Canterbury.

Feria quinta ante Purificationem, Comes Lincolniensis, et Johannes de Sancto Johanne, de Baiona versus [2]Bellagardam, quæ obsessa a Comite Attrabatensi penuria victualium laborabat, progredientes, ut ejusdem de victualibus providerent, cum appropinquarent sylvæ quæ per tria milliaria [3]a loco præfato distabat, in duas se acies diviserunt; quarum primam ducebat Johannes de Sancto Johanne, secundæ vero præerat ipse Comes. Johannes itaque de Sancto Johanne, suaque acies, transita sylva, cum egrederetur in campi planitiem, obviam habuit Comitem Attrabatensem, qui eum præstolabatur cum magno exercitu; ubi statim commisso prœlio, subtrahente se Comite Lincolniensi, pauci vincuntur a pluribus. Capti sunt ibi Johannes de Sancto Johanne, Willelmus de Mortuo Mari, Willelmus de Bermengham, cum aliis militibus octo scutiferisque nonnullis. Quos omnes transmisit Comes Attrabatensis Parisius in pompam triumphi: Comes vero Lincolniensis cum suis Baionam revertitur.

Transactions in France.

Hoc anno auxit Rex tributum de lanis, accipiens de quolibet

---

[1] *perniciosas* in orig.

[2] *Bellagarda* in Parker's text.

[3] Omitted in the printed texts.

A.D. 1297. sacco quadraginta solidos, cum prius ultra marcam dimidiam non daretur. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Dissensions between Edward and the English nobility.

In festo Sancti [1] Matthæi, Rex, convocatis quibusdam terræ majoribus apud Sarum, rogavit eos, ut eorum aliqui in Wasconiam transfretarent. Quibus renuentibus, cœpit inter Regem et suos discordia [2] pullulare. Rex [3] proinde citari fecit omnes, qui sibi servitium debebant, cæterosque omnes qui viginti libratas terræ, et amplius, tenebant, ut parati essent Londoniis in festo Sancti Petri ad Vincula, cum equis et armis, transfretaturi cum eo, et Regis stipendiis militaturi.

The Pope's attempt to restore peace again frustrated.

Interim Cardinales, qui a Domino Papa missi fuerant pro pace reformanda inter Reges, indicentes duorum annorum treugam inter eos, auctoritate papali, nihil proficere potuerunt.

Transactions in Spain.

Johannes per id [4] tempus, cui Alfonsus regnum Legionense contulerat, ab hostibus capitur; pro cujus redemptione Alfonsus reddidit jam in Hispannia conquisita. Johannes itaque, liberatus a carcere, regnum Legionense reddidit adversariis, et tanquam spreto redemptore suo, hostibus se conjunxit. Alfonsus igitur, omnium destitutus subsidio, fratrem suum [5] Ferrandum pro auxilio petendo, primo in Franciam, deinde ad Romanam transmisit Curiam. Sed ex neutra parte aliquid reportavit.

Transactions in Italy.

Per hoc tempus, Cardinales de Columpna, per Papam Bonifacium depositi, ad urbem se conferunt Nepesinam. Contra quos, damnatos tanquam schismaticos et excommunicatos, Papa viros bellatores in Italia cruce signavit.

Transactions in Flanders.

Eodem tempore Philippus, Rex Francorum, Flandriam in manu potenti ingressus, villam Insularum obsedit, suburbium destruens et totam devastans per circuitum regionem, Comes vero Attrabatensis, de Wasconia reversus et ingressus Flandriam, commisso bello juxta Furnas, cepit; et cito post Regi Francorum villa redditur Insularum.

The Scots rebel against Edward.

Eodem anno, mense Maio, cœperunt Scoti, instigante eos Willelmo Waleys, qui, ut fertur, latro publicus fuerat, rebellare. Justiciarius Scotiæ, Willelmus de Ormesby, præceptum Regis exequens, multos qui Regi Angliæ homagium et fidelitatem facere recusabant, exilio condemnavit.

William Waleys elected their chief.

Qui præfatum Willelmum Waleys sibi in principem eligentes, associato sibi Willelmo Duglas, qui in reddendo castrum Berwici se Regi dederat, in magnam turmam creverunt. Comite autem Sourreyæ et Thesaurario in Anglia consistentibus, [6] Willelmum de Ormesby, Justiciarium, apud Scone opprimere cogitabant. Sed ille, licet

---

[1] *Matthiæ* in Rishanger.
[2] *popularis* in the printed texts.
[3] *provide* in the printed texts.
[4] *temporis* in the printed texts.
[5] *Ferdinandum* in Camden's text.
[6] *Willelmus* in orig.

Rishanger. MS. Bibl. Reg 13 E. ix.

[1] tarde præmunitus, suis omnibus pene relictis ad spolia hostium, eorum vix evasit insidias. Willelmus igitur Waleys, cum suis palam debacchando in Anglicos, quoscumque invenire potuit, trucidavit. De quibus viros religiosos, ligatis ad dorsum manibus, coegit saltare in fluvium; eorum submersionem in ludibrium convertendo. Rex, commotione audita, pro veritate inquirenda misit Episcopum Dunelmensem; qui, veritate comperta, rediens Regem de omnibus informavit.

A.D. 1297.

The Bishop of Durham reports to the King.

Medio tempore, Rex audiens afflictionem [2] Flandrensium, doluit vehementer, habens maxime cordi iter in Flandriam, ad juvandum amicum suum Comitem.

Edward takes measures to punish the Scots.

Militiam totam ultra fluvium, qui "Trenta" dicitur, assignavit Comiti de Warrenna; præcipiens ut Scotorum audaciam celerius reprimeret, et auctores mali debita justitia castigaret. Scripsit etiam Johanni Comyn de Badenau et Comiti de Bowan, ut memores fidelitatis suæ reverterentur in Scotiam, et populi sui suscitatum jam tumultum sedarent. Qui, juxta mandatum acceptum, in Scotiam revertentes, quæ pacis erant segniter exequuntur.

The Scots negotiate for submission.

Comes de Warenna, in provincia Eboraci coadunans exercitum, nepotem suum, Henricum de Percy, cum militia communitatis Karleoli, præmisit in Scotiam. Qui usque ad villam de Are profectus, Galwidienses ad pacem Regis admittere disponebat. Audito autem quod Scotorum exercitus erat juxta Irwine, quod inde ad quatuor milliaria distabat, illuc profectus, vidit ultra quendam lacum Scotorum exercitum considentem; in quo capitanei erant Episcopus Glascuensis, Andreas de Morima Senescallus Scotiæ, et Willelmus Waleys. Miles autem quidam strenuus, nomine "Ricardus de [3] Lividi," qui Regi Angliæ nunquam homagium fecerat, relictis Scotis, factus transfuga se statim Anglicis sociavit. Reliqui, pacem petentes, dediderunt se, salvis eis vita et membris, catallis et terris; ita ut omnia usque in hanc diem essent simpliciter condonata. Quam pacem, promissis obsidibus et scripto confecto, admisit Henricus; si tamen hoc Regi placeret. Qui super hoc consultus, ne accepto impediretur itinere, annuit [4] postulata. Adveniente Comite Warrennæ, cum Scoti, tergiversando, de die in diem transferrent obsides reddere, et Willelmus Waleys interim populum adunaret, arbitrantes se Anglici proditos, dum Scotos invadere disponunt, Episcopus Glascuensis, et Willel-

---

[1] Omitted in the printed texts.
[2] *Flandrencium* in orig.
[3] *Lundy* in Rishanger, and in Trivet.
[4] *postulatis* in the printed texts.

A.D. 1297. mus Duglas, ne proditionis notam incurrerent, se in sui excusationem protinus dediderunt; de quibus Episcopus in castro de Rokesburgia, Willelmus vero in castro Berwici, custodiæ mancipantur. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Hostages surrendered.

Parliament at London. The Archbishop of Canterbury pardoned.

Parliamentum factum est hoc anno Londoniis, in festo Sancti Petri ad Vincula; ubi in primis Rex recepit Archiepiscopum in gratiam suam; omnibus, quæ ejus erant, restitutis eidem. Deinde præcepit magnatibus qui tunc aderant, ut fidelitatem filio suo facerent, ipsumque regni hæredem, et suum, futurum recognoscerent dominum. Rex vero de exactionibus in regno factis per necessitates [1] werrarum diversarum, se erga populum excusavit.

The Earl Marshal and Earl of Hereford decline to attend.

Comes vero Marescalli et Herefordensis, se subtrahentes, cum vocarentur, ut sua officia, transeundo in Flandriam, [2] exercerent, se super hoc per nuncios excusabant.

Burial of Edmund of Lancaster. Ralph de Moynhermer liberated and restored to his wife.

Denique Rex ipse, funere fratris sui, anno præterito in Wasconia defuncti, apud Westmonasterium [3] sepultis honorifice, usque ad Sanctum Albanum proficiscitur; ubi de discretorum consilio Radulphum de Moynhermer militem, quem filia sua Johanna, Comitissa Gloverniæ, clam maritum accepit, in gravem patris offensam, de Castro Bristolliæ fecit educi, et uxori suæ reddi; restituens eis omnes terras ad Comitatum Gloverniæ spectantes, servitium quinquaginta militum in Flandria imponens eisdem. Liberavit etiam de carcere Comites de Asceles et Menteth, ac Johannem Comyn, cum quibusdam aliis militibus de Scotia, qui in castro de Dunbar capti fuerant; ut secum in Flandria militarent.

Edward collects an army, to pass over into Flanders.

Collecto denique exercitu qualem habere potuit, Thoma de Berkeleye Constabulario, et Galfrido de [4] Joinivilba Marescallo, factis, versus mare, in Flandriam profecturus, iter suum dirigit; atque juxta Wynchelseyam, ubi portum elegerat, consedit, milites virosque bellatores de diversis partibus ad se confluentes, per dies aliquot expectando.

Narrow escape of Edward at Winchelsea.

Dum Rex [5] moraretur ibidem, quadam die ad portum ire disposuit, consideraturus navigium, quod adunatum fuerat pro exercitu suo in Flandriam transvehendo. Villa autem de Wynchilseya, ubi portus erat, super montem sita est præruptæ altitudinis, ex eo latere quo vel mare respicit, vel imminet navium stationi; unde via, quæ apertæ villæ deducit ad portum, non in directum, ne nimia declivitate descendentes in

[1] *guerrarum* in Camden's text.
[2] *excercerent* in orig.
[3] An error for *sepulto*.
[4] *Monibilza* in the printed texts; *Joinivilla* in Rishanger.
[5] *moreretur* in orig.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1297.

[1]præcipitium, vel ascendentes, repere potius manibus, quam ambulare, cogat, tenditur; sed obliquata in latus, nunc ad unam partem, nunc ad aliam, sinuosis flexibus sæpius recurvatur. Cingitur nihilominus villa non muro lapideo, sed aggere terra facto; ac super latus hoc præruptum in modum nemorum ad humanæ staturæ altitudinem erecto; inter cujus propugnacula patet ad naves aspectus. Ingressus itaque Rex villam, cum juxta hæc obequitaret aggeris propugnacula, contuendo classem in imo [2]statutam, contigit ut molendino cuidam, quod vento agebatur, quorum in villa illa sunt plurima, appropinquaret. Equus vero Regis, strepitu velorum, citatius circumactorum a vento, territus, dum progredi refugit, et a Rege, ut progrederetur, nunc flagelli, quod manu gestabat, ictibus, nunc subditis calcaribus, urgeretur, a latere aggeris propugnacula transiliit; super quo, tam equitum quam peditum multitudo, quæ vel Regem sequebatur, vel ipsum visura convenerat, nemine aliud æstimare valente, nisi quod Rex, non comparens præcipitio, in hoc saltu perisset, stabat ad modum stupefacta. Sed divina disponente virtute, equus a tanta altitudine in via, quam descripsimus, pedibus recipitur; in qua, ex recenti pluvia aliqualiter resoluta in lutum, licet lubricando, laberetur ad spatium duodecim pedum, non tamen cecidit; sed per habenam alteram a Rege paululum regyratus, directe ascendit ad portam; per quam Rege ingresso incolumi, populus qui astabat, admiratione et gaudio multo repletur, super se solum divinum in Regis salute miraculum contemplando.

Grievances presented by the nobles of England to the King.

Rege moram adhuc faciente apud Wynchelseyam, venerunt ad eum nuncii ex parte Comitum sui regni, petitiones in scriptis hujusmodi proponentes :—

"[3]Hæc sunt nocumenta, quæ Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, et Priores, Comites, et Barones, et tota terræ communitas, monstrant domino nostro Regi, et humiliter rogant eum, ut ea ad honorem suum, et salvationem populi sui, velit corrigere et emendare. In primis, videtur toti communitati terræ, quod præmunitio facta eis per breve domini nostri Regis non erat satis sufficiens; quia non exprimebatur certus locus quo debebant esse; quia, secundum locum, oportebat facere providentiam et pecuniam habere. Et sive deberent servitium facere, sive non; quia dictum est communiter, quod dominus noster vult transfretare in Flandriam, videtur toti communitati quod ibi non debent aliquod servi-

[1] *pncipm* in orig., by inadvertence, but corrected in a later hand.
[2] *statute* in orig.
[3] These Articles are given in French by Hemingburgh, or Hemingford, (II. pp. 124–126, ed. Hamilton).

A.D. 1297. "tium facere; quia nec ipsi, nec prædecessores sui, seu progenitores, unquam fecerunt servitium in terra illa. Et quamvis ita esset, quod deberent ibi servitium facere, ut alibi; tamen non habent facultatem faciendi; quia nimis afflicti sunt per diversa talliagia, auxilia, prisas, videlicet de frumentis, avenis, braseo, lanis, coriis, bobus, vaccis, carnibus salsis, sine solutione alicujus denarii de quibus se debuerant sustentasse. Propter hoc dicunt, quod auxilium non possunt facere [1][propter] paupertatem in qua sunt, propter tallagia et prisas antedictas; quia vix habent unde se sustentent, et multi sunt qui nullam sustentationem habent, nec terras suas colere possunt. Propter hæc tota terræ communitas sentit se valde gravatam, quia non tractantur secundum leges et consuetudines terræ, secundum quas tractari antecessores sui solebant habere, sed voluntarie excluduntur. Sentiunt etiam se multi gravatos super hoc, quod solebant tractari secundum articulos contentos in Magna Charta, cujus articuli omnes sunt omissi, in majus damnum populo universo. Propter quod rogant dominum nostrum Regem, quod velit ista corrigere ad honorem suum et populi sui salvationem. Propter hæc communitas terræ sentit se nimis gravatam de Assisa Forestæ, quæ non est custodita sicut consuevit; nec Charta Forestæ observatur; sed fiunt attachiamenta pro libitu extra assisam, aliter quam fieri consuevit. Præterea, tota communitas sentit se gravatam de vectigali lanarum, quod nimis est onerosum, videlicet de quolibet sacco quadraginta solidos, et de lana fracta de quolibet sacco septem marcas; lana enim Angliæ ascendit fere ad valorem medietatis totius terræ, et vectigal quod inde solvitur, ascendit ad quintam partem valoris totius terræ. Quia vero communitas optat honorem et salutem domino nostro Regi, sicut tenetur velle, non videtur eis, quod sit ad bonum Regis, quod transeat in Flandriam, nisi plus esset assecuratus de Flandrensibus, pro se et pro gente sua; et simul cum hoc, propter terram Scotiæ, quæ rebellare incipit, ipso existente in terra; et æstimant, quod pejus facient, cum certificati fuerint, quod Rex mare transierit. Nec solum pro terra Scotiæ, sed etiam pro terris aliis, quæ non sunt adhuc modo debito stabilitatæ."

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Answer of Edward thereto.

Has petitiones cum Rex apud Odemer, juxta Wynchelseyam, recepisset, respondit se talibus non posse sine suo Consilio respondere; cujus pars aliqua jam transit in Flandriam, pars

---

[1] Omitted in orig.; it appears in the printed texts.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

vero aliqua Londoniis est relicta. Rogavit autem per eosdem nuncios, præfatos Comites, quod si secum transire nollent, saltem regno suo in sua absentia non nocerent; sperabat enim, Deo favente, reverti, et regnum suum debito modo obtinere. A.D. 1297.

Transactions in France.

Hac æstate Comes Lincolniensis, et qui cum eo erant in Wasconia, amoverunt obsidionem quæ posita fuerat circa villam Sanctæ [1]Kiterni, fugatis, qui eam obsiderant, Tholosanis; in quorum terris incendia et deprædationes multas fecerunt.

Edward sails for Flanders, and lands at Sluys.

Duodecimo Kalendas Septembris Rex Angliæ naves ingressus, indissoluta classe, sulcato mari, sexto die sequenti applicuit in Flandria, receptus in quadam villa juxta portum quæ vocatur "Exclusa." Quo tempore, nautæ Portesmuthenses et Gernemuthenses, mutuo flagitante odio, evacuatis navibus ab hiis rebus quæ erant militum, commiserunt ad invicem gravem pugnam; sed succumbentibus Gernemuthensibus, de navibus eorum viginti quinque incendio consumuntur.

Occurrences at Bruges and Ghent.

Rex vero Angliæ, ad Burgiam veniens, assensum villanorum in conditiones inter ipsum et Comitem initas, petivit ex parte sua et Comitis; medietatem expensarum offerens ad muniendam cingendamque villam fossato. Quæ cum villani renuerunt, comperit, eos a suo alienatos [2]dominio, et ad reddendam villam Gallicis inclinatos; reputansque periculosum moram facere inter proditores, armato discedens exercitu, versus villam Gandavensem dirigit iter suum; ubi dum moraretur Rex, suborta est apud villam Samonem discordia inter villanos et Anglicos: qui armati villani, multis interfectis, deprædati sunt, in magnam displicentiam regis nostri. Rex Francorum, audito adventu Regis Anglorum, vehementer consternatus ad unius dietæ spatium se subtraxit.

Pope Boniface takes measures to thwart the King of the Romans.

Interim Papa Bonifacius scripsit principibus Alemanniæ, ut Regem Romanorum, Adulphum, cujus occursum in Flandria Rex Anglorum speraverat, ut simul cum Comite Flandriæ oppressores invasoresque suos Gallicos propulsaret, commoto bello inquietarent, et ab invasione Gallicorum modis omnibus impedirent.

Opposition to the measures of Edward by the Earl Marshal and the Earl of Hereford.

Per idem tempus Comites Herefordiæ et Marescalli, cum suis complicibus, Thesaurario et Baronibus de Scaccario, inhibuerunt ne levari facerent octavum denarium a populo, qui Regi concessus fuerat apud Sanctum Edmundum. Induxerunt etiam cives Londoniarum, ut pro recuperandis suis libertatibus secum starent.

---

[1] *Catharinæ* in the printed texts; *Kiterni* in Rishanger; *Kiterini*, or *Katerini*, in Trivet.

[2] *domino* in the printed texts.

A.D. 1297. Hoc anno, Beatus Lodowicus, Francorum Rex, a Papa Bonifacio Sanctorum [1] Catalogo est ascriptus. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Transactions in Italy.

Eo tempore, civitate Nepesina expugnata per milites Papæ Bonifacii, Cardinales de Columpna se receperunt in oppidum de Columpna.

Constitutions of Pope Boniface.

Hoc anno insuper, Papa Bonifacius Constitutiones prædecessorum suorum quasdam extravagantes, adjectis quibusdam novis, in unum volumen fecit redigi, et tertio die Maii in [2] Consistorio lectum et approbatum, constituit "Sextum Decretalium" appellari. Eodem tempore, idem Papa Fratri Willelmo de Hothum, Priori Provinciali Fratrum Prædicatorum Angliæ, Archiepiscopatum contulit Dublinensem; indulgens eidem, ut a quocunque Episcopo Catholico, et ubicunque decreverit, valeat consecrari. Qui cum Rege profectus in Flandriam, ibidem a Domino Dunelmensi munus consecrationis accepit. Per cujus mediationem ex parte Anglicorum, et Ducis Britanniæ ex parte Gallicorum, inter Reges acceptæ sunt induciæ, et ultra datos terminos sæpius prorogatæ. Interim vero diversi hinc inde habiti sunt de pace inter Reges tractatus reformanda, quorum apud omnes finis sperabatur optatus, si de mutuo assensu Reges fuissent ad invicem collocuti.

Truce between the Kings of England and France.

Prince Edward represents his father, during his absence in Flanders.

Itaque Rege Angliæ in Flandria commorante, locum ejus in Anglia tenuit filius suus Edwardus; cui, quia minoris ætatis erat, pater rectores consiliariosque deputaverat, Ricardum Episcopum Londoniensem, et Willelmum Comitem Warwicensem; necnon et milites, Reginaldum de Gray, Johannem Giffardi, Alanum Plokenet, viros emeritæ militiæ, providos et discretos.

Transactions in Scotland.

Exeunte mense Augusto, cum Comes Warennæ promissionem factam a Scotis de obsidibus decidere videret in nihilum, Willelmum Waleys commoventem populum, et magnates sub dissimulatione ista permittentes, de Berewico progreditur usque ad [3] Strivelon, exercitu adunato; ubi venerunt ad eundem Comitem Warennæ Senescallus Scotiæ et Comes de Lewenes, rogantes ut quiesceret, dum ipsi populum Scotorum ad pacem Regis reducere attentarent. Concessit Comes quæ petierant; sed ipsi, cum nil proficerent, redierunt quarto Idus Septembris, promittentes se cum quadraginta equis in crastino ad Comitis adjutorium redituros. Quo die missi sunt nuncii ad Willelmum Waleys et Scotos qui cum eo erant, invitantes eos ad pacem

---

[1] *Cathologo* in orig.

[2] *Consisterio* in orig.

[3] *Strivelyn* in the printed texts.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1297.

Regis, et pro retroactis impunitatem spondentes. Qui responderunt se ad pugnam, non ad pacem, venisse. Erat juxta Strivelyn pons artus, qui ducebat ultra aquam profundissimam, quem Anglici certatim transire nitebantur; sed [1]dissuasit hoc Ricardus de Lundy, asserens quod non possent simul in multitudine aliqua progredi, sed tantum bini, vel terni ad plus; et si tali modo transiret exercitus, dicebat grande periculum imminere hiis qui primo transierunt, cum Scoti possent semper paucos pariter transeuntes ad vota perimere. Comes tamen Warennæ, suadentibus aliis minus sapientibus, elegit ut per pontem [2]transirent. [3][Et ecce! antequam pertransisset] medietas exercitus, supervenit multitudo Scotorum, et cum hiis qui jam transierant congressa, pene omnes qui transierant trucidavit. Inter paucos qui evaserunt, fuit Marmeducus de Twenge, qui in magna virtute obtinuit pontem, ut salvus rediret. Comes Warennæ, Custos Scotiæ, usque Berewicum fugiens, commisit custodiam castri de Strivelyn Marmeduco. Senescallus vero Scotiæ et Comes de Lewenes, videntes Anglicos corruisse, transfugerunt ad Scotos. Cecidit autem in hoc prœlio Hugo de Cressingham, Thesaurarius Scotiæ; quem Scoti ob odium speciale excoriantes, pellem ejus in particulas diviserunt. Comes Warennæ, Custos Scotiæ, de Berewico fugit in Angliam, ad filium Regis, Edwardum; fugeruntque post eum et cæteri Anglici, qui in Berewico erant, villam Scotis vacuam relinquentes. Custodes tamen castri, illud tenentes, viriliter defenderunt.

The English defeated by the Scots.

Dum hæc agerentur a Scotis, suasum est filio Regis a Consilio suo, ut Comites Herefordiæ et Marescalli vocaret, et, si quo modo posset, ad pacem alliceret. Qui cum vocati venirent, in formam pacis subscriptam voluerunt, et nullam aliam, consentire :—

Conditions of reconciliation proposed by the Earl of Hereford and Earl Marshal.

Primo, quod Dominus Rex Chartam Magnam, cum cæteris Articulis adjectis, et Chartam de Foresta, annuat et confirmat; et quod nullum auxilium vel vexationem exigat a clero vel populo, absque consilio et assensu; et quod omnem offensam Comitibus, et eorum confœderatis, dimittat.

[4]Articuli adjecti ad Magnam Chartam sunt isti :—

"Nullum talliagium vel auxilium per nos vel hæredes nostros "de cætero in regno nostro imponatur seu levetur, sine

Articles to be added to Magna Charta.

[1] *dissuavit* in orig.

[2] *transierent* in orig.

[3] These words, as given in the printed texts, are omitted in the Arundel MS. They are found in Rishanger.

[4] Also given by Hemingburgh (II. pp. 151, 152, ed. Hamilton).

A.D. 1297. "voluntate et assensu communi Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, et aliorum Prælatorum, Comitum, Baronum, Militum, burgensium, et aliorum liberorum hominum. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

"Nullus minister noster, vel hæredum nostrorum, in regno "nostro capiat blada, lanas, coria, aut aliqua alia bona cujus- "cunque, sine voluntate et assensu illius cujus fuerint.

"Nihil capiatur de cætero nomine vectigalis de sacco lanæ.

"Volumus etiam et concedimus, pro nobis et hæredibus "nostris, quod omnes clerici et laici de regno nostro habeant "omnes leges, libertates, et omnes consuetudines, ita libere "et integre, sicut eas aliquo tempore consueverunt melius "pleniusque habere.

"Et si contra illas, vel quemcunque Articulum in præsenti "Charta contentum, Statuta fuerint edita per nos vel ante- "cessores nostros, vel consuetudines introductæ, volumus et "concedimus, quod hujusmodi Statuta vacua sint, et nulla in "perpetuum.

"Remisimus etiam Humfrido de Boun Comiti Herefordiæ et "Estsexiæ, Constabulario Angliæ, Rogero Bigot Comiti North- "folchiæ, Marescallo Angliæ, et aliis Comitibus, Baronibus, "Militibus, armigeris, Johanni de Ferrariis, ac omnibus aliis "de eorum societate, confœderatione, et concordia existen- "tibus, necnon omnibus viginti libratas terrarum tenentibus in "regno nostro, sive de nobis, sive de alio quocunque in capite, "qui ad transfretandum nobiscum in Flandriam certo die "notato vocati fuerint, et non venerunt, rancorem nostrum et "malam voluntatem, quam ex causis prædictis erga eos habui- "mus, et transgressiones, si quas nobis vel nostris fecerint, "usque ad præsentis Chartæ confectionem. Et ad majorem "securitatem hujus rei, volumus et concedimus pro nobis et "hæredibus nostris, quod omnes Archiepiscopi et Episcopi "Angliæ in perpetuum in suis Cathedralibus ecclesiis, habita "præsenti Charta et lecta, excommunicent publice, et in sin- "gulis parochialibus ecclesiis suarum Diœcesium excommuni- "cari faciant, seu excommunicatos denunciare, bis in anno, "omnes qui contra tenorem præsentis Chartæ, vim, et effec- "tum, in quocunque articulo scienter fecerint, aut fieri pro- "curaverint, quovismodo,"

Edward confirms the Articles. Missis igitur in Flandria nunciis ad ipsum Regem, confirmationem omnium istorum sub sigillo suo (tanquam ab eo, qui in arto positus erat, [1] et cedendum malitiæ temporis censuit) obtinuerunt. Pro confirmatione [2] harum rerum omnium dedit

[1] Omitted in the printed texts. | [2] *et harum* in Parker's text.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

populus Anglicanus Regi denarium nonum bonorum suorum, clerus vero Cantuariensis decimum, et clerus Eboracensis quintum, quia propior damno fuit. A.D. 1297-1298.

Mandavit autem Rex Angliæ eo tempore Comitibus et magnatibus terræ suæ, ut assisterent Comiti de Warenna, Custodi Scotiæ, ad comprimendum rebelliones Scotorum; præfigens eis terminum Octabas Sancti Hillarii, in quo parati forent Eboraci, contra hostes ulterius progressuri; ad quem diem et locum mandavit majoribus Scotiæ, ut venirent; alioquin hostes publici haberentur. The nobles of England summoned to aid against the Scots.

Ante Natale Domini, Robertus Clifford, miles illustris, cum centum armatis, qui erant in præsidio civitatis Karleoli, Scotiam ingressus, cædes et incendia exercuit, et, abducta præda magna, Karleolum est reversus. Robert Clifford ravages Scotland.

Transit annus iste pro penuria frugum illaudabilis; clero Angliæ importabilis, quia de protectione regia est exclusus, et per Regem nihilominus deprædatus; Anglis in Wasconia, sive Scotia, infortunatus, quia in utraque regione populus Angliæ est prostratus; Regibus Angliæ et Franciæ sollicitus et laboriosus; Flandrensibus satis lætus; sed infidelibus inquietus.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, qui est annus regni regis Edwardi, a Conquæstu Primi, vicesimus sextus, fuit idem Rex ad Natale in Flandria, apud Gandavum; ad quem venerunt, in festo Sanctorum Innocentium, Magister Ordinis Prædicatorum et Minister Generalis Fratrum Minorum; sub eadem forma qua ante Regem Franciæ, ex parte Domini Papæ rogaverunt supplicantes, quatenus nuncios solemnes ad Curiam Romanam, concessa eis plena potestate tractandi, ordinandi, et perficiendi omnia, quæ pacis reformationem tangerent, destinarent; et ipse Apostolicus, non tanquam judex, sed ut bonus pacis mediator, in nullius præjudicium satageret ad pacem et tranquillitatem regnorum, Regum amicitiam in statum pristinum reformare. Et quia hoc absque treugis fieri non posse judicavit Dominus Papa, ideo per hos nuncios biennales inducias, quas per Cardinales imploraverat, indixit de novo, sub pœna excommunicationis et interdicti terrarum suarum. Fresh proposals for peace made by the Pope.

Rex Angliæ, perpendens se in Flandria periculose commorantem, illucque per informationem Comitis Flandriæ minus prudenter attractum; regnumque proprium intestina seditione turbatum, fiduciamque suam de Rege Romanorum per Papam sibi minus benevolum, regnum Teutoniæ turbantem, frustratam, consensit in treugas indictas. Conventique inter eos, ut captivi interim, taxata eorum redemptione, liberarentur hinc inde; ea conditione, ut si pax non fieret, redirent ad suas The King of England consents to a truce.

A.D. 1298. custodias, vel redemptionem solverent jam taxatam. Transmittunt igitur Reges utrique, solemnes nuncios, cum plena potestate, ad Curiam Romanam, ut per mediationem Apostolici, non tanquam judicis, sed amicabilis compositoris, discussis negotiis, pax inter Reges et concordia reformetur. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Sedition at Ghent against the English.

Post hæc, apud Gandavum suscitata est seditio per filios Comitis Flandriæ et villanos contra Anglicos; quorum villa per Wallenses incensa fuisset, nisi Rex, accurrente ad eum Comite, impetum impedisset.

Transactions in Scotland.

Eo tempore, Comes Warennæ, Custos Scotiæ, ac Comites alii, juxta mandatum regium Eboracum convenientes in Octabis Sancti Hillarii, publicata confirmatione Chartarum [1] Articulorum adjectorum, versus Scotiam processerunt. Majores Scotorum, Eboracum non venientes, secundum vocationem regiam, se infra terræ suæ terminos tenuerunt. Willelmus Waleys Castrum de Rokesburgia jam multis diebus obsederat; sed audito adventu Anglicorum in multitudine magna, diffugit. Comites vero regni Angliæ pervenientes Rokesburburgiam, munito castro ac consolatis obsessis, digressi sunt [2] absque Kelsou, et inde reversi sunt usque Berwicum, quam jam Scotis vacuam invenerunt. Dumque ibi morarentur, mandavit eis Rex de treugis acceptis inter ipsum et Regem Franciæ, et reditu suo celeri, jubens ne ante adventum suum, excepta occupatione Berewici, aliquid quo paterent discrimini, attentarent. Comites igitur, remissa majori parte exercitus, et retentis qui ad defensionem villæ possent sufficere, adventum regium expectabant, contra principium Quadragesimæ tunc instantis. Interea, Robertus de Clifford, cum hiis qui erant in præsidio Karleoli, ingressus Scotiam, villam combussit Anandiæ, et rediit cum præda magna.

The Scots desert the King of England in Flanders.

Cum Rex Angliæ, ad propria reversurus, venisset ad villam quæ "Ardeburgia" dicitur, Scoti fere omnes quos secum in Flandriam duxerat in expeditionem, ab ipso Rege discedentes Parisius abierunt.

The King of France demands the liberation of Baliol; which is refused.

Rex Edwardus, in Angliam veniens, ad Regem Francorum misit pro liberatione captivorum juxta formam condictam. Rex vero Francorum exegit a nunciis liberationem Johannis, quondam regis Scotiæ, qui de suis fuisse asseruit alligatis. Super quo Rex Angliæ requisitus, cum recusaret eum reddere, dicens [3] conventionem tantum de illis captivis factam qui in

---

[1] Correctly *articulorumque*, as in Rishanger.

[2] An error for *usque*, as in the printed texts, and in Rishanger.

[3] *contentionem* in Camden's text.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1298.

werra Wasconiæ capti fuerant, hinc inde dilata est in annum sequentem liberatio captivorum.

Parliament at York.

Interim Rex Angliæ, Scotorum rebelliones disponens reprimere, et eos ad debitam coercere subjectionem, Parliamentum tenuit Eboraci; vocatisque Scotorum majoribus, cum non venirent, suis indixit, ut cum equis et armis parati essent Rokesburgiæ in festo Sancti Johannis Baptistæ. Rex, interim visitato Sancto Johanne de Beverlaco, rediens Rokesburgiam, invenit ad præfixum terminum exercitum congregatum.

An English army assembled at Roxburgh.

Re-confirmation of the Charters demanded by the Earl of Hereford and Earl Marshal.

Sub eisdem diebus, Comites Herefordiæ et Marescalli, quia confirmatio Chartarum fuit facta in terra aliena, petiverunt, ad majorem securitatem, eas iterum confirmari; spoponderunt autem pro Rege Episcopus Dunelmensis, ac Comites, Johannes Surreyæ, Willelmus Warwici, Radulphus Gloverniæ, quod, obtenta victoria, Rex eas post suum redditum confirmaret.

Transactions in Scotland.

Proficiscitur deinde Rex cum exercitu ad villam quamdam de Temple Histone, remisitque inde Episcopum Dunelmensem, ad capiendum castrum de Driltone, cum duobus aliis castris, quorum custodes præter alia mala [1]invaserant extrema castrorium confinia. Quorum primum cepit Episcopus, custodibus liberis dimissis: reliqua duo capta sunt per novos milites ibi creatos, et incensa. Dum Rex apud Temple Histon moraretur cum exercitu juxta flumen, expectando adventum navium quæ apud Berewicum oneratæ victualibus fuerant, contigit ut, ipsis adverso vento impeditis per mensem, exercitus affligi inciperet inedia atque fame; quo cognito, Scoti maximum coadunant exercitum, sperantes Anglicos jam fame deficientes opprimere sine mora. Et ecce! triduo antequam venirent Scoti, naves applicant cum victualibus; quibus distributis, reficiuntur singuli juxta vota. Rex deinde, audito quod advenirent Scoti, obviam progreditur, et, nocte superveniente, in quadam campi planitie cum exercitu armato resedit. In aurora vero, terribilis quidam clamor insonuit; quo excitati omnes, Scotosque in vicino æstimantes, celerius se parant ad pugnam. Dextrarius vero Regis, tumultuoso actus clamore, Regem jam ascendentem recalcitrando dejecit, laterique ejus calces posteriores allidens, duas ei costas confregit. Qui nihilominus ascendens eum [2]alterum, progredientem ad prœlium comitari exercitum non omisit. Itaque juxta locum, qui "Fowkyrke" dicitur, in die Beatæ Mariæ Magdalenæ, Willelmus Waleys construxit sepem inter Scotorum exercitum

Accident to Edward.

Battle of Falkirk.

[1] *invaserat,* erroneously, in the printed texts.

[2] *alium* in the printed texts: *equum alterum,* correctly, in Rishanger.

A.D. 1298. et Anglorum, longos palos in [1]terram figens, et cum funibus nectens et cordis, ut ingressum Anglicorum ad suos impediret. Deinde pedestrem Scotorum populum in prima acie collocavit, dicens eis patria lingua [2]ita;—[3]"*Y have brouȝth ȝou to the* "*ryng, hoppe ȝef ȝe kunne.*" Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Rex vero, videns dispositionem Scotorum, jussit Wallensibus ut eos aggredirentur. Sed ipsi, propter inveteratum odium quod gerebant ad Regem, negotium distulerunt; credentes quod Scoti, qui multo plures fuerunt quam Anglici, victoriam reportassent, et per consequens ipsi votorum suorum effecti compotes, in Anglicos cum Scotis [4]communiter irruissent, et mala irrogata jamdudum genti suæ viriliter [5]vindicassent. Cumque eos cunctantes quidam miles cerneret, satirice dixit Regi:—

"Rex Edwarde, fidem si des Wallensibus, erras;
"Ut dederas [6]prædam, sed eorum diripe terras."

Rex vero, dato signo prœlii primæ cohorti, [7]irruit in Scotos audacter, sepemque dirumpit. Congrediuntur igitur ambo exercitus; sed fugientibus statim Scotorum equitibus, Anglici insequuntur cædentes et stragem magnam ingerentes: ut eorum qui ceciderant de Scotis in hoc prœlio numerus æstimetur sexaginta millia excessisse. In principio autem prœlii, Præceptor Militiæ Templi in Anglia, et socius ejus, qui erat Præceptor Scotiæ, Scotorum agmini se immiscentes, ante alios oppressi, oppressorum multitudine sunt peremti. Willelmus Waleys et majores Scotiæ ab hoc prœlio ad nemora confugerunt. Post hæc, vastata est villa Sancti Andreæ, nemine resistente. Exinde per forestam de Felkirke venerunt Anglici ad castrum de Are, quod Robertus de Brus fugiens incendit, vacuumque reliquit, transeuntes per villam Anandiæ, ceperunt castrum de Lowmaban. Cum autem venisset Rex Karleolum, Comites Herefordiæ et Marescalli, licentia accepta, ad propria redierunt. Rex vero primo Dunelmiam, deinde Tynemutham, et inde usque [8]Codingham, juxta Beverlacum, progressus, ibidem ut festum Natalis Domini perageret, expectavit.

The Scots are defeated.

Adolph of Nassau slain.

Hoc anno Albertus Dux Austriæ contra Adulphum, Regem

[1] *terras* in Camden's text.

[2] omitted in the printed texts.

[3] Thus given in Parker's text:—
"*I haue brought you to the Ring,*
"*hop gif ye kun.*"
In Camden's text—"*to the Kyng.*"
In Rishanger (Faust., B. ix. f. 131 a) "*I haue browghte ȝowe to the* "*ryng, hoppe ȝef ȝe kunne.*"
In MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. :—
"Y haue brouȝth ȝou to the ryng,
"hoppe ȝef ȝe kunne."

[4] *comiter* in the printed texts.

[5] *derogassent* in the printed texts: *vindicassent* in Rishanger.

[6] *prædem* in orig., and in Rishanger.

[7] *iruit* in orig.

[8] Now Cottingham.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Romanorum, dimicans, ipsum interfecit in campo; et cito post, in Regem Romanorum loco Adulphi electus, solemniter coronatur. A.D. 1298-1299.

Petrus et Jacobus de Columpna, quondam Cardinales, destructo castro de Columpna per papales, fugiunt Præneste; ubi ab exercitu Papæ obsessi, [1] tandem se humiliant, et, Idibus Octobris ad Papam venientes, veniam postulant de commissis. Transactions at Rome.

Hoc etiam anno, in crastino Sancti Bartholomæi, Beatus Lodowicus, quondam Rex Francorum, de loco sepulcri in capsam pretiosam, ad hoc paratam, transfertur.

Transit annus iste frugibus nec abundans nec omnino inops fructuum; Alemannis propter bella gravis; Scotis exitialis; sed pacificus Anglis et Francis.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, vicesimus septimus, fuit idem Rex ad Natale ad Codingham juxta Beverlacum. Post quod, versus partes regni Australes iter suum direxit.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Eodem tempore, Papa Bonifacius, submissionibus Regum receptis, pacem et concordiam inter Reges ordinavit; ita ut Rex Angliæ sororem, et filius ejus filiam, Regis Francorum ducerent, certis pro utrisque dotibus diffinitis; et quod Ducatus Aquitanniæ in manus Domini Papæ traderetur, quousque discussa utriusque regis justitia, justo domino redderetur: et quod Rex Angliæ naves superstites, cum mercibus, de illis quæ raptæ fuerant, restitueret. Sed super hiis duobus Articulis intercidit magna dilatio, Rege Francorum partem quam in Wasconia occupaverat, tradere renuente. Peace established by Pope Boniface.

Hoc anno, filii Karoli [2] [Regis] Siciliæ, Philippus et Robertus, ingressi Siciliam, dum Siculos satagunt expugnare, Philippus, cum gente sua tota, a Siculis capitur. Transactions in Sicily.

Eodem anno, Rex Tartarorum ab urbe Ierosolomitana expulit Sarracenos. Frater hujus regis Tartarorum ex filia Regis Armeniæ genuit filium hispidum et pilosum; quem cum pater cremari juberet, mater sibi dari infantem petiit; quem fecit illico a presbyteris baptizari. Quo baptizato, cecidit statim tota villositas, et puer apparuit lenis et pulcher. Quod miraculum cum pater vidisset, credidit ipse, et domus ejus tota. Transactions in Syria. A miracle.

Eodem tempore, Karolus Comes Valesii, missus in Flandriam contra Comitem, receptus est pacifice apud Burges. Charles of Valois received at Bruges.

Sub eisdem diebus, Petrus et Jacobus de Columpna, timentes sibi, iterum fugiunt, et toto tempore Bonifacii in loco latent ignoto. Transactions at Rome.

---

[1] *tantum* in Camden's text.

[2] Supplied from the printed texts.

A.D. 1299. In principio Quadragesimæ, Rex Angliæ Parliamentum tenuit Londoniis; ubi rogatus a Comitibus sæpedictis, ut Chartarum confirmationem[1] renovaret, secundum quod in Scotia promiserat, post aliquas dilationes instantiæ eorum adquievit, hac additione, "salvo jure coronæ nostræ," in fine adjecta. Quam cum audissent Comites, cum displicentia ad propria discesserunt. Sed revocatis ipsis ad quindenam Paschæ, ad votum eorum absolute omnia sunt concessa.

Parliament at London.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Re-confirmation of the Charters.

Perambulatio autem Forestæ commissa est per Angliam tribus Episcopis, totidem Comitibus, Baronibusque in eodem numero; ut ipsi, Deum habentes præ oculis, executionem facerent; et si qua emergerent dubia, illa secundum Deum et justitiam declararent.

Perambulation of the Forest.

In Translatione Beati Thomæ Martyris, venerunt nuncii Papæ ad Regem Cantuariam, rogantes ut Johannem, quondam Regem Scotiæ, suæ liberaret custodiæ; spondentes quod Regem et regnum ab omni, quod per hanc liberationem posset contingere, periculo præservarent. Quorum petitioni Rex condescendens, respondit se ipsum Johannem, tanquam seductorem falsum et perjurum, ad Papam missurum. Ad quem nuncii responderunt:—"Et nos eum pro tali suscipimus, Summo "Pontifici præsentandum." Cumque dictus Johannes, cum præfatis nunciis, venisset Doveriam, et cistæ suæ in navem inferrentur, quidam regales qui eos ad mare deduxerant, dixerunt quod voluerunt videre quæ continebantur in clitellis dicti Johannis. Quibus apertis, inventa est una corona regia regni Scotorum aurea, et multa vasa aurea et argentea, et pecuniæ non parva summa; quæ universa Regi Angliæ sunt allata. Rex illico coronam auream offerri jussit Beato Thomæ Martyri; et sigillum commune Scotiæ, quod repertum est ibidem inter cætera, jussit sibimet reservari; pecuniam vero totam remisit dicto Johanni, ad expensas itineris inchoati. Nuncii vero, plurimum commendantes Regis sapientiam et regalem munificentiam, transtulerunt eundem Johannem in terram Ballioli, quam habuit in regno Franciæ; et ibidem reliquerunt eum sub certorum custodia prælatorum. Post hæc, et alii captivi, a Regibus detenti, hinc inde, secundum conditiones in treugarum concessione positas, liberantur.

The Pope demands the liberation of Baliol.

Baliol deprived of the regalia of Scotland.

Baliol taken to Bailleul in France.

Rex Angliæ sperans se, per matrimonium inter ipsum et sororem Regis Franciæ contrahendum, pace diuturna gratulari, acsi foret jam omnia jura sua ultramarina cum nova nupta, sorore Regis Francorum dimidia, consecuturus, interno gaudio

Edward's expectations from his marriage with the half-sister of the King of France.

---

[1] *revocaret* in orig.; an error for *renovaret*, as in the printed texts.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1299.

æstuabat, decessitque in Canciam cum optimatibus suis, adventum ibidem dominæ præstolaturus. In nullo tamen, ut probavit expost rei exitus, per hoc matrimonium promovit regnum suum.

Frustration thereof.

Post paucos dies redierunt legati Regis Angliæ, adducentes sororem Regis Franciæ, nomine "Margaretam;" quam conduxit Dux Burgundiæ, cum non modica multudine Gallicorum. Comes quoque Britanniæ, cum proceribus sibi subditis, ad has nuptias properavit. Cunctique fere principes nominati, qui citra Hispanniam morabantur, tantæ desponsationi interesse gaudebant: quia nimirum Regis Edwardi magnificentia per orbem totum dilatata, cunctos attraxerat in venerationem personæ regiæ, et amorem. Igitur, die quarto post Nativitatem Virginis gloriosæ, agente Cantuariensi Pontifice, in Ecclesia Metropolitana Angliæ inter Regem et Margaretam prædictam solemnitas matrimonii celebratur. Quæ fuerit ibidem, non solum regni nobilitas, sed diversarum regionum virorum congregata sublimitas, quis convivii apparatus, quæ profusio expensarum, scribere supersedeo, ne [1]panegyricon videar conscripsisse. Duravit istud tripudium per dies quatuor; post quos extranei, accepta repatriandi licentia, sunt dimissi, maximis et variis muneribus honorati.

Edward's marriage to Margaret of France, 12 September 1299.

In festo Sancti Martini Parliamento habito apud Eboracum, Rex Berewicum progreditur, intendens ulterius procedendo ammovere obsidionem Scotorum, qui castrum de Strivelyn obsidebant, et vehementer artabant obsessos. Sed, causantibus proceribus loca palustria, propter brumalem intemperiem, esse inmedibilia, Rex, præmunitis caute obsessis, ut salvis sibi vita et membris castrum redderent, ulterius non processit.

Parliament at York.

Edward abandons his intention to relieve Stirling Castle.

Deinde Rex direxit epistolam Archiepiscopo Cantuariensi, in hæc verba:—

"Quia magnificavit Dominus misericordiam suam facere "nobiscum, dignum est, O pater, ut innumeris beneficiis suis "dignis respondeamus operibus. Neque enim in gladio nostro "possidemus terram, et brachium nostrum non salvavit nos, "sed dextera ejus, et brachium sanctum ejus; quin complacuit illi in nobis, ut hucusque conservavit nos, et inimicos "nostros compescuit. Justum proinde est, ut qui omnia "subjecit sub pedibus nostris, subjiciamus illi et [2]nos animas "nostras; et ut hii, quos nobis subdidit, ejus subdantur legi"bus. Non enim segniter elaborare debemus punire sacri"legos, rebelles comprimere, eripere pauperem de manu for-

His letter to the Archbishop of Canterbury.

---

[1] *pannagyericon* in orig.

[2] Omitted in Camden's text.

A.D. 1299-1300.

"tiorum ejus. Sed et meæ sollicitudinis est, pacem firmam "in regno nostro consolidare, et inimicos nostros expugnare. "Quapropter orate pro me et regno nostro, populo quoque "nostro, ut iter atque actus nostros dirigat Altissimus, ut sit "ad laudem nominis sui, et regni nostri promotionem."

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Divulgata [1]hac epistola per ecclesias, omnis populus sponte et cum gaudio pro Rege fecit orationes.

Chains and manacles stored in the Tower of London.

Eodem tempore jussit Rex apportari in Turrim Londoniæ omnes manicas ferreas et catenas, quæ inveniri poterant in omni loco Angliæ, ad inæstimabilem multitudinem; sed causa penitus nesciebatur.

Transit annus iste nec plene frugifer nec penuriosus, sicut bellicosus; Saracenis formidolosus; Tartaris martius; Scotis perfidia notabilis; Anglis et Francis sub quiete decursus.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo primo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, vicesimus octavus, fuit idem Rex ad Natale apud Berewicum; Regina vero apud Wyndeleshores.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Alien monies prohibited.

Infra præsentis Natalis solemnia, prohibita est moneta alienigenarum surreptitia et illegitima, quam "Pollardos" et "Kokodones," atque "Rosarios," appellabant; qui paulatim et latenter loco irrepserant sterlingorum. Hanc monetam primo Rex Edwardus jusserat valere obolum, deinde omnino exterminavit. Gallici nempe hanc monetam fabricaverunt; quæ non erat argentea, sed superficialiter deargentata, et currebat in locis plurimis loco sterlingorum, multique decepti fuerant per eandem.

Death of Edward Earl of Cornwall, and reversion of the County to the crown.

Post festum Natalis Domini, Rex reversus est in Angliam de partibus Northumbranis.

Hoc anno obiit, sine prole, Edmundus Comes Cornubiæ, filius Ricardi, quondam Comitis Cornubiæ et Regis Almanniæ. Qua de causa, rediit Comitatus ille ad coronam. Corpus ejusdem Comitis apud [2]Assherugge, locum quem fundaverat, est humatum.

Indulgence granted by Pope Boniface to such as should visit Rome.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Trivet (ed. Hog), pp. 377, 8.

Isto anno, Papa Bonifacius Octavus, indultum faciens omnibus vere pœnitentibus et confessis, qui per anni præsentis spatium, ac per quemlibet annum centesimum futurum, Romam ac [3]bonorum Apostolorum Petri et Pauli Basilicas, voto peregrationis, humiliter accesserint et devote, cunctorum suorum concessit indulgentiam peccatorum.

Parliament at London.

Parliamentum Londoniis convocatur in Quadragesima, in quo Rex confirmationes Chartarum renovavit, et Statuta quæ-

---

[1] *hæc* in orig.

[2] *Assherngger* in orig., and in the printed texts.

[3] *beatorum* in the printed texts.

dam edidit de finibus et liberationibus carcerum, quæ sunt utilia valde regno. A.D. 1300.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Birth of Thomas de Brotherton.

Eodem anno, apud Brothortone natus est Regi filius ex Margareta Regina; quæ, cum parturiret, afflicta doloribus Beatum Thomam, Cantuariensem Archiepiscopum atque Martyrem, pro alleviatione tanctæ pœnæ suppliciter invocavit. Moxque morti proxima pro partus difficultate, videbatur sibi quod vires resumpsit; et peperit filium, qui in honorem Beati Thomæ "Thomas" est appellatus; qui mox, ut cœpit [1]papillas sugere mulieris Francigenæ, horrente stomacho, lac evomuit; donec adducta [2]fuisset mulier Anglica, de qua delectabiliter [3][refocillabatur], tanquam qui naturaliter discerneret lac alienigenæ sibi fore minime naturale.

Transactions in Scotland.

Hoc anno Rex Angliæ profectus est in Scotiam cum exercitu copioso, et cepit Castrum de Lowmaban. Deinde ingressus est Galwideam, ubi majores Scotorum petierunt a Rege, ut permitteret Johannem de Balliolo pacifice regnare super eos, et ut sineret magnates [4]de Scotia redimere terras suas, datas diversis personis Angliæ, de illis quibus datæ sunt per Regem; asserentes quod alioquin se defenderent, quamdiu possent. Sed Rex in nullo illorum petitionibus condescendit. In crastino vero Rex profectus est usque Swynam, ubi moram traxit per octo dies. Ad quem locum convenerunt Scoti innumerabiles, cum suis ducibus, ut Regem et ejus exercitum infestarent. Rex autem, cum filio suo suisque proceribus, Scotis obviam est profectus; qui mox meticulosi et timidi, velut lepores, ad colles et nemora confugerunt. Fuissetque dies iste Scotis exitialis, si Anglicis Wallici non defuissent; quibus innatum est, ut inermes loca paludosa pertranseant, et colles agiliter occupent et ascendant. Nempe Anglici, tunc eorum carentes auxilio, cum ipsi nimis ponderose fuissent armati, Scotos insequi non valebant.

Pope Boniface intercedes on behalf of the Scots.

Per idem tempus, Scoti cognoscentes [5]"Romæ omnia venalia," donis Dominum Papam uberrimis ditaverunt, petentes ab eo consilium pariter et auxilium contra dominum suum, Regem Angliæ. Quibus Papa promisit in brevi remedium, contemplatione donariorum, jubens ut celeriter sine tumultu repatriarent. Igitur Papa, promissionis suæ non immemor, illico direxit quendam Lumbardum ad Archiepiscopum Cantuariæ, jubens ut suæ legationis vices ageret in hac parte, et

---

[1] *mamillas* in the printed texts.
[2] *est* in the printed texts.
[3] Supplied from MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.
[4] *Scotiæ* in the printed texts.
[5] A proverb of classical times.

A.D. 1300. Regem adiret cum litteris inbullatis, eique mandata papalia demonstraret. Archiepiscopus vero, post [1] triduum hebdomadarum spatium, pervenit ad Regem cum prædicto Lumbardo; quem invenit contra Scotos dimicantem. Ostendit ei igitur papale mandatum, cujus tenor fuit, ut Rex desisteret Scotos inquietare de cætero, quorum regio et personæ exemptæ specialiter suæ capellæ, ut asseruit, pertinebant. Neque, prout dicebat, esse poterat quin civitas Ierusalem suos cives protegeret, et confidentes in Domino, sicut mons Syon, confoderet. Rex autem, intellectis hiis apicibus, mox [2] allata voce [3] respondit:—"Per sanguinem"—inquit—"Dei, propter Syon "non tacebo, et propter Ierusalem non quiescam, dum spiritus "fuerit in naribus meis, quin jus meum, toti mundo cognitum, "toto posse defendam." Post aliquot dies, Scoti, freti Papali favore, superciliose mandaverunt Regi Angliæ, ut permitteret eos tranquille vivere, donec pares suos et Regem Franciæ consuluissent; comminantes, nisi faceret, quod Papa pro illis interponeret suas partes. Ad hæc Rex indignando subrisit, dicens:—"Ex quo vos omnes et singuli mihi, tanquam præ"cipuo domino regni Scotiæ, fecistis homagia, putatis me "terrendum per ampullosa mendacia, ut, tanquam carens viri"bus, jus quod in vos habeo prætermittam? Cavete, ne de "cætero coram me cum tali mandato compareatis; quod si "feceritis, Dominum testor, a mari usque ad mare totam "Scotiam devastabo." E contra, Scoti satis audacter asserunt, se in hac causa sanguinem suum fusuros pro defensione justitiæ et patriæ libertate.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Edward's answer to the Pope's Envoy.

His answer to the Scots.

Victory of the King of the Tartars over the Soldan of Babylon.

Eodem anno [4] Cassanus, Rex Tartarorum, in plano Damasci pugnavit contra Soldanum Babiloniæ; et victoria cessit ei, occisis centum millibus Sarracenorum. Veritus vero, Soldanus fugit in Babilonem, quæ civitas est Ægypti. Cassanus vero, sciens divina virtute datam sibi victoriam, Christianus illico est effectus. Et mox persecutus est Soldanum usque ad portas Babiloniæ, et die octavo mensis Augusti, iterum pugnam iniit cum Soldano ante portas Babiloniæ, et iterum victor effectus misit ad inferos animas ducentorum millium Sarracenorum; peremptusque est eodem die prædictus Soldanus in bello. Tertio vero die post prædictum prœlium, [5] civitas Babiloniæ capta fuit et reddita Regi Cassano; qui liberavit a carcere cunctos Christianos, qui in dicta civitate fuere detenti in custodia nimis dura.

---

[1] *trium* in the printed texts; correctly.

[2] *alta* in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] *sic respondit* in the printed texts.

[4] See page 113, *post.*

[5] *civitatis* in orig.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1300.

Prince Edward made Prince of Wales and Earl of Chester.

Hoc anno, Edwardus, Rex Angliæ, [1] fecit Dominum Edwardum, filium suum et hæredem, Principem Walliæ et Comitem Cestriæ. Quod cum Wallenses audissent, valde gavisi sunt, reputantes eum legitimum dominum, quia in illis partibus natus fuit. Et mirum in modum, cum expost sibi Scotia rebellaret, et tota Anglia ab eo descivisset, Wallenses hunc coluerunt, dilexerunt, et eidem, quantum poterant, adhæserunt, vices ejus tam in vita quam morte dolentes, et cantilenas pro eo lugubres lingua patria componentes, quas usque [2] præsens ab eorum memoria nec metus adversantium nec diuturnitas temporum abolevit.

Affection of the Welch for his memory.

Dowry granted to the Countess of Cornwall.

Per idem tempus, cum Edmundus Comes Cornubiæ naturæ debita persolvisset, ut prætactum est, procurantibus in Parliamento, nuper facto Londoniis, quibusdam magnatibus, Comitissa, quondam uxor dicti Comitis, dotata est quingentarum librarum portione, Domino Rege huic ordinationi libentissime annuente.

Injunctions of Pope Boniface as to the discipline of the English nuns.

Circa præsens tempus divulgatum fuit Romanæ Curiæ, quod sanctimoniales Angliæ vagabundæ inutiliter discurrebant per patrias; quæ vagatio, etsi omnibus religiosis esset contraria, nimirum mulieribus esset tollenda, præsertim cum omne quod in mundo est, aut est concupiscentia oculorum aut concupiscentia carnis, aut superbia vitæ. Cupiens ergo Summus Pontifex sanctæ providere conversationi, talibus inordinatis discursibus finem imposuit, quamvis decreta Pontificum velut fundamenta montium inconvulsis ligaminibus fixa sint, et dictas sanctimoniales hactenus necessitatis causa extra cellas suas exire permiserint, cum plerumque tempestatibus et turbinibus sæcularium rerum religio Sanctæ Dei Ecclesiæ maculis reproborum dissipatur. Idcirco profuturum succedentibus posteris esse decrevit, ut ea quæ salubri consilio ordinantur et communi assensu fratrum diffiniuntur, firmentur suarum robore litterarum. Quapropter, Summus Pontifex, Bonifacius Octavus, scripsit Archiepiscopo Cantuariensi Roberto, et aliis coepiscopis et suffraganeis, districte [3] præcipiens in virtute sanctæ obedientiæ, et injungens, ut omnes sanctimoniales [4] suis Diœcesibus habitantes includi facerent, ut non de cætero liceat eis de cellis suis progredi; quia non expedit animabus eorum. Dedit etiam

---

[1] This fact is mentioned also by Matthew of Westminster; as also, the joy felt by the Welsh thereat; but in totally different language.

[2] *in præsens* in the printed texts.

[3] *recipiens* in the printed texts.

[4] *in suis* in the printed texts.

A.D. 1300–1301.

idem Apostolicus Archiepiscopo et suis suffraganeis, unicuique in sua Diœcesi, potestatem visitandi, terminos limitandi, ordinandi, et exponendi, in cellis dictarum sanctimonialium, quos terminos et limitationes præterire non licebit, quavis causa necessitatis; ut Decretalis inde confecta testatur. (MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.)

Edward sends Envoys to the Pope, to oppose the Scots.

Rex Angliæ direxit nuncios ad Papam, Comitem videlicet Lincolniæ et Dominum Hugonem de Spencer, qui declararent injurias sibi irrogatas per Scotos, et eorum falsitatem manifestarent. Insuper et Dominum Papam deprecarentur, ne mendacii fabricatoribus, Scotis videlicet veritatem odientibus, proditoribus, et homicidis, sinum aperiret de cætero protectionis; quorum fraudulenta falsaque persuasio Papalem sollicitudinem circumvenerat fraudulenter. Papa vero, cujus stomachus a corruptione Scotorum nondum [1] gestus fuerat, etsi noscet justam petitionem regiam, tamen preces armat et Regi mandat, ut sui contemplatione Scotis treugas [2] [indulgeat] a die Omnium Sanctorum usque ad Pentecosten; quod et factum est. (Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.)

A truce is granted.

The Count of Flanders surrenders to the French.

Eo tempore, Comes Flandriæ, nimis artatus, cum suis reddidit se Karolo, Comiti Valesii, ductusque Parisius cum duobus filiis; et apud Compendium in custodia est detentus.

Eo tempore, Radulphus, filius Alberti Regis Romanorum, Blancam, sororem Regis Franciæ, Parisius desponsavit.

Saracens slain in Apulia.

Eodem anno, [3] Luceriæ, urbis Apuliæ, Sarraceni, sub tributo Regis Siciliæ venientes, capti necantur.

Transit annus iste Christianis omnibus lætus et votivus, propter Jubilæi gratiam ipsis indultam, et propter victoriam de cœlo concessam Regi Tartarorum in Terra Sancta, ubi de Soldano et Sarracenis gloriosissime triumphavit; Anglis mœstus propter amici captivitatem, Comitis videlicet Flandriæ, et sollicitus propter rebellionem Scotiæ; Francis jocundus, propter magnificas nuptias et Comitis Flandriæ captionem.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo secundo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, vicesimus nonus, tenuit idem Rex Natale cum Regina apud Northamptone. (MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.)

Birth of Prince Edmund.

Quo anno natus est ei filius ex Margareta Regina secundus; quem vocavit "Edmundum." (Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.)

Philip the Fair offends Pope Boniface.

Hoc tempore, Appamensis Episcopus, de conspiratione contra Regem Franciæ accusatus, et ad Regis vocatus Curiam, in custodia detinetur. Mense vero Februario, ad mandatum

---

[1] *digestus* in Rishanger and in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] Omitted in orig. It appears in the printed texts, in Rishanger, and in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] *Luccticæ* in the printed texts.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1301.

Domini Papæ liberatus, jubetur una cum nuncio Domini Papæ regnum evacuare infra certum terminum a Rege præfixum. Papa, talibus novis exasperatus, omnes gratias, a se vel suis prædecessoribus concessas Francorum Regibus, revocavit, et in eundem regem cito post excommunicationis sententiam fulminavit. Quam tamen Regi nemo ausus est nunciare, vel in regno Franciæ publicare. Fecit etiam citari prælatos omnes de regno Franciæ, necnon et omnes Magistros in Theologia et in Jure, tam Canonico quam Civili, ut coram eo Romæ in Kalendis Novembris comparerent. Rex vero Franciæ publico prohibuit edicto, ne quis aurum vel argentum, seu merces quascunque, asportaret de regno suo; sub forisfactione omnium bonorum, adjecta nihilominus pœna gravi: fecit etiam omnes exitus et introitus ubique diligentissime custodiri.

And is excommunicated.

Philip retaliates.

Eo tempore, Papa legitimavit filios Sanctii, Regis Castellæ; cujus primogenitus, [1] Ferrandus, obtinuit regnum patris.

The sons of Sancho of Castille legitimatized.

Rex Angliæ sub hiis diebus Parliamentum tenuit Stanfordiæ, ad quod convenerunt Comites et Barones, cum equis et armis; eo, prout dicebatur, proposito, ut executionem Chartæ de Foresta, hactenus dilatam, extorquerent ad plenum. Rex autem, eorum instantiam et importunitatem attendens, eorum voluntati in omnibus condescendit.

Parliament at Stamford.

Edward conciliates the nobles.

Eodem anno, Papa Bonifacius direxit litteras Regi Angliæ secundarias, in quibus asseruit regnum Scotiæ ad jus Romanæ [2] Ecclesiæ pertinere, Regem Angliæ subjectioni ejus contra Deum et justitiam, et in præjudicum Sedis Apostolicæ, vendicare; rationes allegans subscriptas. Primo, quia cum Rex Henricus, pater istius, auxilium obtinuisset in werra sua contra Symonem de Monte Forti a Rege Scotorum Alexandro, ne hoc auxilium jure subjectionis cujuslibet, aut debiti, petitum aut præstitum putaretur, idem Henricus per litteras suas patentes recognovit, non ex debito recepisse, sed ex gratia speciali. Item, ad coronationem hujus Regis vocatus per litteras, ut ei præsentiam amicabilem in tantis solemniis amicus exhiberet, non venit ex debito, sed ex gratia speciali. Item, pro terris de Tyndale et Penreth, in regno Angliæ

Pope Boniface claims Scotland in behalf of the Romish Church.

Grounds thereof.

---

[1] By a singular inadvertence, this word appears in the original as *fer fit randus*: it is *Ferrandus* in the printed texts, in Rishanger, and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] Omitted in Camden's text.

A.D. 1301. [1]positis,[1] cum Rex Scotiæ ad præsentiam Regis Angliæ se personaliter contulisset, eidem fidelitatem impensurus pro eisdem terris tantum, in Anglia sitis, non ut Rex Scotiæ nec pro regno Scotiæ fidelitatem eandem exhibuit; quia palam coram populo protestatum est, quod pro regno Scotiæ fidelitatem aliquam Regi Angliæ facere non debebat. Item, quod prædictus Rex Alexander reliquit puellam hæredem, nomine "Margaretam," neptem Regis Angliæ, tunc minoris ætatis, cujus custodia non ad Regem Angliæ, velut ad dominum supremum, pervenit, sed ad cæteros ejusdem regni Scotiæ proceres, ad hoc electos. Redarguebat etiam Papa Regem, eo quod post mortem dicti Alexandri Regis, Scotos tanquam acephalos, et ducis suffragium non habentes, ipsos per vim sibi subjugavit; et metum in præjudicium et gravamen non modicum Romanæ Ecclesiæ adjiciens, quod cum Dominus Papa officium legationis alicui committit exequendum in regno Angliæ, causa solutionis decimæ, vel etiam pro quavis alia causa rationabili, et hujusmodi legatio litteris et privilegio speciali dictæ Sedis Apostolicæ, ad dictum regnum Scotiæ se non extendat, resistendum est et obstandum hujusmodi legationi, prout tempore felicis recordationis contigit evidenter. Nam Legatus ipse ad præfatum regnum Scotiæ aliquatenus admissus non extitit, donec per litteras Apostolicas speciales sibi legationis officium fuit in eodem commissum. Item addidit, quod idem regnum Scotiæ per Beati Petri Apostoli venerandas reliquias, non sine superni dono muneris, conversum extitit ad fidei Catholicæ unitatem. Et qualiter etiam antiquis temporibus Eboracensis Archiepiscopus qui tunc erat, mota per eum super jure metropolitano adversus prælatos Scotiæ quæstione, pro se nequivit sententiam obtinere.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13. E. ix.

Demands made of Edward by the Pope.

Hiis propositis, monuit Papa Regem per litteras suas, quod Episcopos, Abbates, electos, et omnes alios regni Scotiæ quos detinebat captivos in carcere, libere abire permitteret; et quod officiales suos de regno Scotiæ memorato revocaret, quos in præjudicium, et injuriam, et grave scandalum, fidelium populorum, et oppressionem justorum, in dicto regno statuerat et ordinaverat; ita quod acceptior et gratior fieret Deo, et favorem Apostolicæ Sedis in hoc sibi adquireret plenius. Et si in eodem regno Scotiæ, vel aliqua ejus parte, jus aliquod habere se assereret, per procuratores et nuncios suos, ad hoc specialiter constitutos, cum omnibus juribus et munimentis hujus-

[1] *positus* in orig.

modi negotium tangentibus, ad Sedem Apostolicam destinaret, super præmissis plenæ complementum justitiæ recepturus. A.D. 1301.

Littera Regis missa Papæ, declaratoria juris sui quod habet in dominium Scotiæ.

Letter sent by King Edward to the Pope, declaratory of his right to the kingdom of Scotland.

Rex Angliæ, litteris Apostolicis ex deliberato apud Lincolniam convocato Consilio, pro jure suo declarando, litteram hujus tenoris scripsit:—

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. New Rymer, I. pp. 932, 933.

"Sanctissimo in Christo patri, Domino Bonifacio, divina "providentia Sanctæ Romanæ et Universalis Ecclesiæ Summo "Pontifici, Edwardus, Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hi-"berniæ, Dux Aquitanniæ, salutem et devota pedum oscula "bonorum. Infra scripta, non in forma nec in figura judicii, "sed omnino extra judicium [1] proferenda, sanctæ paternitatis "vestræ conscientiæ vobis transmisimus exhibenda. Altissi-"mus, inspector cordium, vestræ scrinio memoriæ indelebili "stilo novit inscribi, quod antecessores et progenitores nostri, "Reges Angliæ, juris superioris et directi dominii, ab anti-"quissimis retro temporibus regno Scotiæ, et omnibus ipsius "Regibus, in temporalibus et annexis eisdem præfuerunt; et "ab eisdem pro regno Scotiæ, et ejusdem proceribus a quibus "habere volebant, legalia homagia receperunt, et fidelitatis "debita juramenta. Nos juris et dominii possessionem con-"tinuantes pro tempore nostro, eadem tam a Rege Scotiæ "recepimus quam a proceribus ipsius regni. Quinimmo tanta "juris et dominii prærogativa super regnum Scotiæ et ejus-"dem Regem gaudebant, [2] quod regnum ipsum suis fidelibus "conferebant. Reges etiam ex justis causis amovebant, et "constituebant sub se, loco ipsorum, alios regnaturos. Quæ "proculdubio [3] notoria fuisse et esse creduntur apud omnes, "licet aliud forsan paternis vestris auribus per pacis æmulos "et rebellionis filios fuerit falsa insinuatione suggestum; a "quorum machinosis et imaginariis figmentis, ut vestræ Sanc-"titatis oculus avertatur, suppliciter quæsumus, et paternam "clementiam et excellentiam devotis affectibus exoramus. "Sub temporibus Hely et Samuelis Prophetæ, vir quidam "strenuus et insignis, 'Brutus' nomine, de genere Trajanorum, "post excidium urbis Trojæ, cum multis nobilibus Trojanorum "applicuit in quandam insulam, tunc 'Albion' vocatam, et a

---

[1] *pro serenanda s.p. v. conscientia, vobis, etc.*, in Rymer.

[2] *ad regnum* in orig.; *ut et regnum* in the printed texts; *quod* in Rishanger.

[3] *notorio* in orig.

A.D. 1301. "gigantibus inhabitatam; quibus devictis sua potentia, et "occisis, eam de nomine suo 'Britanniam,' sociosque suos "'Britones,' appellavit. Postea regnum suum tribus [1] filiis "divisit. Lokrino, primogenito suo, dedit illam partem, quæ "quondam 'Loegria,' nunc vero 'Anglia,' nominatur. Alba-"nacto, secundo filio, dedit Albaniam, quæ nunc 'Scotia' "vocitatur. Cambro vero, tertio filio, dedit Cambriam, quæ "nunc 'Wallia' appellatur; reservata Locrino, seniori, regia "dignitate. Biennio post mortem Bruti, applicuit in Albania "Rex Hunorum, Humber nomine, qui Albanactum, fratrem "Locrini, peremit. Quem mox Locrinus persecutus est. "Humber vero fugiens, submersus est in flumine quod de "suo nomine vocatur 'Humber.' Et sic Albania devolvitur "ad Locrinum. [2] Ex post, Dunwallus, Rex Britonum, State-"rium Regem Scotiæ, sibi rebellem, occidit, et terram in "deditionem accepit. Item, duo filii Dunwallonis, scilicet Be-"linus et Brennius, inter se regnum patris sui diviserunt; ita "quod Belinus, senior, diadema insulæ, cum Britannia, Wallia, "et Cornubia, possedit. Brennius vero, sub eo regnaturus, "Scotiam accepit. Petebat enim Trojana consuetudo, ut dig-"nitas hæreditatis primogenito perveniret. Item, Arthurus, "Rex Britonum famosissimus, Scotiam sibi rebellem subjecit, "et fere totam gentem delevit; et postea quemdam, nomine "'Anguselum,' in regem Scotiæ præfecit. Et postea, cum "idem Rex Arthurus apud civitatem Legionum festum face-"ret celeberrimum, interfuerunt ibidem omnes Reges sibi "subjecti; inter quos Anguselus, Rex Scotiæ, servitium "pro regno suo exhibens debitum, gladium Regis Arthuri "detulit ante ipsum, et successive omnes Reges Scotiæ omni-"bus Regibus Britonum fuerunt subjecti. Succedentibus autem "Regibus Angliæ, in eadem insula ipsius monarchiam et "dominium obtinent consequenter. Edwardus, dictus 'Senior,' "filius Alfredi Regis Angliæ, Scotorum, Cumbrorum, et Streg-"wallorum Reges, tanquam superiori domino, subjectos habuit "et submissos. Adelstanus, Rex Angliæ, Constantinum Regem "Scotorum, sub se regnaturum constituit, dicens, 'gloriosius "'esse regem facere quam regem esse.' Et est dignum "memoria, quod idem Adelstanus, intercedente Sancto Jo-"hanne de Beverlaco, quondam Archiepiscopo Eboracensi, "Scotos rebellantes ei [3] devicit. Qui gratias Deo devote agens "exoravit, petens ut, interveniente Beato Johanne, ei aliquod "signum evidens ostenderetur, quo tam succedentes quam

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. New Rymer.

[1] *filiis suis* in the printed texts.
[2] *Postea* in the printed texts.
[3] *divicit* in the printed texts.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. New Rymer.

A.D. 1301.

"præsentes cognoscere possent Scotos Anglorum regno jure "subjugari. Et vidit quosdam scopulos juxta quendam locum "prope Dunbar, in Scotia, prominere, extractoque gladio de "vagina percussit in silicem. Qui lapis ad ictum gladii, "Dei virtute agente, ita cavatur ut mensura ulnæ in longi-"tudine possit coaptari. Et [1] hujus rei hactenus evidens signum "apparet, et in Beverlacensi ecclesia, in Legenda Beati Johan-"nis, quasi singulis hebdomadis, ad laudem et honorem Sancti "Johannis pro miraculo recitatur. Et de hoc extat celebris "memoria, tam in Anglia quam in Scotia, usque in præsentem "diem. Item, Constantinus, Rex Scotorum, et Eugenius, Rex "Cumbrorum, ad prædictum Regem Angliæ Adelstanum, post "aliquam [2] dissensionem inter eos habitam venientes, se cum suis "regnis eidem Adelstano dedidere. Cujus facti gratia, filium "Constantini ipse Adelstanus de sacro fonte suscepit. Item, "Edredo, Regi Angliæ, Scoti sine bello se subdiderunt, et "eidem Regi Edredo, tanquam domino, fidelitatem juraverunt; "quodam Irico Rege super eos constituto. Item cum [3] Eggarus, "Rex Angliæ, Regem Scotorum Kynadium, et Cumbrorum "Malcolinum, Regem Insularum, Malkerium, et alios quinque "[4] subregulos, videlicet Doneualdum, Syfolh, Hunewaldum, "Jacob, et Ruchill, subjugasset, et remigando per fluvium de "Dee juxta Cestriam, in quadam navi prope proram sedisset, et "navim ipsemet gubernasset, fertur ipse dixisse successores "suos posse gloriari se Reges Anglorum esse, cum tanta "honoris prærogativa fruerentur, quod subjectam haberent tot "regum potentiam. Post dictum Edgarum, successive reg-"naverunt Reges Angliæ, Sanctus Edwardus Martyr, Ethel-"redus, frater ejus, Edmundus dictus [5] 'Yrenside,' filius "Ethelredi, et Cnutus, qui eorum temporibus regnum Scotiæ "in sua subjectione pacifice tenuerunt. Hoc duntaxat excepto, "quod quintodecimo anno Cnuti prædicti, idem Cnutus Sco-"tiam rebellantem, expeditione illuc ducta, et Regem Scotiæ "Malcolinum, parvo subjecit negotio, subditusque est eidem "prædictus Malcolinus. Quibus Haraldus, filius Cnuti, et Harde-"cnutus frater ejus, unus post alium Reges Angliæ, succes-"serunt. Quibus sic regnantibus, subjectionem pacificam regni "Scotiæ habuerunt, Item, Sanctus Edwardus, Rex Angliæ, "regnum Scotiæ Malcolino, filio Regis Cumbrorum, dedit de "se tenendum. Item, Willelmus Bastardus, Rex Angliæ, a

---

1 Supplied in a later hand.
2 *dissencionem* in orig.
3 Sic in orig.; for *Edgarus.*
4 *subregulas* in orig.
5 *Ironsyde* in the printed texts; *Yrenside* in Rishanger, and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1301. "Malcolino Rege Scotiæ, tanquam a suo homine sibi subdito, "recepit homagium. Item, Willelmo Rufo, Regi Angliæ, "Malcolinus, Rex Scotorum, juramento fidelitatis subjectus "fuit. Item, prædictus Willelmus Duniwaldum de regno "Scotiæ ex justis causis amovit, et Duncanum, filium Mal- "colini, regno Scotiæ præfecit; et recepit ab eo fidelitatem et "juramentum. Dictoque Duncano dolose perempto, dictus Rex "præfatum [1] Donenaldum, qui iterum regnum Scotiæ in- "vaserat, amovit ab eodem, et Edgarum, filium dicti Malcolini, "Regem Scotiæ constituit, et eidem regnum illud donavit. "Cui successit [2] Alexander, frater Edgari, consensu Regis "Angliæ Henrici Primi, fratris dicti Regis Willelmi Rufi. "Item, Matildi Imperatrici, filiæ et hæredi Regis prædicti "Henrici, David, Rex Scotiæ, fecit homagium et fidelitatem. "Item, Regi Angliæ, Stephano, Henricus, filius dicti Regis "David, homagium fecit. Item, Rex Scotorum Willelmus, "pro regno Scotiæ, et David frater ejus, et Comites et "Barones regni Scotiæ, devenerunt homines Regis Henrici, "filii Regis Angliæ Henrici Secundi, in crastino coronationis "prædicti Henrici, filii Henrici Secundi, patre vivente; et "fidelitatem ei juraverunt contra omnes homines, salva fide- "litate debita patri viventi. Anno vero vicesimo regni "Regis Henrici prædicti Secundi, prædictus Willelmus, "Rex Scotiæ, rebellare incipiens, venit in Northumbriam "cum exercitu magno, et exercuit in populo stragem mag- "nam. Cui occurrentes milites Comitatus Eboracensis apud "Alnewik, ipsum ceperunt, et dicto Henrico, Regi Angliæ, "reddiderunt. Anno sequenti, quintodecimo Kalendas Maii, "idem Rex Willelmus permissus est libere abire. Postea "vero apud Eboracum, anno eodem, septimodecimo Kalendas "Septembris, idem Willelmus, Rex Scotorum, de consensu "Prælatorum, Comitum, et Baronum, et procerum, et aliorum "magnatum regni Scotiæ, domino suo Regi Angliæ, Henrico "filio Matildis Imperatricis, suis litteris patentibus, cavisse "noscitur, quod ipse, et hæredes et successores sui, Reges "Scotiæ, Episcopi, Abbates, Priores, Comites, et Barones, et "alii homines regni Scotiæ, de quibus Dominus Rex Henricus "habere voluerit, facient Domino Regi Angliæ homagium, "fidelitatem, et ligiamentum, et ut ligio domino suo contra "omnem hominem obedient. Et in signum subjectionis, capel- "lum suum, et [3] sellam, atque lanceam, super altare Beati Petri

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. New Rymer.

---

[1] *de* inserted by inadvertence.
[2] *Allexander* in orig.
[3] *cellam* in orig., and in the printed texts.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. New Rymer.

A.D. 1301.

" obtulit; quæ in eadem ecclesia usque in hodiernum diem " remanent et servantur. Item, Episcopi, Comites, et Barones, " dicti regni Scotiæ conventionaverunt, ut verbis utamur " hujusmodi conventionis, Domino Regi Angliæ, et Henrico " filio ejus, prædictis, quod si Rex Scotiæ aliquo casu a fide- " litate Regis Angliæ et conventione prædicta recederet, ipsi " cum Rege Angliæ tenebunt, sicut cum ligio domino suo, " contra Regem Scotiæ, quousque ad fidelitatem Regis Angliæ " redeat. Quam quidem Compositionem felicis recordationis " Gregorius Papa Quintus in diversis rescriptis, Regibus " Angliæ et Scotiæ directis, mandavit firmiter observari, con- " tinentibus etiam quod Willelmus et [1]Alexander, Reges " Scotiæ, Regibus Angliæ Henrico et Henrico, ligium, homa- " gium, et fidelitatem facerent, quæ tenentur successoribus " eorum, Comitibus et Baronibus regni ipsius, et successoribus " suis, exhibere. Et item, quod cum idem Rex Scotiæ homo " ligius sit ipsius Henrici Regis Angliæ, et eidem præstiterit " fidelitatis juramentum, ad quod se principaliter astringit, in " ipsius Regis et regni Angliæ detrimentum, nihil debeat " penitus attentare. Et Papa Clemens, scribens Regi Angliæ " pro Johanne Episcopo Sancti Andreæ, expulso ab episcopatu " suo per Regem Scotiæ, inter cætera rogabat quod Willel- " mum, Regem Scotiæ, moveret et induceret, et si necesse foret, " [2]districtione regali qua ei præeminebat, et de concessa suæ " regiæ [3]celsitudini potestate compelleret, ut dicto Episcopo " omnem rancorem remitteret, et episcopatum suum in pace " habere permitteret. Et præter Conventionem prædictam in " ecclesia Beati Petri Eboraci coram prædictis Regibus Angliæ " et Scotiæ, David fratre suo, et universo populo, Comitibus, " et Baronibus, milites de terra Regis Scotiæ juraverunt Regi " Angliæ, Henrico, et Henrico filio suo, et hæredibus eorum, " fidelitatem contra omnem hominem, sicut ligiis dominis suis. " Et idem Willelmus, Rex Scotiæ, ad mandatum Regis præ- " dicti, venit Norhamptoniam ad Parliamentum domini sui, " adducens secum omnes Episcopos, Abbates, et Priores, " totius regni sui. Venit etiam, ad ejusdem Regis mandatum, " in Normanniam. Et idem Willelmus Rex, post decessum " Regis Henrici, veniens Cantuariam, Regi Angliæ Ricardo, " filio et hæredi dicti Henrici, fecit homagium. Quo Ricardo " viam universæ carnis ingresso, sæpedictus Willelmus " Johanni, Regi Angliæ, fratri et hæredi dicti Ricardi, extra

---

[1] *Allexander* in orig.
[2] *distructione* in orig.
[3] *celcitudine* in orig.

A.D. 1301. "civitatem Lincolniæ, super quendam montem in conspectu "omnis populi, fecit homagium et juramentum fidelitatis super "crucem Cantuariæ Archiepiscopi Huberti; et eidem domino "suo per chartam suam concessit, quod [1] Alexandrum, filium "suum, sicut hominem ligium suum, maritaret; promittendo "firmiter in charta eadem, quod idem Willelmus, Rex Scotiæ, "et [2] Alexander, filius suus, Henrico filio Johannis, Regis "Angliæ, tanquam ligio domino suo, contra omnes mortales "fidem et fidelitatem tenerent. A quo quidem Willelmo, "Rege Scotiæ, postmodum pro eo quod desponderat filiam "suam Comiti Boloniæ, præter Regis Johannis, domini sui, "assensum, pro transgressione et temeraria præsumptione "hujus debitam satisfactionem suscepit. Item, [2] Alexander "Rex Scotiæ, sororius noster, Regi Angliæ Henrico, patri "nostro, pro regno Scotiæ, et postea nobis, fecit homagium. "Vacante deinde regno Scotiæ per mortem Alexandri, Regis "illius, et subsequenter per mortem Margaretæ, ejusdem "Scotiæ Reginæ et Dominæ, proneptis nostræ, Episcopi, "Abbates, Priores, Comites, et Barones, et cæteri nobiles ac "communitates totius regni Scotiæ, ad nos tanquam ad "defensionem ducem, aurigam, capitaneum, et dominum "capitalem, ejusdem regni sic vacantis, gratis et spontanea "voluntate accedentes, prout tenebantur de jure, jus nostrum, "progenitorum [3] nostrorum, ac possessionem superioris et "directi dominii in regno eodem, et ipsius regni subjectionem, "ex certa scientia pure, et simpliciter, et absolute, recogno-"verunt; et præstitis ab eis nobis, tanquam superiori et "directo domino Scotiæ, debitis et consuetis fidelitatis jura-"mentis, ac civitatibus, burgis, villis, castris, et cæteris "mansionibus ejusdem regni, in manu nostra traditis, ad "custodiam ejusdem regni certos de jure nostro regio "officiales et ministros deputavimus, quibus ipsi tempore "vacationis hujus concorditer fuerant obedientes, et inten-"dentes regiis nostris præceptis et mandatis. Postmodum "autem, diversæ personæ super successione in dictum "regnum Scotiæ jure hæreditario inter se contendentes, "ad nos, tanquam ad superiorem dominum regni Scotiæ, "accesserunt; petentes super successione regni prædicti sibi "per nos exhiberi justitiæ complementum, volentes, et ex-"presse consentientes coram nobis, tanquam coram superiori "et directo domino, in omnibus ordinandis stare et obtemperare.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. New Rymer.

---

[1] *Allexandrum* in orig.
[2] *Allexander* in orig.

[3] *et antecessorum nostrorum* in the printed texts, and in Rishanger.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. New Rymer.

A.D. 1301.

" Ac demum sententialiter propositis et sufficienter auditis, " rimatis, examinatis, et diligenter intellectis, partium juribus, " finaliter in præsentia omnium prælatorum et nobilium, quasi " totius regni Scotiæ, et de voluntate et assensu expresse " eorundem, procedentes, Johannem de Balliolo debite præfe- " cimus in Regem Scotorum; quem tunc in successione " ejusdem regni hæredis jura invenimus haberi potiora. Qui " quidem Prælati, Comites, et Barones, ac cæteri regni ipsius " incolæ, sententiam nostram acceptaverunt, approbaverunt, " et ipsum Johannem de mandato nostro virtute hujus judicii " in Regem suum admiserunt. Ac idem Johannes, Rex Scotiæ, " pro regno suo prædicto nobis homagium debitum et con- " suetum fecit, et fidelitatis juramentum præstitit, et ex tunc " [1][tam] in Parliamentis quam Consiliis nostris tanquam sub- " ditus noster, sicut alii de regno nostro, interfuit, et nostris, " tanquam domini sui superioris, beneplacitis et mandatis in " omnibus obediens et intendens extitit, [2]quousque idem Johan- " nes Rex Scotiæ, et Prælati, Comites, et Barones, nobiles, " communitates, et cæteri incolæ majores ejusdem regni, [3]ex " præconcepta malitia, et prælocuta ac præordinata proditione " communicato consilio, cum tunc inimicis nostris capitalibus, " et notoriis, amicitias copularunt, ac pactiones, conspirationes, " et conjurationes, in exhæredationem nostram et hæredum " nostrorum, ac regni nostri, contra debitum homagium, in " crimen læsæ majestatis nequiter incidendo, fidelitatis jura- " mentum inierunt cum eisdem. Verum cum præmissa relatio " et fama publica ad aures nostras advenissent, volentes " futuris periculis præcavere, quæ ex hiis et aliis possent " nobis, regno nostro, et regni nostri incolis, verisimiliter " provenire, pro assecuratione regni nostri accessimus ad confi- " nium regni nostri utriusque, pluries mandantes eidem " Johanni, tunc Regi Scotiæ, ut ad certa loca in confinio " prædicto ad nos accederet, super præmissis, et aliis, assecu- " rationis statum, tranquillitatem, et pacem regni utriusque " contingentibus, tractaturus. Qui, spretis mandatis nostris, " in sua persistens perfidia, ad bellicos apparatus, cum Epi- " scopis, Prælatis, Comitibus, et Baronibus regni Scotiæ, ac " etiam aliis exteris conductitiis contra nos, regnum nostrum, " et regni nostri incolas, hostiliter se convertens accinxit, et " ad hostiles aggressus et [4]incursus procedens regnum nostrum

---

[1] Omitted in orig.; supplied from the printed texts.

[2] *donec* in the printed texts.

[3] *et* in orig.; corrected from the printed texts.

[4] *ingressus* in the printed texts.

A.D. 1301. "invasit, et quasdam villas regni nostri Angliæ per se et "suos deprædatus est, easque vastavit incendio, homines "nostros interfecit, et nonnullis nautis nostris per eos per-"emptis, naves hominum nostrorum regni Angliæ comburi "fecit, et e vestigio aggredi. [1]Denegatisque nobis homagio "et fidelitate, tam pro se quam pro aliis quibuscunque regni "sui incolis, per litteras ejusdem Regis verba offensionum "exprimentes, et inter alia verba diffidationis continentes, "Comitatus nostros Northumbriæ, Cumbriæ, et Westmerlandiæ, "regni nostri Angliæ, congregato exercitu ingenti, hostiliter "per se et suos invasit, stragem innumeram hominum nos-"trorum, incendia monasteriorum, ecclesiarum, et villarum, "inhumane perpetrando, et patriam undique depopulando. "Infantes [2]incunabilis, mulieres in [3]puerperio decubantes, "gladio trucidarunt, et, quod auditu horrendum est, a non-"nullis mulieribus mamillas atrociter absciderunt, parvos "clericulos, primam tonsuram habentes et grammaticam ad-"discentes, ad numerum circiter ducentorum, in scholis "existentes, obstructis ostiis scholarum, igne supposito crema-"verunt. Nos quoque cernentes tot damna, opprobria, facinora, "et injurias, in exhæredationem nostram, et destructionem "populi nostri, proditionaliter irrogari, nec valentes ratione "juramenti, quo ad conservationem jurium coronæ regni "sumus astricti, præmissa facinora ulterius concelare, [4]nec "nostra relinquere [5]indefensata, [6][cum] [7]per leges ipsum "Johannem tunc Regem Scotiæ, gentemque suam nobis subdi-"tam, justificare non possemus, nec ipsum regnum Scotiæ, quod "a longissimis temporibus, sicut superius exprimitur, nobis et "progenitoribus nostris feodale extitit, [8]nec in causis præ- Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. New Rymer.

---

[1] *Redditusque* in orig.; by inadvertence.

[2] Apparently written *incunabitl* in orig.

[3] *purperio* in orig.

[4] *nec jura nostra* in the printed texts, and in Rymer.

[5] *indefensatum* in orig.

[6] Supplied from Rishanger.

[7] The reading in the original, in Rishanger, and Bibl. Reg. 13 E. ix. here varies from that given in the printed texts and in Rymer, as follows:—"*indefensata, cum idem "Johannes Rex, et gens Scotorum, et "nostri subditi per leges se justi-"ficari minime permisissent, ipso "regno Scotiæ, quod a longissimis "retro temporibus, sicut superius "exprimitur, nobis et progenitoribus "nostris feodale extitit, ex causis præ-"missis nobis commisso deinde bello, "juxta leges et consuetudines regni "nostri contra eos, de consilio proce-"rum et magnatum nostrorum, indicto, "contra Dominum Johannem et gen-"tem Scotorum vires potentiæ nostræ "extendimus.*" The reading in the text corresponds, with one slight variation, with that given by Hemingburgh.

[8] Inserted by inadvertence.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. New Rymer.

"missis contra dictum Johannem et gentem Scotorum vires A.D. 1301.
"potentiæ nostræ extendimus, prout de jure [1] nostro licuit, et
"processimus contra ipsos tanquam hostes nostros et pro-
"ditores. Subjecto itaque regno Scotiæ, et jure proprietatis
"nostræ ditioni subacto, præfatus Johannes, quondam Rex
"Scotiæ, ipsum regnum Scotiæ, quatenus de facto tenuit,
"sponte, pure, et absolute reddidit in manum nostram,
"proditiones et scelera memorata coram nobis et proceribus
"nostris, publice recognoscens. Quo peracto, præfati Comites
"et Barones, nobiles et communitates regni Scotiæ, quos ad
"pacem nostram regiam suscepimus, consequenter homagia
"et fidelitates nobis, tanquam immediato domino ac proprio
"ejusdem regni Scotiæ, nobis fecerunt et præstiterunt, ac
"etiam redditis nobis ejusdem regni civitatibus, villis, castris,
"munitionibus, ac cæteris locis omnibus ad dictum regnum
"spectantibus, officiales nostros et ministros ad regimen ejus-
"dem regni Scotiæ præfecimus jure nostro. Cumque jure
"pleni dominii in possessione ejusdem regni existere dinos-
"camur, non possumus, nec debemus, quin insolentiam sub-
"ditorum nostrorum rebellium, si quos invenerimus, præemi-
"nentia regia, prout expedire viderimus, reprimamus. Quia
"vero ex præmissis et aliis constat evidenter, et notorium
"existit, quod prælibatum regnum Scotiæ, tam ratione pos-
"sessionis quam proprietatis, ad nos pertinet pleno jure,
"nec quicquam fecerimus vel caverimus, scripto vel facto,
"sicuti nec possemus, per quæ juri ac possessioni prædictis
"debeat aliqualiter derogari, Sanctitati vestræ humiliter sup-
"plicamus, quatenus præmissa provida meditatione pensantes,
"ex illis vestrum motum animi dignemini informare, sugges-
"tionibus contrariis æmulorum in hac parte nequaquam fidem
"adhibendo, quinimmo statum nostrum et jura nostra regia
"supradicta habere velitis, si placet, promptis affectionibus
"commendata."

Quantum vero ad hoc quod Papa petivit, quod si Rex Angliæ jus haberet in regno Scotiæ, vel in aliqua ejus parte, procuratores et instructos mitteret, et fieret eis justitiæ complementum, Rex per se noluit respondere; sed hoc commisit Comitibus aliisque terræ proceribus; qui super hoc Domino Papæ hujus tenoris litteras rescripserunt:—

[1] *nostræ* in orig.; *nobis* in the printed texts, in Rishanger, and in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[1] *Littera Communitatis Angliæ Domino Papæ.*

A.D. 1301.

Letter addressed to the Pope in behalf of the people of England; in reference to the King's claim to the crown of Scotland.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

"Sancta Romana [2]jure Ecclesia, per cujus ministerium fides "Catholica in suis actibus, cum ea, ut firmiter credimus "et tenemus, maturitate procedit, quod nulli præjudicare, sed "singulorum jura conservari velit illæsa. Sane convocato "nuper per serenissimum dominum nostrum, Edwardum, Dei "gratia Regem Angliæ illustrem, Parliamento apud Lin-"colniam generali, idem dominus noster quasdam litteras "Apostolicas, quas super certis negotiis conditionem et statum "regni ex vestra parte receperat, in medio exhiberi ac seriose "nobis fecit exponi. Quibus auditis et diligentius intellectis, "tam sensibus admiranda, quam hactenus inaudita, in eis audivi-"mus contineri. Scimus enim, Pater sanctissime, et notorium "est in partibus nostris, ac nonnullis aliis non ignotum, quod a "prima institutione regni Angliæ Reges ejusdem regni, tam "temporibus Britonum quam Anglorum, superius et directum "dominum regni Scotiæ habuerunt in possessione, vel capitanei "superioritatis et recti dominii ipsius Scotiæ successivis tem-"poribus extiterunt; nec ullis temporibus ipsum regnum in "temporalibus pertinuit, vel pertinet, quovis jure ad Ecclesiam "supradictam. Quinimmo idem regnum Scotiæ progenitoribus "dicti Regis, nostris Regibus Angliæ, atque sibi feodale, ex-"titit ab antiquo. Nec etiam Reges Scotorum et regnum "aliis quam Regibus Angliæ subfuerunt, vel subjici consue-"verunt, neque Reges Angliæ super juribus suis in regno "prædicto, aut aliis suis temporalibus coram aliquo judice "ecclesiastico vel sæculari, ex præeminentia status sui regiæ "dignitatis et consuetudinis cunctis temporibus irrefragabiliter "observatæ, responderunt, aut respondere debebant. Unde, "habito tractatu et deliberatione diligenti super contentis in "[3]litteris vestris memoratis, communis, concors, et unanimis "omnium nostrum et singulorum consensus fuit, et erit in-"concusse, Deo propitio, in futurum; quod præfatus domi-"nus noster Rex super juribus regni Scotiæ, aut aliis suis "temporalibus, nullatenus respondeat judicialiter coram vobis, "nec judicium subeat quoquo modo, aut jura sua prædicta in

---

[1] Also given in Hemingburgh (or Hemingford), II. pp. 209-213, (ed. Hamilton,) and Matthew of Westminster, p. 443 (ed. 1601).

[2] An error for *mater*, as in Hemingburgh; *jure* in Rishanger and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix., and in the printed texts.

[3] Inserted in a later hand, the word *his* being elided.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

"dubium quæstionis deducat, nec ad vestram præsentiam A.D. 1300, 1302.
"procuratores aut nuncios ad hoc mittat; præcipue cum præ-
"missa cederent manifeste in exhæredationem juris coronæ
"regni Angliæ et regiæ dignitatis, ac subversionem status
"ejusdem regni notoriam, necnon in præjudicium libertatis,
"consuetudinum, et legum paternarum, ad quarum observa-
"tionem et defensionem ex debito præstiti juramenti astringi-
"mur, et quæ manutenebimus toto posse, et totis viribus
"cum Dei auxilio defendemus. Nec etiam permittimus, aut
"aliqualiter permittemus, sicut non possumus nec debemus,
"præmissa tam insolita, indebita, præjudicialia, et alias in-
"audita, prælibatum dominum nostrum Regem, etiam si vellet,
"facere seu modo quolibet attentare. Quocirca, Sanctitati ves-
"træ reverenter et humiliter supplicamus quatenus eundem
"dominum nostrum Regem, qui inter alios principes orbis
"terræ Catholicum se exhibet, et Romanæ Ecclesiæ devotum,
"jura sua, libertates, et consuetudines, et leges prædictas,
"absque diminutione et inquietudine pacifice possidere, ac
"illibata persistere, benignius permittatis."[1]

Edward proceeds to Scotland, and winters there.

In festo Pentecostes, finitis treugis quæ cum Scotis initæ fuerant, Rex contra festum Sancti Johannis Baptistæ in Scotiam proficiscitur exercitu adunato. Dumque in Scotia hyemaret, sui multos equos magnos perdiderunt, ob defectum foragii tempore frigoris hyemalis.

Transiit annus iste frugum nec opulentus nec omnino inops; Papæ Curiæque Romanæ, propter discordiam motam inter Papam et Regem Franciæ, malorum inchoativus, inquietudinis concitativus, scandali generativus; Anglis, nec omnino martius, nec omninò quietùs; Scotis, suspiciosus, turbidus, et inquietus; inimicis Crucis Christi, Sarracenis videlicet, lugubris et molestus.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13. E. ix.

Makes a truce with the Scots, and returns to England. A Parliament at London.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo tertio, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, tricesimus, fuit idem Rex ad Natale in Scotia, in loco qui dicitur "Linsinco," cum exercitus manu potenti; sed ad instantiam Regis Francorum, cujus nuper sororem duxerat, Scotis treugas usque ad festum Omnium Sanctorum concessit: ordinatisque rebus Scotiæ, reversus est in Angliam, et circa mediam Quadragesimam Parliamentum Londoniis convocavit.

Pope Boniface

Eodem tempore Papa Bonifacius per litteras suas Regem

[1] The date and place are given in Hemingburgh,—"*Datæ apud* "*Lincolnium* xii. *die Februarii, anno* "*Domini* MCCC." In Matthew of Westminster, the time is merely mentioned as "*annò Domini* 1301."

A.D. 1302. Anglorum interpellavit, ut Regi Francorum guerram com- Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.
attempts to establish peace, but in vain. moveret; ad quod faciendum, ingens subsidium pollicetur; sed Rex Angliæ alias Domini Papæ erga se affectum [1] expertus infidum, rem distulit, si possibile foret recuperare per viam aliam sua malens.

Defeat of the French by the Flemings, at Courtrai. Sub hiis diebus, in Flandria, burgenses Gallicorum exactionibus injustis nimis oppressi, Jacobum Sancti Pauli, qui apud eos locum regis tenebat, expulerunt de villa; plurimis in hoc tumultu Gallicis interfectis. Vocaverunt proinde in dominum et defensorem suum Guidonem Comitem Namurcii, filium Comitis Flandrensis, in custodia adhuc detenti. Guido vero, cum numerosa multitudine bellatorum adveniens, auxit Flandrensium animos plurimum contra Gallos. Interea, Robertus, Comes Attrabatensis, cum exercitu maximo missus in Flandriam, inter [2] Tortunacum et Brugas tentoria sua fixit. Contra quem Flandrenses egressi, omnes fere pedites, prœlium gravissimum conseruerunt cum Gallicis. Succumbentibus ergo Gallicis, Comites Attrabatensis, Augi, et Albemarle, viri nobiles, Godefridus Ducis Brabantiæ germanus, cum filio suo, filius Comitis Hanoniæ, Radulphus de Nigella, Constabularius Franciæ, cum fratre suo Guidone, Marescallo, Reginaldus de [3] Tria miles [4] emeritus, Camerarius de Tancrevilla, Petrus Flote Regis Francorum consiliarius præcipuus, [5] exactionum prædictarum [6] [auctor] maximus, Jacobus Sancti Pauli, in hoc prœlio ceciderunt occisi. Aliorum vero militum minoris gradus, scutiferorumque et peditum, interfecta est maxima multitudo. Comites vero Sancti Pauli et Boloniæ, Lodewicus Comitis Claremontensis filius, cum aliis pluribus fugientes, reliquerunt Flandrensibus spolia infinita.

Transactions between the French prelates and the Pope. Per id temporis, prælati Franciæ, missis ad Papam tribus Episcopis, de non veniendo ad diem citationis præfixum se per eosdem excusarunt. Papa vero, prælatis Franciæ non comparentibus, misit in Franciam Johannem [7] Monachi Presbyterum Cardinalem; qui convocatis prælatis Parisius, secretum consilium habuit cum eisdem.

The King of France returns from Eodem anno, Philippus Rex Franciæ, maximo coadunato

[1] *expertum* in the printed texts.

[2] *Cortunacum* in Rishanger. Tournay is meant.

[3] *Tā* in orig.

[4] Such is the reading in the text, and in Rishanger and Bibl. Reg. 13 E. ix.; but probably that in Trivet, "*miles, Emericus Camerarius de, etc.*," is the correct one.

[5] *et exactionum* in the printed texts.

[6] Supplied from Rishanger and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. It is not found in the original, or in the printed texts.

[7] *Monachum* in the printed texts.

A.D. 1302, 1303.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

exercitu, cum juxta civitatem Attrabatensem toto mense Septembri mansisset, licet hostes de propinquo diutius eum expectassent, nihil agendo, Parisius reversus est inglorius.

Artois to Paris.

Post festum Omnium Sanctorum, elapsis treugis cum Scotis, Rex Angliæ Johannem de Segrave, militem nobilem, cum exercitu misit in Scotiam, committens ei ejusdem terræ custodiam.

Edward sends an army into Scotland.

Hiis diebus, cives Burdegalenses, dominium Gallicorum non ferentes, illos de civitate sua contra Natale Domini expulerunt.

The French expelled from Bordeaux.

Transit annus iste mediocriter frugifer et fructifer; consequenter Gallicis infamis et notabilis, propter infortunia et res bellicas male gestas; Anglis honorabilis et confortabilis; Scotis odibilis, detestabilis, et invisus.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo quarto, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, tricesimus primus, tenuit Rex Natale, apud Westmonasterium, Londoniis.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Quo anno, Scoti cœperunt rebellare contra Regem Angliæ, duce et capitaneo constituto Willelmo Walcys, qui eos ad seditionem commoverat. Propter quod, Rex coadunato ingressus exercitu, prætermisso castro de Strivelyno, quod contra eum munitum fuerat, totam terram pervagatur, nemine apertæ pugnæ sibi copiam faciente.

Rebellion of the Scots, under William Wallace.

Eodem tempore Rex Francorum, ob detentionem Wasconiæ injustam, timens sibi a Rege Angliæ, per Dominum Papam ad hoc instigato, guerram parari, ut ejus amicitiam sibi compararet, quicquid Wasconiæ in manu sua tenebat, eidem sponte gratisque restituit, prout videbatur ignorantibus veritatem. Tunc etiam et Burdegalia Regi Angliæ sponte se subjecit.

Gascoigne restored to the King of England.

Philippus, filius Comitis Flandriæ, coadunatis multis Teutoniæ stipendiariis, ingressus Franciam, castrum Sancti Audomari obsedit; sed cum nihil proficeret, discedens urbem Morinorum incendit. Philippus, Francorum Rex, versus Flandriam progressus cum exercitu, acceptis treugis, inglorius est reversus.

Truce between the Flemings and the King of France.

Guido, Comes Flandriæ, et filius ejus Robertus, a custodia per Regem Franciæ soluti, ut Flandrenses ad pacem reducerent, in Flandriam transmittuntur. Sed cum nihil proficerent, fidelitate servata debita, ad loca suæ pristinæ custodiæ revertuntur. Eo tempore, Willelmus filius Comitis Hanoniæ, Johannis, et Guydo Trajectensis Episcopus, ejusdem Willelmi patruus, contra Flandrenses qui maximam partem [1] Flandriæ

Further transactions in Flanders.

---

[1] *Selandiæ* in Trivet.

A.D. 1303. occupaverant, prœliantes succumbunt, capto Episcopo, sed Willelmo per fugam elapso. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Transactions in Scotland.

Hoc anno, circa principium Quadragesimæ, Scoti latentes in insidiis Johannem de Segrave, cum paucis armatis transeuntem, juxta castrum quod dicitur "Puellarum" subito invaserunt; peremptisque hinc inde nonnullis, Scoti, prævalentes multitudine, ceperunt aliquos milites Anglicos, inter quos et ipsum Johannem, [1] aliorum capitaneum, graviter vulneratum; sed supervenientes milites alii de exercitu Anglicorum, ipsum Johannem, a suis ereptum custodibus, abduxerunt. Dum fieret iste conflictus, miles quidam nobilis, Robertus de Nevyle, Missarum audiens solemnia—erat nempe Dominica prima Quadragesimæ,—quæ gesta fuerant penitus ignorabat. Post [2] Missa vero egressus, cum audisset a redeuntibus Scotos in Anglicos prævalere, illuc cum suis armatis properans multos peremit multosque fugavit, et captivos aliquos reduxit. Nec de hiis qui Missæ cum eo intererant, quisquam captus fuit aut graviter vulneratus; sed nec corruit unus solus.

Prowess of Robert de Nevyle.

Submission of the Scots to the King of England.

Rex Angliæ, [3] [audita] rebellione Scotorum, apud Rokesburgiam in Scotia ex edicto publico in festo [4] Pentecosten exercitum adunavit; progrediensque parvis dietis totam terram usque Catenesiam, quæ est in ultimis Scotiæ finibus, perlustravit, nemine aperti prœlii copiam faciente. Videntes itaque Scoti se non posse resistere, missis nunciis petiverunt humiliter a Rege ad pacem suam recipi; et ut permitteret eis, dato pretio, ab hiis quibus per eum collatæ erant, redimerent terras suas. Adquievit Rex eorum precibus, et rediens castrum de Stryvelyn, quod Scoti occupaverant et contra Regem defendebant, cujus expugnatio in progrediendo gratis erat omissa, per suos obsedit. Ipse vero non longo a loco eodem, apud Dunfermelyn, hyemavit.

Appeal of the King of France against Pope Boniface VIII.

Hoc anno, circa festum Sancti Johannis Baptistæ, milites quidam in præsentia cleri et populi Parisius congregati, Papæ Bonifacio multa imposuerunt enormia, puta hæresim, simoniam, et homicidia; propter quæ, per Regem Franciæ appellatum est contra eum, ad illum cujus interest, donec convocato Consilio se a criminibus purgaret objectis.

Insurrection against

Circa festum Nativitatis Beatæ Virginis, videlicet in

---

[1] *Anglorum capitaneum* in the printed texts; *aliorum capitaneum* in Rishanger and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] *missam*, in the printed texts, in Rishanger, and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] Omitted in orig., and in the printed texts.

[4] *Pentecostes* in the printed texts.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1303. Pope Boniface by the Cardinals Colonna and others.

Vigilia Nativitatis ejusdem, venit summo mane magnus exercitus hominum armatorum, missus ex parte Regis Franciæ et Cardinalium Columpnensium damnatorum, repente ad portum civitatis [1] Anagniæ, in quam Papa confugerat pro tutela, quia ibidem natus fuerat. Invenientes igitur portas apertas, ingressi sunt civitatem et mox dederunt insultum palatiis Domini Papæ, et Marchionis nepotis Papæ, et trium Cardinalium. Communitas vero villæ, comperto quod Scaira, frater [2] Columpniensium Cardinalium, et Willelmus de [3] Longareto, Senescallus Regis Franciæ, advenissent ea conspiratione, ut Papam deponerent vel necarent, statim pulsata communi campana, et tractatu habito, in communi elegerunt sibi capitaneum quendam Adnulphum, unum ex majoribus dominis de Campana, per quem instanti negotio regerentur. Qui quidem Adnulphus, illis ignorantibus, Domini Papæ extitit capitalis inimicus. Interim Domini Papæ adversarii ejus palatio, et Marchionis nepotis sui, triumque Cardinalium, acerrimos dederunt insultus. Sed familiaribus Domini Papæ et Marchionis viriliter se defendentibus, illorum palatia invadere nequiverunt. Trium tamen Cardinalium palatia, qui reputabantur specialiter amici Papæ, per vim et potentiam sunt ingressi; et omnia bona ibidem reperta diripuerunt et asportaverunt. Ipsi vero Cardinales a tergo per latrinam vix evaserunt. Interea supervenit Dominus Adnulphus, villæ capitaneus, adducens secum Dominum Reginaldum de Supine, qui habuit in Campania magnum dominium, et erat Papæ capitalis adversarius; cum quo etiam venerunt filii Domini Johannis de Chitan, quorum patrem Papa tunc in carcere detinebat. Cumque dictus capitaneus, cum suis sociis supradictis, venisset ad Schairam de Columpna, et ejus exercitum, statim cum omni populo quem ducebat, conjunxit se eidem; et communibus votis irruerunt tantum in Papam et nepotem suum, quod diu, ut putabatur, eis resistere non valerent. Ob quam causam Dominus Papa, timens sibi, treugas petiit a Schaira, [4] [quas] sibi concessit, et nepoti suo, usque ad horam nonam dicti diei; quæ videlicet treugæ captæ fuerant hora prima. Durante treuga, Papa misit secrete ad populum Anagniæ, supplicans ut salvarent vitam suam, promittens quod si hoc facerent, quod ipsos in tantum locupletaret, quod omnes suo perpetuo merito gaudere deberent. Populus vero se excu-

---

[1] *Anagum* in the printed texts.

[2] *Columpnienciam* in orig.

[3] *Negareto* in Rishanger, but *Longareto* in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. *Nogaret* is the name meant.

[4] Omitted in orig.; supplied from the printed texts, Rishanger, and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1303. savit, dicens se nil posse juvare in hac parte, præsertim cum tota potestas villæ capitaneum sequeretur. Tunc Papa supplicavit Scairæ, ut significaret articulos, in quibus fuerat injuriatum sibi et suis fratribus; et ipse paratus esset, secundum consilium Cardinalium, facere [1] emendas sibi. Schaira vero respondit, quod non permitteret Papam vivere, nisi duos Cardinales, fratres suos, plene restitueret, scilicet Petrum et Jacobum de Columpna, quos prius damnaverat, ad temporalia et spiritualia; et non solum illos restitueret, sed et omnes de eorum sanguine vel parentela. Et quod idem Papa, post hujusmodi restitutionem, renunciaret Papatui; et quod postmodum corpus ejus esset ad voluntatem ipsius Schairæ. Hiis auditis, ingemuit Papa, et ait: "Heu me! durus est hic sermo;" cumque concordare non possent, et advenisset hora diei nona, iterum Schaira cum exercitu dedit insultum Papæ et nepoti suo; at ipsi se viriliter defendebant. Tandem videntes adversarii quod principalis ecclesia [2] Anagniæ, quæ erat de Sancta Maria, esset eis impedimento quominus poterant [3] attingere pro votis [4] ad palatium Papæ, apposuerunt ignem ad ostium ecclesiæ supradictæ. Itaque valvis ecclesiæ combustis totaliter, ingressi sunt ecclesiam homines Schairæ; et despoliaverunt omnes clericos, et laicos mercenarios, habentes cultellos ibidem et alia mercimonia ad vendendum; ita quod non dimiserunt valorem quadrantis ex omnibus quæ apprehendere potuerunt. Tandem Marchio, nepos Papæ, perpendens quod se ulterius non [5] posset defendere, reddidit se dicto Scairæ et capitaneo memorato; ea conditione, ut vitam ipsius et filii sui salvarent, servientiumque suorum. Quibus auditis, Papa flevit amare. Post hæc, ruptis ostiis et fenestris palatii Papæ [6] et plura loca, ac igne imposito, per vim ad Papam exercitus est ingressus. [7] Qui tunc per multos verbis contumeliosis [8] est aggressus; minæ etiam ei a pluribus sunt illatæ. Sed Papa nulli respondit. Enimvero, cum ad rationem positus esset, an vellet renunciare Papatui, constanter respondit, "non," immo, citius vellet perdere caput suum, dicens in suo vulgari; "*Et* "*le col, et le cape;*" quod est dicere, "Ecce collum,

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

---

[1] *restitutionem* in the printed texts; *emendas* in Rishanger and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] *Anagum* in the printed texts.

[3] *accingere* in the printed texts; *attingere* in Rishanger.

[4] *ad* omitted in the printed texts.

[5] *posse* in orig.; corrected from the printed texts.

[6] *per plura loca, ac igne imposito* in Rishanger; *et pluribus locis igne imposito* in the printed texts.

[7] *Quem tunc permulti* in the printed texts.

[8] *sunt agressi* in the printed texts.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

"ecce caput." Et statim protestatus est [1] coram omnibus, quod Papatui nunquam renunciaret, quamdiu posset habere vitam. Schaira vero voluit libenter interfecisse Papam, sed per quosdam fuit prohibitus; ita quod Papa malum in corpore non recepit. Attamen ostiariis Papæ fugatis, et quibusdam interfectis, ejectisque tam majoribus quam minoribus de sua familia, deputati sunt custodes Papæ, per Schairam et capitaneum, Dominus Reginaldus de Suppine, et multi alii cum eodem. Acta sunt hæc in Vigilia Nativitatis Sanctæ Mariæ, septima hora diei. A.D. 1303.

Exercitus vero, postquam irrupit palatium, mox despoliavit Papam, et ejus cameram atque thesauriam suam; et asportavit vestimenta cum ornamentis, et aurum atque argentum, cum omnibus aliis rebus inventis ibidem. Et revera creditur, quod omnes reges mundi non possent tantum de thesauro reddere infra unum annum, quantum fuit de papali palatio asportatum, et de palatiis trium Cardinalium et Marchionis. Remansit autem Papa et nepotes sui sub custodia militum et custodum Schairæ, usque in diem tertiam. Medio tempore, Schaira tractavit cum suis, quomodo Papam morti traderet, vel mitteret ad Regem Franciæ corpus ejus. Sed populus [2] Anagniæ hoc comperiens, facta convocatione secreta, ignorantibus capitaneo et Schaira, quasi ad decem millia hominum, concurrunt ad palatium ubi Papa servabatur in custodia, et expulsis atque peremptis custodibus, ingressi sunt, et deliberaverunt Papam et nepotes ejus, habituri eorum custodiam penes se.

Maltreatment of Pope Boniface.

Sed ante hæc omnia sciendum, quod cum primo Schaira et capitaneus, cum Senescallo Regis Franciæ, comprehendissent Papam, in equum posuerunt effrenem, ad caudam versa facie, et sic discurrere fere usque ad novissimum [3] halitum coegerunt, et tandem pene fame necaverunt; donec eum populus [4] Anagniæ, ut præmittitur, liberasset. Scaira vero, propter id offensis villæ communibus, cum exercitu de villa recessit. Tunc populus fecit Papam deportari in magnam plateam, ubi Papa lacrimando populo prædicavit; inter omnia gratias agens Deo et populo [4] Anagniæ de vita sua. Tandem in fine sermonis dixit, "Boni homines et mulieres, constat vobis qualiter ini-"mici mei venerunt et abstulerunt omnia bona mea, et non "tantum mea, sed et omnia bona Ecclesiæ; et me ita paupe-"rem sicut Job fuerat, dimiserunt. Propter quod dico vobis

---

[1] Supplied in a later hand for *quorum*, originally written by inadvertence.

[2] *Anagum* in the printed texts.

[3] *alitum* in orig.

[4] *Anagum* in the printed texts.

A.D. 1303. "veraciter, quod nihil habeo ad comedendum vel bibendum, "et jejunus remansi usque ad præsens. Et si sit aliqua "bona mulier quæ me velit de sua juvare eleemosyna in pane "vel vino, et si vinum non habuerit, de aqua permodica, dabo "ei benedictionem Dei et meam; et omnes qui quicquam "portaverint, quantulumcunque modicum, in meam subven-"tionem, absolvo ab omnibus peccatis suis." Tunc omnes hæc audientes ex ore Papæ, clamabant, "Vivas, Pater Sancte." Et mox cerneres mulieres currere certatim ad palatium ad offerendum sibi panem, vinum, vel aquam, in tantum quod statim camera Papæ victualibus repleta fuit. Et cum non invenirentur vasa ad capiendum allata, fundebant vinum et aquam in area cameræ Papæ in maxima quantitate. Et tunc potuit quisque ingredi, et cum Papa loqui, sicut cum alio paupere, qui volebat. Tunc Papa exiens, absolvit omnes existentes in civitate ab omnibus peccatis eorum generaliter, præter despoliatores Ecclesiæ Romanæ. Spoliatores etiam Cardinalium et aliorum de Curia non absolvebat, nisi bona hujusmodi infra triduum reportarent. Veruntamen Papa remisit expresse omnibus qui bona sua asportaverant, dum tamen illa bona de thesauro Ecclesiæ non fuerunt; et statim protestatus est coram omnibus, quod voluit habere pacem cum Columpniensibus Cardinalibus et suis aliis inimicis, et paratus erat ipsos restituere ad temporalia et spiritualia Cardinales; et hoc fecit proclamari per villam. Interea reportata fuerunt bona illius quædam, sed non omnia, prius ablata. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Hiis itaque gestis, Papa subito et inopinate recessit de villa [1] Anagniæ, progrediens versus Romam cum maxima multitudine armatorum. Et cum pervenisset ad Sanctum Petrum, ex timore quem conceperat quando captus fuit, et mœrore rerum inæstimabilium perditarum, et fame quam contraxerat sub custodia adversariorum suorum, cito defecit; et sic completa est in eo prophetia prædecessoris sui, qui dixit, "Ascendisti ut vulpes, "regnabis ut leo, morieris ut canis." Death of Pope Boniface.

Successit ei, a Cardinalibus mox electus, Benedictus Undecimus, Lumbardus natione, quem Papa Bonifacius de Ordine Fratrum Prædicatorum, cujus Magister erat, assumptum fecerat Episcopum Ostiensem. De isto Benedicto quidam sic ait:— Succession of Benedict XI.

"A re nomen habe, benedic, benefac, Benedicte,
"Aut rem perverte, maledic, malefac, Maledicte."

Columpnienses, mortuo Papa Bonifacio, de suis egressi lati- The Cardinals

[1] *Anagum* in the printed texts.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

bulis, ad Papam Benedictum venerunt, misericordiam implorantes. Quos ille benigne suscipiens absolvit, ac bonorum suorum tribuit facultatem. Sed eos ad gradum Cardinalatus tam subito restituere non decrevit.

A.D. 1303, 1304. Colonna pardoned.

Papa Benedictus, per hoc tempus, Fratrem Nicholaum de Prato, Episcopum Spoletanum, ad Cardinalatum assumens, fecit Episcopum Ostiensem; Fratrem etiam Willelmum de Makelesfeld, Doctorem Sacræ Theologiæ, Ordinis Prædicatorum, natione Anglicum, Diœcesis Coventrensis, Tituli Sanctæ Sabinæ fecit Presbyterum Cardinalem. Qui, antequam ad eum rumor perveniret, in fata concessit. Cujus morte cognita, Papa Fratrem Walterum Wynterbourne, similiter Ordinis Prædicatorum, Regis Angliæ Confessorem, Saresburiensis Diœcesis, ad eundem titulum Cardinalatus promovit.

Promotions by Pope Benedict.

Transit annis iste durus divitibus, pauperibus penuriosus; Papæ Curiæque Romanæ probrosus, propter malam captionem Papæ, incarcerationem, et mortem consequenter. Sed tamen in hoc etiam consolari potuit, quia nullus eorum qui ejus captioni interfuit, vel facinori tanto consenserit, judicium ultionis evasit. Nam quidam insanabili acti sunt furia, quidam, et præcipue qui manus injecerunt Christi Vicario, manus proprias comederunt. Regis etiam Franciæ consanguinitas et cognatio tacta est usque in [1] genu septimum igne sacro.

The kindred of the King of France afflicted with erysipelas.

Annus iste commoditate famosus fuit Flandrensibus, et Francis infamis; Scotis durus; Anglicis inquietus.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo quinto, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, tricesimus secundus, tenuit eidem Rex Natale apud Dunfermelyn in Scotia; cui interfuit [2] exercitus Anglicanus. Transacta hyeme, Rex ad obsidionem castri de Strivelyn accedens personaliter, diversis præparatis machinis, illud fortius impugnavit. Qui vero custodiebant castrum, illud fortiter defendentes, cum machinis suis plurimos occiderunt. Die quadam, cum Rex castrum considerando obequitaret, ac quodam loco infra jactum balistarum obequitando appropinquaret, jaculum quoddam, de castro emissum superiori, ejus armaturæ affixum est sine ulla corporis læsione. In quod extractum Rex expuens, conversa ad castrum facie, alta voce ei qui illud emiserat, jaculum ostendendo, suspendium minabatur. Castellani videntes obsidionem super se gravari, obtulerunt castrum Regi, salvis vita et membris,

Transactions in Scotland.

Siege of Stirling Castle.

[1] In the printed texts, this word is given as *generationem*; and has the appearance of having been altered in the original.

[2] Omitted in the printed texts; probably by inadvertence.

A.D. 1304. ac postea simpliciter se in ejus gratia posuerunt. Sed neutro modo voluit Rex eos admittere; sed tantum in ea forma, ut puro et simpliciter se dederent regiæ voluntati. Quod licet eis primo difficile videretur, tamen cum fossata conspicerent terra impleri, et lapidibus, scalasque ad transcensionem murorum, qui assiduis ictibus petrarum conquassabantur, parari, tandem in die Beatæ Margaretæ Virginis castrum reddentes, se Regis placito subdiderunt. Quorum capitaneum, Willelmum Olifardi, militem admodum strenuum et cordatum, ad Turrim Londoniarum, reliquos vero ad alia castra diversa, transmisit, carceribus mancipandos.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

And surrender.

The Justiciars return to London from York.

Edwardus Rex, subacta ad votum Scotia, commissaque ejus custodia Johanni de Segrave, in Angliam est reversus. Cumque venisset Eboracum, jussit sessionem Justiciariorum, qui dicuntur "de Banco," et Scaccarium, quæ jam septennio [1]manserant Eboraci, Londonias, ad antiquum locum, transferri.

John de Warenne marries the King's grand-daughter.

Eo anno obiit Johannes de Warenna, Comes Surreyæ et Southsexiæ; cui successit nepos ejus, ex filio, "Johannes" nomine, uxorem accipiens neptem Regis, [2]ex filia Alienora, quam duxit Comes Barrensis.

Traylbaston established.

Hoc anno ordinati sunt Justiciarii qui de malefactoribus diligenter inquirerent, quantum ad [3]certos articulos; et juxta demerita punirent inventos. Hii Justiciarii vocati sunt hominibus popularibus [4]"Traybastone," quod sonat "Trahe baculum."

The King of France absolved from sentence of excommunication.

Papa Benedictus, per idem tempus considerans pium esse etiam ovem errantem, licet invitum, perducere ad ovile, Regem Francorum, non petentem, a sententia excommunicationis, per prædecessorem suum lata in eum, absolvit.

The Cistercians molested by the King of France.

Per idem tempus, Rex Franciæ, offensus Abbati Cisterciensi, quia in appellationem contra Papam Bonifacium non consenserat, omnia monasteria ejusdem Ordinis, in regno Franciæ constituta, plurimum molestavit; propter quod, Abbas ultro regimini Ordinis sui cessit.

Successes of the King of France against the Flemings.

Rex Franciæ, Philippus, hoc anno in manu valida copias fudit Flandrensium; inter quas cecidit Willelmus de Juliariis, qui [5]earum capitaneus fuerat constitutus. Et non multo post, reddiderunt se Regi Francorum duæ villæ nobiles Insulaci [6][et] Duacum.

---

[1] *manserat* in the printed texts.

[2] *et* in orig., and the printed texts; corrected from Rishanger, MS. Bibl. Reg. 13 E. ix., and Trivet.

[3] *cæteros* in the printed texts.

[4] *Traylebastoun* in Rishanger, MS. Bibl. Reg. 13 E. ix., and Trivet.

[5] *eorum* in the printed texts.

[6] Omitted in orig.; supplied from the printed texts.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Hoc anno, die Nonarum Julii, moritur Papa Benedictus Perusii. Post cujus obitum, cum Cardinales in electione Summi Pontificis dissiderent, a civibus, secundum Constitutionem Gregorii Decimi, includuntur.

A.D. 1304. Death of Pope Benedict XI.

Transit annus iste, frugum vel fructuum fertilitate nec inops nec abundus; Romanis lugubris propter [1] dissensionem Cardinalium in electione Papæ; Francis et Anglicis propter subactos adversarios gloriosus; Scotis et Flandrensibus nimis odibilis propter Regibus datam victoriam de eisdem.

Captio et mors Willelmi Waleys.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo sexto, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, tricesimus tertius, fuit idem Rex ad Natale Londoniis, cum Regina multisque proceribus regni sui.

A.D. 1305.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Hoc anno, Willelmus Waleys, qui Scotiam frequenter commoverat, per milites Regis in Scotia captus est, et Londonias usque [2] ductus; ubi judicialiter condemnatus, trahitur, suspenditur, et ultimo decollatur. Cujus caput Londoniis in loco eminenti figitur super palum, corpus vero in Scotiam transmissum est in quartas, quæ, ad aliorum terrorem, in diversis urbibus suspenduntur. Hic ex infima gente procreatus, processu temporis factus est vir sagittarius, illius artis peritia quæritans victum suum. Cumque semel et secundo suam fortitudinem pariter et audaciam expertus fuisset, altiora appetens, petivit a Scotis licentiam ut posset Anglicos infestare, promittens se totam Angliam conquisiturum, et Scotos victores usque Londonias producturum. Scotis vero cito sibi consentientibus, et ipsum eorum ducem constituentibus, militiæ donatus est cingulo a quodam Comite regionis illius. Inde cœpit pervagari provincias usque Northumbriam, maximum tumultum concitando, villas et agros depopulando, prædas agendo, et magnam partem patriæ incendio devastando. Videntes ergo Scoti viam suam prosperari, confluebant ad eum in multitudine vix [3] innumerabili; non solum juvenes, sed etiam ipsi senes, ita ut in brevi tantum conflarit exercitum quanto nullus princeps, juxta Scotorum opinionem, resistere prævaleret. Igitur de tanta multitudine gloriabundus, concepit audaciam

Capture and execution of William Wallace.

---

[1] *dissencionem* in orig.

[2] *dictus* in orig.; corrected from the printed texts.

[3] *numerabili* in the printed texts; *innumerabili* in Rishanger.

A.D. 1305, 1306. præsumptibilem dominum suum, Regem Angliæ, inquietandi; sed quæ merces pro demeritis sibi provenerit, superius satis claret. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Clement V. elected Pope. Circa dies istos, Bertrandus Burdegalensis Archiepiscopus, natione Vasco, in Papam est electus. [1]"Clemens Quintus" dictus est. Qui mense Octobri Lugduno, convenientibus illuc Cardinalibus, Regeque Francorum, Philippo, suam præsentiam exhibente, Papali diademate coronatur. Qui dum coronatus ad ecclesiam Beati Martini equitando duceretur, murus quidam a latere, in quem multi, spectaturi quæ gerebantur, ascenderant, corruens multos oppressit: inter quos erat Dux Britanniæ, vir senex et discretione insignis. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Accident at his coronation.

An English Cardinal. Idem Papa, ante Natale unam ordinationem faciens, creavit duodecim Cardinales; inter quos, de Ordine Fratrum Prædicatorum Frater Thomas de [2]Jozy, Doctor Sacræ Theologiæ, natione Anglicus, Tituli Sanctæ Sabinæ factus est Presbyter Cardinalis.

The Flemings expelled from England by Edward. Hoc anno, misit Rex Franciæ ad Regem Angliæ, rogans eum ut Flandrenses ab Anglia expelleret, sicut ipse, ad suam instantiam, Scotos a Francia ejecerat paulo ante; cujus Rex precibus adquiescens, Flandrenses omnes de Anglia exbannavit.

Transit annus iste, fructum faciens, frugesque producens; Francis et Anglicis otiosus; Flandrensibus odibilis, atque Scotis.

Hoc anno, Antonius, Dunelmensis Episcopus, donante Papa Clemente, fit Patriarcha Ierosolomitanus.

Robert Bruce slays John Comyn. Anno gratiæ millesimo trecentesimo septimo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, tricesimus quartus, tenuit Rex Natale Londoniis. Circa quod tempus, videlicet quarto Kalendas Februarii, Robertus de Brus, aspirans ad regnum Scotiæ, nobilem virum Johannem Comyn, quia suæ proditiosæ factioni assentire noluit, apud villam de Dunfres, in cujus castro Justiciarii Regis Angliæ tunc sedebant, in ecclesia Fratrum Minorum sacrilegus interfecit. In festo vero Annunciationis Beatæ Virginis, in Abbathia Canonicorum Regularium de Scone se fecit in Regem solemniter coronari. Uxor Comitis de Bowan a marito suo tunc furtive discessit, omnes equos ejus magnos secum adducens, et properans usque Scone, ut diadema imponeret [3]capiti novi Regis; quia frater ejus, Comes de Fyf, ad quem jure hæreditario spectat hoc officium, tunc absens in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Bruce crowned King of Scotland.

[1] *et Clemens* in the printed texts.

[2] *Jozi* in the printed texts; *Jort* in Rishanger; *Jozy* in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.; *Jorz* in Trivet.

[3] *capti* in orig.; corrected from the printed texts.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1306.

Anglia morabatur. Hanc autem Comitissam, eodem anno captam ab Anglicis, cum quidam perimere voluissent, non permisit Rex: sed in domuncula quadam lignea super murum castri Berewyci posita est, ut possent eam conspicere transeuntes.

The Countess of Buchan kept in a wooden cage.

In festo Pentecostes, Edwardus, filius Regis Angliæ, cum numerosa societate juvenum nobilium Londoniis a patre militaribus armis cinctus est. Qui exinde, cum tironum multitudine, Scotiam continuatis dietis contendit, ad reprimendum conatus Roberti de Brus, invasoris regiæ dignitatis; præcesserant vero eum Aymericus de Valentiis, Comes Penbrochiæ, Robertus de Clifforde, et Henricus de Percy, missi a Rege cum manu armata, ad novis motibus resistendum. Ipse vero Rex, lento gradu secutus, convocaverat exercitum, quem apud Karliolum jussit esse paratum in quindena Sancti Johannis Baptistæ, in occursum filii sui, cum eodem ulterius progressurum. Interim, Robertus de Brus, circumiens terram et homagia multorum recipiens, coadunato exercitu copioso, appropinquavit villæ Sancti Johannis, in cujus præsidium nuper advenerat Aymericus de Valentiis supradictus. Equites autem Scotorum omnes lineis super arma sua, ne discernerentur, induti erant; ex jussu principis sui novi. Misit ergo Robertus de Brus, invitans Aymericum ad congressum. Qui respondit, quod cum eo non die illo, sed in crastino dimicaret. [1] Igitur, subtrahente se Roberto, cum suis, ad spatium unius milliarii, et reficere se volente, appropinquante hora vespertina, Aymericus cum suis armatis egreditur, et subito superveniens Scotos, multos interemit inermes. Cui cum aliquantulum Robertus, cæterique qui se cum celeritate armaverant, restitissent, tandem, prævalentibus Anglicis, fugere sunt coacti. Quos insecutus Aymericus cum suis usque in insulam de Kentyr, castrum illius loci, putans Robertum se recepisse in eo, obsedit. Expugnato tamen castro, non eum invenit, quia fugerat ad extremas insulas regionis; sed uxorem ac fratrem suum, Nigellum, ibi cepit, cum quibusdam aliis; quos omnes usque Berewicum fecit deduci. Non multo post, captus est Comes de Athel, qui de castro fugerat antedicto. Circa festum Sancti Michaelis reversus est Robertus de Brus usque Keyntyr, et Henrico de Percy in propinquo existenti superveniens, quosdam de familia ejus

Edward, Prince of Wales, is knighted, and proceeds to Scotland.

Transactions there.

Trivet, p. 410. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

---

[1] At this word the Cottonian MS. of Rishanger's Chronicle, Faustina B. ix., ends abruptly, fol. 144.

A.D. 1306. occidit, equosque dextrarios et alia spolia multa cepit: ipsumque Henricum in castro loci ejusdem obsedit, quousque robore exercitus a Rege misso obsidionem dimittere cogeretur. Interea, Rex apud Lanercoste, juxta Karleolum, commorans, misit Berewicum Justiciarios; quorum judicio Nigellus de Brus, et qui cum eo capti fuerunt, tracti sunt et suspensi, et ultimo decollati: uxorem vero Roberti de Brus Rex transmisit in Angliam, jubens eam juxta statum suum decenter tractari. Comitem vero de Athel, jam secundo contra fidelitatem suam Regi rebellantem, misit Londonias, ubi ad tempus tentus sub custodia, tandem proditionis suæ meritas pœnas luit. Post hæc captum est castrum de Lochdor, in quo inventus est Christoforus de [1]Scotun, sororius Roberti de Brus; quem, cum non Scotus esset, sed Anglicus, jussit Rex deduci usque Dunfres, ubi quemdam militem de parte Regis occiderat; ibique judicium subire coactus, tractus et suspensus est, et ultimo decollatus: uxorem vero Christofori, et filiam Roberti de Brus, in diversis monialium monasteriis collocavit. [2]Episcopos vero Glascuensem et Sancti Andreæ, Abbatemque de Scone, cum eodem anno capti essent, misit in Angliam ad diversa castra, sub custodia detinendos.

Trivet, p. 410. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Pope Clement removes his Court from Lyons to Bordeaux. The Primacy of Guienne removed from Bourges to Bordeaux.

Hoc anno, Clemens Papa Curiam transtulit de Lugduno in Burdegalam; ubi Episcopum Pictavensem, qui sibi, dum Archiepiscopus fuerat, adversabatur, a pontificali deposuit dignitate. Primatum etiam Aquitaniæ de Bituricensi transtulit ad ecclesiam Burdegalénsem.

Trivet, p. 407. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Accusation and suspension of the Archbishop of Canterbury.

Edward absolved from his oath to the nobles.

Per idem tempus, Rex Angliæ Robertum Cantuariensem apud Dominum Papam accusavit, super eo quod pacem regni sui perturbavit, sibique rebellantes defendit et fovit. Propter quæ vocatus est [3]Archiepiscopus ad Curiam, et ab executione officii suspensus, quousque de sibi impositis legitime se purgaret; obtinuitque Rex a Domino Papa absolutionem a juramento, quod invitus [4]præstaverat super observantia libertatum alias a Comitibus et Baronibus exactarum; usus consuetudine et cautela paterna, qui quotiens instabat necessitas, de facili jurare voluit se satisfacturum votis suorum; et eadem facilitate voluit resilire, quotiens sibi tempus commodior arrideret, prætendens semper Papalem absolutionem a præstito juramento.

Matthew of Westminster, p. 454 (ed. 1601). MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

---

[1] *Setone* in Trivet and Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] *Episcopus* in orig.; by inadvertence.

[3] Inserted in a later hand. It occurs in the printed texts; but not in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[4] Altered in a later hand to *præstiterat*, as in the printed texts.

Trivet, p. 411. Matthew of Westminster, p. 457. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1306.

The King of France proposes to burn the bones of Pope Boniface.

[1]Rex Franciæ per hoc tempus petiit per suos nuncios a Domino Papa ossa prædecessoris sui Bonifacii, ad comburendum, tanquam heretici, instantia importuna. Petiit etiam Sanctorum [2]Catalogo ascribi Fratrem Petrum de Murrone, qui quondam [3]fuerit Papa dictus "Cœlestinus Quintus."

Piers Gaveston banished.

Hoc anno, Rex Angliæ Petrum de Gaverstone, apud se [4]diversis accusatum, regnum Angliæ [5]abjurare coegit.

Rishanger. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Liberation of the imprisoned monks of Westminster.

[6]Ad Annunciationem Dominicam aderat Rex Edwardus cum magnatibus apud Westmonasterium, [7]acturus Deo gratias et Beato Edwardo, pro triumpho de Scotis potito: compassusque super injusta [8]carceratione monachorum Westmonasteriensium, jussit mox fieri liberationem ipsorum; sed superabundante perversorum judicum malitia, prolongantium iniquitatem suam, ultra præceptum Regis retinuerunt per octo dies monachos in prisona. Quo audito, præcepit Rex Justiciariis, ut, omissis cæteris curis, incarcerati monachi eorum Abbati continuo redderentur.

Matthew of Westminster, p. 457. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The heresy of Doncinus, the Venetian.

Eodem anno, quidam hæreticus apostata surrexit in Venetia, nomine [9]"Doncinus," qui plurima contra fidem prædicavit, et, inter cætera, finem mundi infra triennium nunc instare fallaciter, ut veraciter, prædicavit; qui multos sibi congregavit. Asseruit etiam hominem quemvis cum quavis muliere commiscere non esse peccatum, et mulierem renuentem cujusque hominis amplexum, dignam ignibus concremari; qui [10]non diu post, die Cœnæ captus, ignibus est combustus.

He is burnt.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Transit annus iste, similis multis annis præcedentibus in frugum fructuumque procreatione; qui non solum nescie-

---

[1] Here occur in the original some words, which in reality are a rubric of the manuscript from which the extract is taken—"*Petitio Regis* "*Franciæ, a (et) prima utlegatio* "*Petri de Gaverston.*" This rubric is found in Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] *Cathalogo* in orig.

[3] *fuit* in the printed texts.

[4] *a diversis* in the printed texts.

[5] *objurare* in orig.

[6] Taken from the pages of Rishanger previous to that in which his History abruptly ends.

[7] A blank space is left in Rishanger (Faustina B. ix. f. 143 a.) where these six words occur in Walsingham; they are found also in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[8] Who had been imprisoned on a charge of robbing the royal treasury. This circumstance has been previously noticed by Rishanger and in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.; but Walsingham has omitted it.

[9] *Dolcinus*, or *Dunsinus*, in Matthew of Westminster.

[10] *non ita multo post captus et ignibus est combustus*, in the printed texts. The reading in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. agrees with that in the original.

A.D. 1307. bant abundare, sed nec ad [1] satietatem omnium fructum ferre: fuit etiam quietus Gallicis, sed inquietus Anglicis atque Scotis.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo octavo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Primi, tricesimus quintus et ultimus, fuit idem Rex ad Natale apud Karleolum, cum magna multitudine populi Anglicani. In Octabis Sancti Hillarii Rex Parliamentum habuit Karleoli, in quo per majores graves depositæ sunt querimoniæ de oppressionibus ecclesiarum et monasteriorum multiplicibus, et extortionibus pecuniarum per Clericum Domini Papæ, Magistrum Willelmum Testa, noviter in regno [2] inductum. Præceptumque est eidem clerico, de assensu Comitum et Baronum, ne de cætero talia exequatur. Ordinatum fuit etiam, quod [3] præ remedio super hiis obtinendo, ad Dominum Papam nuncii mitterentur. In eodem Parliamento edita sunt Statuta quædam, religiosos tangentia, qui domos suas principales in alio regno habebant.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Trivet, p. 411. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Parliament at Carlisle.

Measures taken against the rapacity of the Pope's Clerk.

Ad istud Parliamentum venit transmissus per Dominum Papam Cardinalis quidam, "Petrus Hispanus" dictus, pro matrimonio inter filium Regis Angliæ et filiam Regis Franciæ, secundum quod a Papa Bonifacio, tanquam mediatore pacis, ordinatum fuerat, consummando. Cui per Regem responsum est, paratum se fore implere quæ ordinata sunt, dummodo Rex Francorum velit ex parte sua quæ ad ipsum pertinent adimplere. Dederat enim Rex Franciæ, dum Wasconiam tenuerat, castrum quod "Malileonis" dicitur, cuidam militi, qui illud adhuc detinebat, nec ad mandatum Regis Franciæ illud curabat restituere; ob quam causam fertur illud matrimonium hactenus fuisse dilatum. Rediit itaque Cardinalis Londonias, ubi super hiis certitudinem expectaret.

Proposition for the marriage of Prince Edward with a daughter of the King of France.

Trivet, p. 412. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Interim, Robertus de Brus, terram circumiens, multos sibi rebelles peremit, misitque cum parte exercitus duos fratres suos, Thomam militem, et Alexandrum clericum, ad aliam partem terræ, ut homines terræ ad se allicerent blanditiis atque minis. [4] Quibus Anglicis supervenientibus, capti sunt, et ducti ad Justiciarios; ac condemnati, primo tracti, ac postea sunt suspensi.

Capture and execution of two brothers of Robert Bruce.

Tempore hujus Regis, Fratres qui dicuntur "Minores," seu, quod latius publicatur, et nequius comprobatur, "totius "Ecclesiæ exploratores," ad illicita legis suæ aspirantes,

Exactions practised on the Friars Minors by the Pope.

Matthew Westm. p. 433. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

---

[1] *societatem* in orig.; corrected from the printed texts.

[2] *inductus* in orig.

[3] *pro* in the printed texts, and in Trivet; *præ* in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Matthew of Westminster, p. 433. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1307.

obtulerunt Summo Pontifici [1] quadraginta millia de florenis aureis, et pecuniam multam nimis, pro terris, prædiis, redditibusque, licite obtinendis. Quibus Papa, "Ubi est," inquit, "illa vestra pecunia?" At illi dixerunt, "in manibus mercatorum," Et datis Fratribus induciis trium dierum responsionis habendæ, absolutis mercatoribus a depositi custodia, præcepit Papa, sub interminatione anathematis, pecuniam ipsam ejus necessitatibus custodiri. Responditque Fratribus, regulam Sancti Francisci [2] canonizatam se nolle sensu aliquo violare, nec Fratres ab ea aliquando declinare, sed secundum eam degere semper debere. Sicque factum est, ut quod injustius adquisierant, æquissime amiserunt.

[3] Eodem anno, ventus vehemens et damnosus prostravit arbores, ædificia, et campanilia multa, in regno Angliæ per diversa loca.

Matthew of Westminster, pp. 432–3. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Transactions in Syria.

[4] Ejus quoque tempore, Rex Tartarorum, et Rex Armeniæ, et Rex Georgianorum, congregato exercitu, qui fuerunt decies centena millia, et quadraginta millia in equis, invocato contra Sarracenos Christi adjutorio, dimicarunt. Et cæsa sunt ex Saracenis apud Halapiam, Alachemala, [5] Gararam, et Damascum, plusquam ducenta et quadraginta millia, in ultionem sanguinis Christianorum [6] effusi apud Accon, Tripolim, et cætera loca sancta. Horum Tartarorum conversionis, ut fertur, extitit ista causa:—Frater magni Regis Tartarorum [7] Cassiani, cum esset Paganus, adamavit filiam Regis Armeniæ Christianam; quam a patre petiit in conjugem sibi dari. Rex autem Armeniæ noluit adquiescere, nisi fieret Christianus. At ille, prævalens viribus et potentia, sibi intulit minas belli. Tandem Rex, accepto consilio, quod meliores sunt nuptiæ quam pugnæ, annuit postulatis. Deinde suscitata prole masculini sexus inter eos, inventus est hispidus et pilosus velut ursus. Quo patri oblato, dixit non esse suum, quemque jussit statim igne cremari; mater vero contradicens petiit sibi dari infantem, quo accepto, jussit eum baptizari; et statim post trinam immersionem in sacro fonte, cecidit omnis villositas de infante, et apparuit lenis et pulcherrimus puerorum. Hoc viso, credidit pater et domus tota.

A miracle.

Trivet, pp. 412, 3.

Transactions in Scotland.

Post Pascha, Robertus de Brus, aucto jam suo exercitu,

---

[1] *quadringenta* in Matt. Westm., and in Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] *canonizatum* in orig.

[3] A.D. 1299, according to Matthew of Westminster.

[4] S. A. 1299, as given in the *Flores Hist.* of Matthew of Westminster.

[5] *et Gararam* in the printed texts.

[6] *effeusi* in orig.

[7] *Cassiam* in the printed texts.

A.D. 1307. congressus cum Aymero de Valentiis, ipsum compulit in fugam; paucis de hiis qui erant cum eo peremptis. Infra triduum etiam sequens, fugavit Comitem Gloverniæ; multisque hinc inde occisis, ipsum obsedit in castro de Are; [1] quousque per exercitum, a Rege missum, fuit obsidio dissoluta. Extunc autem, insequentibus eum Anglicis, fugit ad loca palustria et nemorosa, in quibus latibula quæritantem comprehendere minime potuerunt. Matthew of Westminster, p. 458. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Translation of King Sebert at Westminster. Hoc anno, cum placeret Fratribus de Westmonasterio transferre Sebertum Regem de veteri ecclesia in suam novam basilicam, (qui primo de Regibus Anglorum ibidem, in honore Sancti Petri, Apostolorum Principis, fundavit ecclesiam), et cum devotionis ardore ejus aperuissent [2] sarcophagum, invenerunt manum ejus dexteram integram in carne, cute, unguibus, et ossibus compactis, usque ad medium brachii; qui jacuerat ibi per annos circiter septingentos. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Summons to meet at Carlisle. Tunc Rex Edwardus, missis per Angliam nunciis, præcepit sub gravi pœna, ut omnes qui ei debebant servitium, parati essent apud Karleolum [3] in tres septimanas post festum Sancti Johannis Baptistæ. Trivet, p. 413 Matthew of Westminster, p. 458. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Final sickness of King Edward; and advice given by him to his son. Interea Rex grandævus vexari cœpit [4] dysenteria; et quia jam desperabat de vita diuturna, misit ad filium, ut maturaret audire patris extrema colloquia. Quem, inter cætera, misericordem fore monebat, et justum et affabilem universis, constantem in dictis et factis, familiarem bonis, et præcipue miseris misericordiam impertiri. Deinde præcepit, ne post mortem suam festinaret ad coronam Angliæ suscipiendam, donec paternas injurias in Scotos honorifice vindicasset; sed moraretur in partibus, et assumeret secum ossa paterna in aliquo vaso reclusa; quæ secum faceret deportari, donec totam Scotiam pervagasset, et omnes superasset adversarios, vel cepisset, "Quoniam," inquit, "nullus te poterit superare, dum ossa mea "tecum feceris deportari." Præcepit etiam ut fratres suos, Thomam et Edmundum, diligeret et foveret; quorum uni, Thomæ videlicet, dederat [5] Comitatum Cornubiæ, Edmundo vero Comitatum Marescalli. Præterea, monuit ut matrem suam, Margaretam Reginam, tanquam bonus filius coleret et amaret. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

---

[1] *quosque* (by inadvertence, probably) in Parker's text.

[2] *sepulchrum* in the printed texts.

[3] *infra* in the printed texts, and in Trivet; *in* in Matt. Westm.

[4] *dissenteria* in orig.

[5] This assertion is incorrect; as will be seen stated in the succeeding reign, Thomas de Brotherton, and not Edmund, was made Earl Marshal; and that, not till after the death of Edward I.; whose youngest son, Edmund, was created Earl of Kent in 1321.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Jussit etiam, sub interminatione maledictionis suæ, ne Petrum A.D. 1307. de Gaverstone, communi decreto exiliatum, sine communi favore præsumeret revocare. Intimavit ei quoque, quod crucem susceptisset pro negotio Terræ Sanctæ, quam proposuit personaliter readivisse; sed turbatus per molitiones Roberti de Brus novas et varias, impeditus fuit a proposito, ex bellum in Scotiam transferre coactus est, omisso negotio memorato: "Triginta"—inquit "—et duo millia librarum argenti præparavi ad exhibendum "[1] septies viginti milites honorifice in Terra Sancta, cum "sua familia, quia mihi non datur votum perficere in persona "propria, qui cor meum illuc deferent et reponent. Quod "cum secum deportaverint, spero in Deo meo, omnia illis "[2] prospere successura. Præcipio," ait, "igitur districte, sub "pœna maledictionis paternæ, ne dicta pecunia in alios usus "expendatur."

Sed filius Regis, patre defuncto, nihil horum complere voluit; sed werras Scotiæ mox deseruit, et regnare festinavit. Petrum de Gaverstone, contra suorum voluntatem procerum, revocavit; quem militem mox creavit, et totam pecuniam quam pater ordinaverat ad succursum Terræ Sanctæ prodigaliter sibi donavit. Qui proinde in tantam superbiam est evectus, ut despiceret terræ magnates, publice vocando Thomam Lancastriæ Comitem, "histrionem," Eymerum de Valentia Penbrochiæ Comitem, "Joseph Judæum," eo quod pallidus esset et longus. Comitem Warwichiæ Gwidonem, eo quod fuscus esset, appellavit "[3] de Arderina Nigrum "Canem;" sicque lacessivit insolentiis regni nobiles, donec privatus capite, docuit suo miserabili fine nobiles milites non lacessendos. Sed hæc in sequentibus videbit lector plenius suo loco. Ultimate disregard of that advice.

[4] *Ultiones variæ quæ contigerunt Edwardo, pro contemptu monitionum paternarum.*

Edwardus vero, quia patris neglexit monita, infeliciter regnavit; postea [5] jugiter ipsum et Barones suscitata discordia, continua perseverante karistia, et præcipue tribus Misfortunes that befel Edward in

[1] *species vigintes*, in orig., by inadvertence: *septies viginti* in the printed texts.

[2] *prospera* in the printed texts.

[3] *D. de*, in the printed texts: meaning probably *Dominum*:—"his "Lordship the Black Dog," etc.

[4] This title has been inserted in Walsingham as part of the text, through an error committed in copying from his original, probably MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[5] *jugi inter* in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1307. consequence thereof.

annis, quibus incolæ moriebantur pro panis inopia, et jumenta pestilentia perierunt. Et quod plus, nescio utrum verecundandum aut formidandum est, quondam Scoti subditi toto suo tempore in bellis mortalibus, in cunctis pene conflictibus ex Anglicis ubique victoriam reportarunt, tantumque metum incusserunt eis, ut viginti non auderent congressum expectare trium Scotorum. Ipse autem Rex turpiter a Scotis victus est circa septimum annum regni sui; nobilesque multi perempti sunt ab eisdem. Ad [1]consilium etiam miseriarum, semper ducebatur malo consilio, donec, efferatus in tyrannidem, Thomam Lankastriæ Comitem, et plures ex suis naturalibus, peremisset. Tandem post infelicem regni, non dicimus "gubernationem," sed potius "devastationem," turpiter regno dejectus, a suis inhumaniter est peremptus. Hæc omnia, cunctorum opinione, sibi [2]contingentibus, quia jussa patris sprevit et maledictionem vetuli parvipendit; quæ cuncta in sequentibus plenius enarrantur. Sed nunc ad materiam revertamur. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Prince Edward is sent by his father to marry the daughter of the King of France.

Cum Rex Edwardus præmissis monitis, ut præfertur, filium instruxisset, et de sua postrema voluntate plenius docuisset, misit eum in Angliam, ut secundum ea quæ a Rege audiret Franciæ, proficisceretur ad connubium cum ejusdem filia contrahendum. Pro qua causa parum ante in Angliam missus fuerat quidam Cardinalis, dictus "Petrus Hispanus," ut pacta nuptialia confirmaret. Trivet, p. 413. Matthew of Westminster, p. 458. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Death of King Edward I. 7 July, 1307.

Post decessum filii cœpit Rex, prout ante, vexari dysenteria; movit nihilominus de Karleolo, quinto Nonas Junii, parvis dietis versus Scotiam proficiscens. Pridie vero Nonas [3]Julii venit ad Burgum super Sandes; ubi, invalescente morbo, die crastina, scilicet feria sexta, præsenti vitæ valefaciens, dies suos in bono, et annos suos in [4]Angliam, consummavit.

His wives and issue.

Regnavit autem annis triginta quatuor, mensibus septem, diebus viginti uno; complevitque ætatis suæ annos sexaginta octo et dies viginti. Duxit autem Rex iste nobilis duos uxores nobiles; primo, videlicet, Alienoram sororem Regis Hispaniæ, vivente patre suo Henrico, illustri Rege Angliæ; de qua [5]quatuor filios generavit, Johannem primogenitum, Henricum, Alfonsum, et Edwardum, qui sibi successit in regno; et quinque Continuation of Trivet, p. 1 (ed. Hall). MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

---

[1] An error for *cumulum*; as in MS. Bibl. Reg 13 E. ix.

[2] Sic in orig.

[3] *Junii* in the printed texts.

[4] *gloria* in Matthew of Westminster and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[5] The printed Continuation of Trivet says only three, and omits the name of Henry.

filias; Alienoram scilicet, quam Dominus Willelmus, Comes de Bares, cepit in uxorem; Johannamque de Acres, quæ data est Gilberto de Clare, Comiti Gloucestriæ, in uxorem; quæ post decessum Comitis quendam bachalarium, nomine "Dominum "Radulphum de Monhermer," accepit in maritum, inconsulto patre; Margaretam, quæ [1]desponsata fuit Domino Johanni, Duci Brabantiæ; Mariamque, quæ habitum Sanctimonialem accepit apud Ambresbire; et Elizabet, quam Comes Holandiæ duxit [2]uxorem; quo mortuo, Dominus Humfridus de Boun, Comes Herefordiæ, duxit eandem. Secundo duxit Rex præfatus in conjugem Margaretam, sororem Philippi, Regis Franciæ; de qua genuit duos filios, Thomam dictum "de Brothertone," et Edmundum, et unam filiam nomine "Margaretam." A.D. 1307.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Trivet, p. 1. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Hæc idcirco dignum duxi scribere, ne posteris lateat generatio tanti regis. Fuerat autem in armis strenuus, bellicosus etiam, et victoriosus. Totam Angliam de manu Symonis de Monteforti, et eidem adhærentium Comitum et Baronum, adquisivit. Walliam de manu Lewelini in suos usus accepit. Aquitanniam quoque de manu Regis Franciæ sapienter extorsit. Scotiam sæpius subjugavit; sed ea capta per Robertum le Brus, ipse, in lecto mortis jacens, ex magnanimitate cordis jussit corpus suum ibi remanere insepultum, et deferri in exercitu, donec tota Scotia esset finaliter subjugata. De quo quidam sic scripsit:—

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Murimuth, pp. 8, 9 (ed. Hog), Matthew of Westminster, p. 458. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Character of Edward I.

"Dum viguit Rex, et valuit sua magna potestas,
Fraus latuit, pax magna fuit, regnavit honestas."

Post Principis [3]prædicandi decessum, venerabilis pater, Dominus Petrus Hispanus, Cardinalis, et clerus Angliæ, cunctique regni nobiles, qui interesse poterant, obviam corpori undique occurrerunt, solemnes processiones, ad quas venerat, per ecclesias faciendo. Requievit autem corpus venerabile inhumatum in ecclesia Canonicorum de Waltham usque in [4]die sepulturæ suæ, scilicet per sexdecim septimanas; per quod tempus, ex mandato executorum Regis, illuc destinati sunt de singulis magnis monasteriis vicinis in circuitu hebdomadatim sex monachi seu canonici, vel alii religiosi, qui circa corpus vigilias facerent, et exequias solemniter continuarent, non sine gravibus laboribus et expensis. Nec cuiquam licebat recedere, donec arbitrio executorum licentiatus fuisset.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

His funeral obsequies.

[1] *desponsavit* in the printed texts.
[2] *in uxorem* in the printed texts.
[3] *prædicti* in the printed texts; *prædicandi* in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.
[4] *diem* in the printed texts.

A.D. 1307. Cardinalis autem indulsit veniam unius anni omnibus dicentibus Orationem Dominicam, cum Salutatione Angelica, pro anima dicti Regis. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Edward I. buried at Westminster. Cumque a festo Translationis Sancti Thomæ Martyris usque ad festum Apostolorum Symonis et Judæ jacuisset [1] inhumatum corpus regium, tandem ipso die Apostolorum apud Westmonasterium est sepultum; patre venerabili Antonio, Patriarcha Ierosolomitano et Dunelmensi Episcopo, missam celebrante et extremas exequias faciente.

---

[1] *inhumanum* in orig., by inadvertence; corrected from the printed texts.

De Edwardo post Conquæstum Secundo.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Post mortem, [1]toto mundo deflendam, Edwardi Regis invicti, successit ei filius suus Edwardus, cognomento de "[2]Kernervan," non tam jure hæreditario quam unanimi assensu procerum et magnatum. Non tamen coronatus est usque ad duodecimas Kalendas Martii; quando una cum nova conjuge sua, filia Regis Franciæ, Isabella, regale diadema suscepit. [3]Nihilominus, defuncto patre, fidelitates et homagia a prælatis proceribusque suscepit. A.D. 1307. Edward II. succeeds to the crown.

Trokelowe, pp. 3, 4 (ed. Hearne). MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Sed medio tempore, [4]priusquam corpus paternum sepulturæ traderetur, posuit maculam in gloria sua, erectus in tyrannidem, unde mox contraxit infamiam, perseveraturam temporibus diuturnis. Nam Cestrensem Episcopum, Dominum Walterum de Langtona, regni Thesaurarium, et patris executorem præcipuum, executione testamenti penitus impedita, capi fecit et includi, ac Dei timore et Sanctæ Matris Ecclesiæ honore postpositis, inhumane tractari fecit eundem. Causa inimicitiæ fuit, quia dictus Episcopus, patre suo vivente, de suis corripuit insolentiis, et superfluis compescuit ab expensis. Ex causis præmissis infensus Episcopo, [5]effrenis juvenis eum squalore carceris coartavit, et omnibus bonis suis, ac etiam sibi debitis, spoliavit; nec erat in regno qui pro eo verbum facere ausus fuit, tanta fuit bilis juvenis contra eum. Fecit insuper Justiciarios inquirere de persona sua, ut si quicquam inordinatum reperissent, Rex proculdubio ab eo ultra pœnas meritas exegisset. Rationem etiam [6]expetiit ab eodem de officio [7]Thesaurariæ, et tempore suæ ministrationis. Sed [8]Pontifice semper congruis datis ad objecta responsis, nullo sensu potuit culpabilis inveniri. Tandem aspirante divina gratia, et auctoritate Papali mediante, ad semi-gratiam Regis recipitur, rebus suis omnibus [9]restitutus. He imprisons the Bishop of Chester (Lichfield and Coventry), and otherwise persecutes him. Ultimate release of the Bishop.

Eodem tempore Rex juvenis revocavit ab exilio Petrum de Gaverstone, qui dudum tempore patris sui, certis de causis, assensu communi procerum et magnatum, exilio perpetuo Gaveston is recalled from exile.

---

[1] *toti* in the printed texts.

[2] *Caernervan* in the printed texts.

[3] A long passage in reference to the marriage and coronation of Edward II., which appears in the printed texts, is here omitted in the Arundel MS. See the "Variations," in the Appendix.

[4] The language of Trokelowe is varied occasionally.

[5] *offerens* in orig.; erroneously.

[6] *rex petiit* in the printed texts: *expetiit* in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[7] *thesaurarii* in the printed texts.

[8] *Pontifici* in the printed texts.

[9] *restitutis* in the printed texts.

A.D. 1307. Account of Piers Gaveston.

fuerat condemnatus. Iste Petrus filius fuerat cujusdam generosi, sed alienigenæ de Wasconia; qui in obsequio militaverat laudabiliter Regis patris; cujus obsequii gratia Rex hunc Petrum, puerulum, in suam suscepit [1]Curiam, adjungens eum [2]filii sui Curiæ, cum quo a pueritia adolevit. Invenit autem tantam gratiam coram Regis filio, ut ipse, spretis vel parvipensis magnatum regni filiis, huic solummodo adhæreret, ejus tantummodo servitium acceptaret. In tantumque lapsu temporis crevit amor, ut ab eo usque ad mortem saltem animo non posset [3]separari. Ille vero, etsi eum facie tenus reamaret, ejus, ni fallor, munera plus amavit; dum thesaurum et regni jocalia, quæ filii Regis esse debuerant, penes se collegit, et transmarinis mercatoribus ad usus suos proprios tradidit conservanda. Igitur cum, ut diximus, dictum Petrum ab exilio revocasset, inconsultis cunctis regni proceribus, illi contulit Comitatum Cornubiæ, et insulam Man, [4]quæ specialiter spectat ad coronam.

Trokelowe, p. 5. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Trokelowe, p. 5. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Trokelowe, p. 5. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Parliament at Northampton.

Eodem anno, tertio Idus Octobris, tenebatur Parliamentum Northamptoniæ, in quo fuit ordinatum, ut moneta Regis Edwardi, patris istius regis, quæ apud incolas viluerat, post decessum ejus curreret more solito, sub pœna vitæ et membrorum; et quintadecima clericorum, civium, et burgencium totius terræ, et laicorum vicesima, regi novo concederetur.

Cont. Trivet, pp. 2, 3. MS. Bibl. Reg. 13. E. ix.

The Templars imprisoned throughout England.

Sub eodem tempore capti fuerunt omnes Templarii per totam Angliam præcepto regio uno die, propter plurima inhonesta et enormia, fidei Catholicæ inimica, super eisdem prius per universum orbem captis reperta et probata; et in diversis regni castellis incarcerantur.

Transit annus iste frugum [5]ferax et fructuum, qui communitati sufficerent, [6]non nimium abundaret; Francis otiosus; Anglicis et Scotis inquietus: et super hæc, [7]Anglicis præcipue flebilis, pro amissione tanti regis, cui non par in mundo eo tempore habebatur.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo [8]octavo, qui est annus

[1] *curam* in MS. Bibl. Reg. 13E. ix.

[2] *filio suo curia* in the printed texts.

[3] *seperari* in orig.

[4] *qui* in orig.; as also, in Trokelowe, in reference to the "*Comitatus Cornubiæ*;" the Isle of Man not being named by him.

[5] *ferrax* in orig.

[6] *si non nimium recondarent* in the printed texts: *si non nimium abundarent*, as in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix., is the correct reading.

[7] *Anglis* in Camden's text.

[8] This is the original reading in the Arundel MS., but it has been altered to *nono* by a somewhat later hand. The latter is the reading of the printed texts.

MS. Bibl. regni Regis Edwardi, nondum coronati, a Conquæstu Secundi, A.D. 1308.
Reg. 13 secundus, tenuit idem rex Natale apud Wy, manerium Ab-
E. ix. batis de Bello, cum familia multa nimis. Paucis post Natale Edward II.
Trokelowe, diebus transactis, transfretavit in Franciam, ut Regis Franco- marries
p. 5. rum filiam in uxorem duceret, nomine Isabellam, quæ paulo Isabella at
MS. Bibl. plus annis duodecim habuit in ætate. Commisit autem regni Boulogne
Reg. 13 custodiam Petro præfato; ob quam causam murmur immodicus sur Mer, 23
E. ix. inter proceres regni succrevit. Nuptiis in Francia apud Bolo- January.
Cont. Trivet, pp. 3, 4. niam [1] supra Mare, quibus quatuor Reges interfuerunt, videlicet
MS. Bibl. Reg. 13 E. ix Rex Franciæ, filius Regis Franciæ, Rex Alemanniæ, et Rex
Trokelowe, Siciliæ, celebratis solemniter, ad regnum Angliæ revertitur cum
p. 5. uxore. Igitur proceres occurrunt regi suo conjugique novæ;
MS. Bibl. et a cunctis elaboratur, quis propensiorem honorem impendere
Reg. 13 possit illis. Occurrit inter cæteros ipse Petrus, quem mox Rex Shows un-
E. ix. in amplexus specialius admittebat, et familiarius respiciebat. due favour
Invidebant ergo proceres, sed vindictam in tempus aliud diffe- to Gaves-
rebant.[2] ton.

Cont. Trivet, Eodem anno, sexto Kalendas Martii, die videlicet Sancti Coronation
p. 4. MS. Bibl. Matthiæ Apostoli, Rex et Regina cum solemnitate maxima of Edward
Reg. 13 E. ix. apud Westmonasterium ab Episcopo Wyntoniensi, commissione II., 24
MS. Bibl. Archiepiscopi Cantuariensis exulantis, magnifice coronatur. In February.
Reg. 13 die quo Rex debebat coronari, coram Karolo et Lodewico
E. ix. Comitibus, patruis Reginæ, Johanne Duce Brabantiæ, et Margareta Ducissa, Comite Sabaudiæ, et multis aliis nobilibus, Counsels of
tractaverunt Comites et Barones regni Angliæ de statu regni, the nobles
petieruntque a Rege amotionem Petri de Gaverstone a regno; against
sed Rex noluit consentire. Idcirco proposuerunt Comites coro- Gaveston.
nationem regiam impedire. Quod Rex intelligens, promisit bona fide se facturum illis in Parliamento proximo quicquid peterent, tantum ne coronatio differatur. Interim, Rex Undue pre-
misit post Regale Sancti Edwardi in ecclesia monachorum ference
ibidem, in quo post Missam est in palatium [3] reversurus, et shown to
ad prandium est sessurus. Cancellarius regni et Thesaurarius Gaveston
de jure portare debent calicem Sancti Edwardi cum patena, si at the
presbyteri fuerint, ante Regem: tradidit autem Rex non qui- Corona-
bus debebat, sed voluntarie portiunculas Regalis Sancti Edwardi, tion.
puta crucem, sceptrum, virgam, calcaria, et gladios; sed coronam Sancti Edwardi tradidit Petro ad portandum manibus inquinatis, ex quo non immerito indignati sunt populus atque clerus. Fuit autem ibi tanta compressio populi, ut quidam

---

[1] *juxta* in Camden's text.

[2] The above closely corresponds with Trokelowe, but is given in a somewhat more amplified form.

[3] *reversus* in the printed texts.

A.D. 1308, 1309.

Death of John de Blakewelle.

miles, Johannes de Blakewelle, qui ab antiquo hostis illius ecclesiæ fuerat, sine viatico [1]expiraret. Sed nec Regi coronando, nec Episcopis, ipsum coronaturis, pepercit violentia populi. Et ideo, cum festinatione nimia, et quasi sine reverentia, fuit ista solemnizatio consummata. Illo die, Missa in ecclesia diu post nonam, et prandium in palatio de nocte, sunt finita. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Petrus de Gaverstone facit Torneamenta Walyngfordiæ.

Gaveston holds a Tournament at Wallingford; and offends the nobles there.

Petrus de Gaverstone, se intra se continere nesciens, torneamentum fecit juxta castrum [2]suum de Walyngfordia proclamari, et [3]tantam sibi militiam ex diversis partibus aggregavit, quod pene cunctos Anglorum nobiles, contra se venientes, vilissime conculcavit; inter quos extitere præcipui, Thomas Comes Lancastriæ, Humfridus Herefordiæ, Eymerus Penbrochiæ, et Johannes Warenniæ, quasi totius regni primores. Hii nempe dure ferentes et Petri supercilium et acceptum opprobrium, de die in diem quomodo Petrum perderent cogitabant.[4] Trokelowe, p. 6. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Transit annus iste fruges et fructus afferens; quietus a bello Francis, Anglicis, atque Scotis. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Magnates indignantur de Petri superbia.

Hostile feelings of the nobles towards Gaveston.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo [5]nono, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Secundi, tertius, perpendentes regni magnates et proceres, aliique terræ fideles, Regem in Petrum deperire præfatum, in tantum ut nullius consilium, nullius consortium, nulliusve solatium, curare videbatur, nisi Petri solius, et quod tota regni dispositio fiebat illius arbitrio, nec in regali Curia cujusquam negotia vel promoveri poterant vel expediri sine Petri conniventia, indignati sunt pro eo maxime, quod idem Petrus plus dilexit pecuniam quam æquitatem, plus respexit munera quam causarum qualitates, et

---

[1] *expiaret* in orig., by inadvertence; corrected from the printed texts.

[2] Apparently *reũ̃* in orig. and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. The reading here is *castrum apud Walingfordiam* in the printed texts: *castrum suum* in Trokelowe.

[3] *tantum* in orig.

[4] The narrative of Trokelowe is somewhat expanded here.

[5] *decimo* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. ipsam pecuniam quam nequiter adquisivit, commisit custodiendam, vel ad usus suos ampliandam, transmarinis mercatoribus, sicut prius. Et super hæc omnia, justa satis illis accrevit ira, quod viderent se [1] contemni, et [2] alienigena, quem nec virtus nec sapientia commendabant, super se supra merita sublimari, et eis in locis omnibus anteferri. Dicebant [3] ergo ad invicem,— "Videtis, quia nihil proficimus, expedit ut iste tollatur e medio; "ne per potentiam inducat extraneos, qui non solum nostras "leges, nostras [4] annullant consuetudines, sed nostrum forsitan tollat locum." Crevit [5] hæc voluntas indies, et cotidie hoc propositum firmabatur. A.D. 1309.

Measures taken by the nobles, to counteract the influence of Gaveston.

Tandem, licet sero, prout moris est Anglicis, cum ad extremam necessitatem [6] pervenerint, parant erumpere, et Regem super hiis et aliis convenire. Ad Regem igitur sine strepitu accedentes, rogant humiliter, ut baronum suorum consiliis tractare negotia regni velit, quibus a periculis sibi et [7] regni imminentibus, non solum cautior, sed tutior, esse possit. Annuit Rex votis eorum, et ad Parliamentum omnes qui interesse debebant de consuetudine, convocavit; ubi tractatu diligenti habito, postulatum est a Rege cum instantia, ut liberam Baronibus disponendi quosdam Articulos, sibi regnoque suo, necnon Ecclesiæ Anglicanæ, utiles, concederet facultatem. Suspicatus mox Rex, quo eorum intendebat intentio, quod videlicet vel tenorem Magnæ Chartæ, vel Chartæ de Foresta, peterent confirmari, vel certe, quod plus timebat, Petrum de Gaverston ordinarent in exilium destinari, diu renuit annuere postulatis. Tandem, ad importunam cunctorum instantiam, consensum præbuit, et juravit se ratum tenere quicquid proceres [8] ordinarent. Consensu Regis habito, Barones sibi sex Episcopos adsciverunt, et plures de clero prudentes, cum multis [9] communibus, discretis viris, qui prædictos Articulos ordinarent. Petrus vero de Gaverstone, in hoc Parliamento elatus in superbiam, Barones despexit, et convitia nonnullis intulit, eorumque personas verbis procacibus dehonestavit. Toleraverunt tamen nobiles regni hæc omnia, quia sperabant in proximo vindictam sumere de eodem; sed hoc fieri posse minime credidit dictus Petrus.

Trokelowe, p. 7. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Trokelowe, p. 7. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

---

[1] *contemptui* in the printed texts.

[2] *alienigenam* in the printed texts, a preferable reading; though it is *alienigena* in Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] *igitur* in the printed texts.

[4] *adnullent* in the printed texts.

[5] *hoc* in orig..

[6] *pervenerunt* in the printed texts.

[7] Sic in orig., and in the printed texts.

[8] *ordinaverint* in the printed texts.

[9] *de communibus* in the printed texts.

A.D. 1309, 1310.

The Archbishop of Canterbury recalled from exile.

Hoc anno, Robertus, Archiepiscopus Cantuariensis, ab exilio revocatur, jussu præsentis regis; qui jam per biennium exulaverat, propter offensam patris sui. Murimuth, p. 11. Cont. Trivet, p. 6. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Transit annus iste perexiliter fruges reddens sive fructificans; Anglicis sollicitus et suspiciosus; Scotis et Gallicis otiosus. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Edward ratifies the Ordinances.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo [1] decimo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Secundi, quartus, tenuit idem Rex Natale apud Wyndeshores, cum solemnitate [2] festiva. Post Natale Dominicum, convenit universa multitudo regni nobilium ad Parliamentum Londoniis, ubi communi decreto Articuli, per Barones dudum provisi, Regi proponebantur, instantibus [4] opportune Baronibus, ut Rex ipsas provisiones confirmaret, et sui sigilli signaculo roboraret; præstaret insuper juramentum de eisdem provisionibus conservandis. Rex vero pro tunc nihil esse ratus denegandum magnatibus, corporale præstitit juramentum in hac parte, proceribus adquiescens. Quo facto, Dominus Cantuariensis Archiepiscopus, Magister Robertus de Wynchelese, mox cum cæteris suffraganeis, excommunicationis sententiam in omnes contra dictos Articulos venientes solemniter promulgavit. Hiis expeditis, Articuli in ecclesia Sancti Pauli Londoniis, in præsentia prælatorum, magnatum, et communium totius regni, Rege præsente, publice legebantur; inter quos, tenor Magnæ Chartæ, cum aliis provisionibus Ecclesiæ et regno necessariis, petebatur; et prout Dominus Rex, pater suus, jusserat, alienigenas a sua Curia regnoque suo pelleret, et malos a se consiliarios amoveret; et ut omnia regni negotia cum cleri magnatumque consilio tractaret de cætero, nullamque guerram inciperet, vel quocunque extra regnum diverteret, sine consensu communi. Rex autem, etsi hæc omnia dura sibi et importabilia videbantur, magnatum tamen præbuit provisioni consensum, et dictum Petrum in Hiberniam exilio relegavit; sed Articulos cæteros nondum effectui mancipavit. Gaudebant nihilominus terræ proceres, quod id perduxerant ad effectum, ut Petrus, cunctis odibilis, exularet. Trokelowe, p. 7. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Trokelowe, p. 7. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Trokelowe, pp. 7, 8. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Gaveston banished (A.D. 1308 and 1310).

Soluto Parliamento præfato, cunctis cum gaudio ad sua discedentibus, Rex [5] remansit tristis, moleste ferens exilium dicti Petri, et disperquirens omni studio, qualiter ipsum posset Trokelowe, p. 8. M.S. Bibl. Reg. 13 E. ix.

---

[1] *undecimo* in the printed texts.

[2] *magna* in the printed texts.

[3] "*Anno Domini* MCCCX *tenuit Rex* "*Parliamentum suum Londoniis* "*quindena Paschæ.*" — Hemingburgh (or Hemingford), II. 276.

[4] *importune* in the printed texts; *opportune* in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[5] *mansit* in the printed texts.

ab exilio revocare; communicatoque super hoc cum suis privatis consilio, suggestum est, quod si sororem Comitis Gloverniæ, qui tunc erat juvenis, [1] toti regno dilectus, et sub tutela Regis, præfato Petro daret in conjugem, posset ipsum Petrum ab exilio revocare intrepide. Rati sunt etiam propter amorem Comitis, pariter et honorem, cujus esset sororius, magnates cæteros eum posse magis æquanimiter tolerare. Igitur cum festinatione maxima missum est in Hiberniam, et Petrus in Angliam est reductus. Nec mora, Rex inter Petrum et dictam sororem Comitis [2] facit nuptias celebrari, licet multum Comiti displicerent. Exinde Petrus erexit cornua, et plus solito regni nobiles vilipendit. Nec hiis quidem quievit, sed Regem adeo enervavit, ne dicam, infatuavit, ut cor ejus averteret, et voluntatem, a pacto quod pepigerat, ne videlicet tractaret regni negotia sine communi consilio dominorum.

(A.D. 1310. — MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. — Trokelowe, p. 8. — MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. — MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. — Trokelowe, p. 8. — MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. — MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. — Gaveston marries the daughter of the late Earl of Gloucester (A.D. 1307).)

Cœpit etiam, sicut prius, indies thesaurum Regis colligere, et negotiatoribus ultramarinis commendare, non quidem ad regios, sed ad usus suos; et in tantum expilavit Regem, ut non haberet unde solveret expensa consueta vel necessaria domus suæ. Nec solum Rex rei familiaris penuria, Petri stultitia, laboravit, vel magis avaritia; sed Regina tantum rebus necessariis artabatur, ut Regi Franciæ, patri suo, lacrymabiliter quereretur [4] se honore debito destitutam. Ob quam causam, Rex Franciæ cunctos Anglicos, sibi notos, pro talium abusionum tolerantia durius increpavit.

(Trokelowe, p. 8. — MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. — Avarice of Gaveston. — The Queen complains thereof.)

Inter hæc, Petrus, spiritu exagitatus superbiæ, regni deridebat proceres, subsannabat mediocres, jactitando se, sicut prius, ipsis invitis, [5] cuncta facturum; nec esset qui suæ voluntatis propositum quomodolibet impediret. Igitur Barones, considerantes quod eorum patientia Petro malignandi præstabat audaciam, concepto spiritu fortitudinis, Domino Regi assensu communi denunciabant, ut vel dictum Petrum a sua propelleret comitiva, Articulosque provisos effectui manciparet, vel ipsi certe in eum, tanquam perjurum, insurgerent pari voto. Durus videbatur hic sermo Regi, quia Petro carere nescivit; sed magis videbatur imminere periculum, si non suis obtemperaret Baronibus in hac parte. Consideravit nempe suam notabilem paupertatem, et suorum abundas divitias, suam impotentiam, et eorum vires; et idcirco ad tempus cen-

(MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. — Trokelowe, p. 9. — MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. — MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. — Trokelowe, p. 9. — MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. — Insolence of Gaveston.)

[1] *toto* in the printed texts.

[2] *fecit* in the printed texts.

[3] The language of Trokelowe here is considerably varied.

[4] Omitted in the printed texts.

[5] *omnia* in the printed texts.

[6] The language of Trokelowe is amplified.

A.D. 1310,1311. suit illorum condescendere voluntati. Idcirco, plus timore quam amore, plus necessitate quam voluntate, coactus, Petrum regnum abjurare permisit; addita a Baronibus conditione, quod si ulterius in Anglia, vel quacunque terra Regis Angliæ ditioni subjecta, potuisset inveniri, illico caperetur, et velut hostis terræ publicus damnaretur. Igitur, sub promissa conditione, dato sibi conducto, Angliæ regnum lugens deseruit. Cujus adventu cognito, Rex Francorum mandavit regni sui ministris, ut dictum Petrum, ubicunque posset inveniri, caperent, et commendarent diligenti custodiæ; ne videlicet iterato rediret in Angliam, et filiam suam, Reginam, regnique proceres conturbaret. Sed mandatum Regis Franciæ Petrum non latuit; quamobrem regnum Francorum mox deseruit, et intravit Flandriam, tutas ibidem latebras quæsiturus. Cumque nec illic satis tutus sibi videretur, vagabundus per alia diversa loca ferebatur, ubique quærens requiem, quam non invenit. Tandem in se reversus, iterum cogitavit regnum Angliæ revisere, concepta [1] fiducia de Regis amicitia, et Comitis Gloverniæ, cujus sororem duxerat in uxorem. Et assumptis secum alienigenis, remeavit in Angliam, et [2] parum ante Natale Dominicum se Regis obtutibus præsentavit. Rex, præ gaudio adventus sui, juramenta, pacta, promissa negligens, eum suscepit hilariter, tanquam cœleste munus, et secum detinuit cum familia sua tota.

Trokelowe, p. 9. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Gaveston again retires from England (A.D. 1311).

He returns from exile (A.D. 1311).

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Mischiefs caused by lightning. Hoc anno, quarto [3] Nonas Septembris, parum ante horam nonam ignitegii, visum est fulgur horribile; quod duravit per totam noctem sequentem, cum magno tonitru et crebris ictibus circa mediam noctem sequentibus; ita quod sepes et arbores, in multis locis, [4] suam viriditatem penitus amiserunt. Eadem hora, ecclesia de Midiltone, in Comitatu Dorsetiæ, Sarum Diœcesis, cum campanili et campanis, ornamentis, libris, et munimentis monachorum dicti loci, eodem fulgure, Conventu ad Matutinas existente, combusta et consumpta est.

Cont. Trivet, p. 7. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Violent wind. Pridie Nonas ejusdem mensis, ortus est ventus validissimus, quo arbores innumerabiles, cum suis fructibus, prosternuntur; et campanilia de Modeford et Geveltone ad terram similiter ceciderunt.

The Bishop of Coventry excommunicated. Hoc anno, Archiepiscopus Robertus excommunicavit Walterum, Coventrensem Episcopum, quia noluit in *Provinciali*

Murimuth, pp. 17, 18. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

---

[1] This appears to be a deduction from the words which Gaveston is represented by Trokelowe to have uttered, on coming to this resolution.

[2] *circa* in Trokelowe.

[3] *Nunas in* orig.

[4] *sua in orig.*

Murimuth, pp. 17, 18. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1310–1312.

Consilio respondere, super eo quod ipse fuit juratus Ordinationes servare Baronum, sed post, et contra eas, adhæsit consilio Regis, et fecit Petrum de Gaverstone [1] reconciliari, et Ordinationes infringi; unde dictus Episcopus ad Sedem Apostolicam appellavit, et personaliter ipsam adivit; et Adam Mirimouth contra eum per Archiepiscopum destinatus.[2]

He appeals to the Roman See.

Cont. Trivet, pp. 8, 9. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Templars burnt at Paris.

Eodem anno, Nonas Junii, combusti sunt in civitate Parisiensi, judicio Domini Philippi, Regis Franciæ, quinquaginta quatuor Templarii.

Council of Vienne (A.D. 1311, 1312).

Hoc anno, Kalendas Octobris, sub Papa Clemente Quinto, celebratum fuit Consilium apud Viennam, in quo Templariorum Ordo damnatus est. Et ante illud Consilium, per universum orbem generaliter fuit divulgatum, quod omnes et singuli religiosi exempti ad jus transirent commune; unde solus Ordo Cisterciensis Papam adiit, ante dicti Consilii celebrationem, pro exemptione sua pristina pacifice obtinenda. Quod et obtinuit, donis datis. In isto Consilio petita fuit et concessa decima sexennalis in subsidium Terræ Sanctæ, et annis successivis soluta.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. De la Moor, p. 593 (ed. Camden). MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Designs of the King of France against the Templars.

[3] Philippus, Rex Franciæ, cogitavit unum de filiis suis regem Ierosolomitanum facere, et impetrare sibi omnes redditus et proventus Templariorum; et hac occasione, prius multos Templarios in regno suo, et præcipue Magistrum Magnum Ordinis, et alios multos, procuravit comburi, et totum Ordinem procuravit, et fecit, in Consilio prædicto damnari. Sed tamen propositum suum de eorum redditibus non est consecutus, quia Papa Hospitalariis hæc assignavit; non sine magnæ pecuniæ interventu.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Alleged enormities committed by the Templars.

Depositum nempe fuit contra Templarios, et compertum, quod quando receperunt quemquam ad Ordinem, amotis omnibus, exceptis fratribus ejusdem Ordinis, adduxerunt illum ad locum privatum, et totaliter denudaverunt; et tunc unus accederet ad eundem, et eum oscularetur in posteriori parte; deinde [4] induceetur et cingeretur corrigia de [5] sambuco. [6] Ex post, crux portaretur, et ibi diceretur sibi, quod crucifixus

---

[1] *reconsiliari* in orig.

[2] The word *fuit* is omitted here; but it is also omitted in Murimuth's own narrative of this transaction, in which he acted a part.

[3] A somewhat similar account of Philip's conduct and designs, in reference to the Templars, is also given by Murimuth; but the present narrative can hardly be concluded to have been derived from it, and it more closely resembles that of De la Moor, p. 593.

[4] *indueretur* in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[5] *cambuco* in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[6] *Et* in the printed texts.

A.D. 1311,1312. non est Christus, sed quidam falsus propheta, deputatus per Judæos ad mortem propter delicta sua; et fecerunt eum ter spuere super illam, et postea projecerunt crucem ad terram, et eam pedibus conculcari fecerunt. Deinde ostenderunt sibi caput cujusdam idoli, [1]quem cotidie adorabant. Et præter hæc, depositum est contra eos, quod vitio fœdabantur sodomitico, statuentes quod nullus utatur mulieribus, sed quilibet alterutro, cum voluerit. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Proceedings against the Templars in England.

Unde postea, cum factum fuisset Consilium Provinciale in Anglia, Londoniis, contra Templarios super hiis Articulis; quod quidem Consilium duravit a mense Maii usque ad mensem Junii, in quo Templarii capti et accusati, fatebantur famam, sed non factum, nisi unus vel duo ribaldi in omni statu; omnes tamen fatebantur finaliter, non posse de sibi impositis se purgare, et ideo adjudicati fuerunt per Consilium perpetuæ pœnitentiæ: ita quod singuli in singulis monasteriis possessionatis detruderentur pro perpetua pœnitentia peragenda; qui postea in hujusmodi monasteriis bene per omnia se gerebant. Murimuth, pp. 13, 14. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Reference as to the Templars from the Council of Vienne to Pope Clement V.

Cum in Consilio Viennensi tractaretur, an propter vocationem singularum personarum Ordinis Templariorum, vel propter acta contra eosdem, posset totus Ordo damnari, propter singularium delinquentium vocationes; cum constaret quod dictus Ordo non fuerat vocatus, diffinitum fuit per dictum Consilium, quod non de jure. Ideo Papa Clemens in Bulla sua, condemnatoria Ordinis, adjecit hanc clausulam:—"Quanquam de jure non "possumus, tamen ad plenitudinem potestatis, dictum Ordinem "reprobamus." MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Transit annus iste mediocriter fruges ferens, fructus quoque proferens; Anglicis nunc quietus, modo sollicitus; Francis pacificus; Scotiæ otiosus.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo [2]undecimo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Secundi, quintus, tenuit Rex [3]Natale Domini Eboraci; cui interfuit Petrus de Gaverstone, quondam Comes Cornubiæ, cum suis alienigenis; Rege gaudente quia receperat Petrum sanum, tota Curia, cum Regina, mœrente, eo quod Regem cerneret male sanum.

Post Natale, rumore ventilato per provinciam de Petri reversione, tota patria merito commovebatur, majoribus et minoribus

---

[1] *quod* in the printed texts.

[2] *duodecimo* in the printed texts.

[3] The fact of the King and Gaveston celebrating Christmas at York, is also mentioned by the Monk of Malmesbury in his *Life of Edward II.* (published by Hearne, with Trokelowe); but there is no resemblance in his language to that of the text.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1312.

perpendentibus, nondum quicquam suum ingenium, sensum, consilium, vel provisionem, prævaluisse, ut dictum Petrum arcerent a regia comitiva. Indignati sunt igitur regni potentes, et disperquirunt, qualiter meliori modo possint cum communi consilio finem imponere futuræ turbationi. Bellum nempe in patria suscitare timebant, Regemque inquietare publice verebantur. Tamen, librato utrobique periculo, inveniunt quod, vivente Petro, esse non poterit pax in regno, nec Rex abundare thesauro, vel Regina gaudere Regis amore debito. Cumque diutius præterita, præsentia, vel futura pericula ponderassent, tandem reperto consilio, statuunt omnia extrema citius experiri, quam, ut hactenus, per alienigenam vilipendi. Eligunt ergo ducem pro futuro negotio Dominum Thomam de Lancastria, thesauro divitem, stirpe nobilem, armis strenuum, moribus et justitia præpollentem; cujus originem hic retexere dignum duxi.—

Counsels of the nobles, on Gaveston's return.

Thomas Earl of Lancaster elected their chief.

Trokelowe, pp. 10-13. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Account of him.

Henricus Rex Angliæ, Tertius a Conquæstu, ex uxore legitima duos suscepit filios, Edwardum primogenitum, et Edmundum. Edwardo, sibi successuro, contulit Cestriæ Comitatum; Edmundo, juniori filio, Consulatum Lancastriæ assignavit. [1] Ex post, cum Comes Leycestriæ, Symon de Monte Forti, et Comes de Ferrariis, occubuissent in bello contra Regem moto apud Evesham, et eorum Comitatus ad manum Regis fuissent per eskeatam devoluti, Rex prædicto Edmundo utrumque contulit Consulatum, sibi et hæredibus suis jure perpetuo possidendum; qui, licet tres Comitatus, videlicet Lancastriæ, Leycestriæ, et de Ferrariis, obtineret, nomen tamen Lancastriæ retinuit sibi semper. Duxit autem in uxorem mulierem nobilem, quondam Regis Navariæ conjugem, nuper viri solatio destitutam. Cujus filia, hæres effecta Navariæ, filio et hæredi Regis Franciæ maritatur; quamobrem ex tunc regnum Navariæ regno Franciæ est unitum. Genuit autem ex dicta domina Thomam de Lancastria, de quo fit sermo; et duos alios filios nobiles, Henricum scilicet, et Johannem. Qui omnes, ex parte matris eorum, fratres erant Reginæ Francorum.[2] Igitur cum Edmundus in senectute bona hominem exuisset, Thomas, jure hæreditario Comes Lancastriæ, Leycestriæ, et de Ferrariis, est effectus. Processu temporis, dictus Thomas filiam unicam Comitis Lincolniæ desponsavit, videlicet, Henrici de Laci; unde, de magno major effectus, post decessum dicti Comitis Lincolniensis, qui etiam et Sarisbiriæ Comes fuit, quinque Comitatuum dominus

[1] *Et* in the printed texts.

[2] The language of Trokelowe's narrative is somewhat varied here; though the account given is virtually the same.

A.D. 1312. existebat. Comes vero Lincolniæ memoratus, cum propinquasse cerneret terminum vitæ suæ, vocato Thoma genero suo, monuit ut cogitaret, quomodo Deus eum præ cunctis in regno ditaverit, honoraverit, et gloria fecerit abundare. "Quapropter," ait, "et Deum diligere et honorare præ ceteris obligaris. Cernis sanctam Ecclesiam Anglicanam, honorabilem quondam et liberam, per Romanorum oppressiones, et regum hujus regni injustas exactiones, [1]proh dolor! ancillatam; vides et plebem regni [2]tributis, [3]videbitis et tallagiis, appoqriatam, et de conditione libero in servitutem actam. [4]Cernis regni nobilitatem, quandoque toti Christianitati venerabilem, jam ab alienigenis in terra propria vilipensam. Adjuro te igitur per nomen Christi, ut virum induas, exurgas, et erigas te ad honorem Dei et Ecclesiæ, et patriæ liberationem, [5]adhibesque tibi virum strenuum, nobilem, et prudentem, Guidonem, Warwyci Comitem, cum necesse fuerit de regni tractare negotiis; qui et consilio præeminet et maturitate pollet. Non verearis insurgentes adversitates tibi dimicaturo pro veritate. Si hiis meis monitis adquieveris, in æternum honorem et gloriam consequeris." Trokelowe, p. 13. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Trokelowe, pp. 13, 14. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Cum Comes vetulus fecisset finem hujuscemodi monitis, sæculo valefecit; cujus corpus in ecclesia Sancti Pauli Londoniis est humatum.

Adherents of the Earl of Lancaster. Igitur Thomæ, Lancastriæ Comiti, pro relevanda Sanctæ Matris Ecclesiæ oppressione, et recuperanda regni debita libertate, adhæserunt viri nobiles, Humfridus de Boun Comes Herefordiæ, Aymerus de Walentiis Comes Penbrochiæ, Guydo de Bello Campo Comes Warwyci, Comesque Arundeliæ, cum multis aliis Baronibus, quorum nomina scribere longum foret. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Thomas de Brotherton, ultimately created Earl Marshal. [6]Comes vero Marescallus, qui vivacissimus fuit exactor libertatum, jamdudum mortuo Comite de [7]Herefordia seniore, cernens se solum non posse proficere in præmissis, cum hærede careret legitimo, timore ductus, ut superius dictum est, Regem Edwardum, patrem istius, constituit hæredem suum. Sed ipso, post modici temporis intervallum, sublato de

---

[1] *pth* in orig.

[2] *tributus* in orig.: erroneously.

[3] Omitted in the printed texts.

[4] There seems no warrant for this passage in Trokelowe's narrative; indeed, throughout this recital of the dying Earl's words, his language is considerably expanded.

[5] *adhibeasque* in the printed texts.

[6] There is considerable resemblance between this passage and Trokelowe, pp. 14, 15; it seems, however, not improbable that they are drawn from different sources.

[7] *Herefordiæ* in orig.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1312.

medio, Rex dictum Comitatum intravit, et Domino Thoma de [1]Brothertono, filio suo ex secunda Regina genito, fratri Regis hujus dimidio, Comitatum Marescalli donavit, jure perpetuo possidendum.

Trokelowe, pp. 15, 16. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Conduct of the Earls of Gloucester and Warenne.

Gilbertus Comes Glovernia, ætate juvenis, quia nepos Regis erat, natus ex sorore sua, nec Regem volebat offendere, nec paribus deese in petendis libertatibus, mediatorem se exhibuit pro bono pacis. Comes Warennæ, qui diu fluctuaverat, et faverat parti Regis, per Cantuariensem Archiepiscopum introductus, suis paribus jam consensit.[2]

Proceedings of the nobles against Gaveston.

[3]Thomas igitur de Lancastria, dux electus regni nobilium, communis decreti sententia, honorabiles misit Domino Regi nuncios, qui moram traxit tunc temporis Eboraci; deprecans per eosdem ex parte communi, ut vel dictum Petrum eis traderet, vel, ut ordinatum fuerat, regnum evacuare præciperet. Rex vero, sinistro ductus consilio, et tales supplicationis parvipendit et ab Eboraco recessit; et, donec pervenit ad Novum Castrum super Tynam non quievit; ubi usque ad festum Ascensionis Dominicæ perhendinavit, Regina apud Tynemutham interim commorante. Itaque, non tam [4]despectus quam [4]delusus, de consensu [5]communii collegit exercitum, et versus Novum Castrum cum proceribus memoratis cum omni celeritate direxit iter; non quidem ut domino suo Regi quicquam injuriæ vel molestiæ irrogarent, sed ut ipsum Petrum captum secundum leges communiter editas judicarent. Cumque Rex audisset Barones cum armis et exercitu adventuros, quasi proscriptus aut exul fuisset, fugit cum dicto Petro, celeriter Thinemutam; adventantibus atque cum suis Baronibus ad Novum Castrum, et de facili ingressum obtinentibus, illico Rex quamdam navem petiit. Et quamvis Regina, tunc prægnans, plena lacrymis supplicaret ut secum moram faceret, nihil omnino compassus eidem, assumpto Petro, Scardeburgiam navigavit; in quo quidem loco castrum Regis habebatur fortissimum, sed nec armis nec victualibus communitum. Rex autem præcepit suis qui erant in castro, ut custodiam Petri susciperent, et castellum victualibus instaurarent, dum ipse ad partes [6]Werwychiæ se transferret.

---

[1] *Brotherdon* in Camden's text.

[2] The narrative, though exactly corresponding in meaning with that of Trokelowe, varies here somewhat in language.

[3] *Comes igitur* in Camden's text.

[4] *despectum* and *delusum* in the printed texts.

[5] *communi* in the printed texts.

[6] *Eboraci*, according to Trokelowe; *Iucrwichiæ* (York) in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.; *Warwichiæ*, incorrectly, in the printed texts.

A.D. 1312. Barones itaque, cognoscentes fugam Petri, equos et arma, et bona cætera, quæ Petrus reliquerat in Novo Castro, appretiari fecerunt, et loco tuto servari; dehinc post Petrum lora dirigunt sine mora. Cum autem ad castrum de Scardeburgh pervenissent, tentoria fixerunt ibidem; sed cum advertissent nullum adesse impedimentum in patria, quominus castrum expugnare valerent, Thomas, cum suis exercitibus, recessit a loco, [1] ne forte multitudo victualibus artaretur, dimissis ibidem ad expugnationem castri Comitibus Penbrochiæ et de Warenna; qui facientes insultum, custodes in brevi adeo fatigarunt, ut resistere vel defendere se nequirent. Tunc Petrus, cernens se non posse fugere, eisdem se reddidit, sub conditione quod simpliciter, omni exceptione seclusa, staret ordinationi Baronum; nihilque postulavit aliud, nisi ut domini sui Regis saltem semel frui colloquio copiam sibi darent.

Trokelowe, p. 17. MS. Bibl. Reg. 13. E. ix.

Gaveston surrenders at Scarborough.

Treatment of Gaveston by the nobles.

Rex vero audiens Petrum captum, rogavit ut colloquio ejus potiretur: precatus est insuper, ut ejus vita salvaretur, pollicens eo pacto se magnatum votis in omnibus satisfacturum. Quam quidem pollicitationem amplectens Comes Penbrochiæ, suasit Baronibus ut hanc petitionem Regi concederent, promittens se, sub pœna amissionis terrarum suarum omnium, salvo servaturum dictum Petrum, donec habuisset cum Rege colloquium, et expost Baronum arbitrio commissurum. Concesserunt ergo dicto Comiti Petri custodiam, eisdem die et loco præfixis sine fraude restituendum. Comes autem Petrum ad partes Walyngfordiæ proposuit perduxisse; sed cum declinasset ad villam de Dadyngtone prope Warwicum, Comes commisit suis Petri custodiam, ipso [2] cum conjuge sua, Comitissa, in vicino pernoctaturo. Quod comperiens Comes Warwici, cum magno strepitu et armatorum multitudine supervenit, et eadem nocte de manibus famulorum Comitis Penbrochiæ Petrum rapuit, et ad castrum suum duxit. Cum igitur foret ibi quædam ambiguitas, quid esset faciendum de Petro, utrum foret utilius mox eum neci tradere an regiæ voluntati reddere, quidam vir astutus et profundi consilii sic respondit: [3]—"Prædam," inquit, "quamdiu insecuti sumus, et non sine labore jam cepimus. "Supervacuum foret iterum foras quærere, si eam penes nos

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Trokelowe, p. 17. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Trokelowe, p. 17. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

---

[1] This reason for the withdrawal of the Earl of Lancaster is not given by Trokelowe; whose narrative is closely followed, though the language is varied to a greater or less degree.

[2] Omitted in the printed texts.

[3] Down to this point the narrative of Trokelowe seems to be followed; though the language is considerably varied. The words, however, that here follow, differ from those given by Trokelowe, to a still greater degree.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1312.

"possemus quomodolibet detinere: pensare debemus viri "scelera, et per eum patriæ illata damna, quæ semper seque-"bantur verba ridicula, superba responsa. Recolere quoque "fas est labores publicos et privatos, expensas innumeras, "vexationes varias, vix unquam terminabiles, quæ sustinuimus "ante prædam captam; et idcirco decerno, ut nunc solus "prius moriatur hic homo quam per guerras amplior turbatio "crescat in regno."

Gaveston put to death by the Earl of Warwick.

Assentiunt universi viri consilio, et Petrum ejiciunt de ergastulo, capite plectendum communi judicio. Ducitur ergo Petrus ad locum, "Blakelowe" vocitatum; et, tanquam legum subversor, et publicus regni proditor, capite truncatus est. Et qui quondam vocaverat Guidonem, Warwici Comitem, "Nigrum Canem de Arderina," jam, juxta Comitis vaticinium, morsus amarissimos sensit ejusdem.

He is finally buried at Langley.

[1] Cadaver Petri per Fratres Prædicatores Oxoniam est delatum, et inter eosdam plus biennio conservatum; donec Rex illud ad manerium suum de Langleye transferri fecisset, et in ecclesia Fratrum Prædicatorum, quos ibidem constituit, de regio fisco victuros, et pro anima Petri et regiorum progenitorum celebraturos, honorifice condidisset.

Ut Proceres petunt confirmari quosdam Articulos.

Trokelowe, pp. 18, 19. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Further demands made by the nobles on the King.

Magnates regni, modo præfato de Petro consecuto proposito, miserunt ad Regem, proterve postulantes provisiones suas per eum confirmari et effectui demandari, comminantes, nisi maturius ista faceret, ad ipsum venirent, et præmissa complere cogerent manu forti. Nec segnius implevere legationem, sed continuo, viribus adunatis, totam patriam circa Dunstapliam occuparunt, Rege Londoniis existente.

Mediation of the Earl of Gloucester and the Prelates.

Cernentes autem regni prælati, una cum Gilberto Comite Gloverniæ, talem dissensionem Ecclesiæ [2] regnoque periculosam, totis viribus insistebant, ut pax reformaretur, et pars utraque quietior esse posset.

Papal Envoys treat for peace.

[3] Eo tempore venerunt, cum regni pontificibus et dicto Gilberto Comite, nuncii Papæ duo, ad Sanctum Albanum, ut, ibidem

---

[1] This account of the burial of Gaveston, first at Oxford, then at Langley, has the appearance of being a combination of the narrative of Trokelowe with that of Murimuth. There appears, however, to be an omission in the account as given by Trokelowe. See p. 148, *post.*

[2] *regnique* in orig.; and in the printed texts.

[3] The narrative of Trokelowe is closely followed here; though the language is at times considerably varied.

A.D. 1312. hospitati, facilius possent ferre et referre partis utriusque responsa. Unus illorum Cardinalis extitit Tituli Sancti Priscæ, qui quondam Abbas fuerat Montis Frigidi in Wasconia, de Ordine Cisterciensi, et Vice-Cancellarius modo Papæ; alter vero fuit Episcopus Pictavensis, et postea Cardinalis. Hii quosdam clericos præmiserunt de Sancto Albano ad villam de Wathamstede, ubi tunc erant Barones cum suis exercitibus, cum litteris Summi Pontificis eis pro pace roganda directis. Magnates audientes extraneos eis litteras apportasse, ipsos quidem pacifice receperunt; sed litteras recipere noluerunt, dicentes se non esse litteratos, sed armis et militia exercitatos, et ideo videre litteras non curarunt. Tunc qui missi fuerant, requisierunt si placeret eis habere colloquium cum dominis suis, Domini Papæ nunciis, qui pro pace reformanda personaliter accedere cupiebant. Ad hæc proceres responderunt, se in regno multos habere probos et litteratos Episcopos, quorum consiliis uti volebant, et non extraneorum, quibus non esset cognita causa commotionis suæ; præciseque dixerunt, se nullo modo permissuros, ut aliquis alienigena vel forensis intromitteret de factis suis aut quibuscunque negotiis eos tangentibus infra regnum. Nuncii Domini Papæ tali [1] mandato perterriti, in crastino summo mane iter versus Londonias maturarunt; qui apud Sanctum Albanum, loci commoditate illecti, moram traxisse per mensem vel amplius cogitaverant. [2] Episcopis vero regni, cum Gilberto Comite, sic intercurrentibus, sic satagentibus, sic demum mediantibus, res est temperata, quod Barones thesaurum, et equos, et cuncta jocalia, quæ dicti Petri fuerant, et apud Novum Castrum ceperant, Domino Regi, vel ejus attornato apud Sanctum Albanum [3] viventi, restituerent; et tunc Dominus Rex eorum petitiones perduceret ad effectum. Venientibus igitur ad Sanctum Albanum Johanne de Sandale, regni Thesaurario, et Ingelardo de Warle, Custode Garderobæ regiæ, juxta condictum sunt omnia restituta.

Trokelowe, p. 19. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Trokelowe, pp. 19, 20. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

But are repulsed by the nobles.

Gaveston's property given to the King.

Hoc anno Isabella Regina peperit Regi Angliæ filium suum primogenitum, die Sancti Bricii, apud Wyndeleshore, villam Regis: et licet ibidem tunc præsens esset Lodewycus filius Regis Franciæ, dictæ Reginæ frater, et multi magnates Franciæ sexus utriusque, voluissentque imposuisse pusiolo nomen Regis Franciæ, magnates Angliæ hoc permittere noluerunt; sed cum, nomine patris sui, vocaverunt "Edwardum;" in cujus ortu tota Anglia ingenti plausu lætata est, et pater ejus tam

Birth of Prince Edward.

The nobles forbid him to be named "Louis."

[1] *modo* in the printed texts.
[2] *Episcopus* in orig.
[3] Properly *venienti*, as in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Trokelowe, p. 21. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. hilaris est effectus, ut dolorem quem de morte Petri conceperat, temperaret. Ab illo die, Deo disponente, crevit amor filii, et evanuit in ejus corde Petri memoria; et Rex voluntati suorum procerum facilius solito condescendit. A.D. 1312, 1313.

Cont. Trivet, p. 9. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Eodem anno, die Jovis in crastino Sanctæ Luciæ Virginis, eclipsis lunæ incepit in noctis crepusculo, et per trium horarum spatium perduravit. An eclipse of the moon.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Transit annus iste fruges producens, et fructus faciens; sed tam rarus extitit [1]utroque; Gallicis, Scotisque tolerabilis; Anglis varius, sollicitus, et formidolosus.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo [2]duodecimo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Secundi, sextus, tenuit Rex Natale apud Wyndeleshores; cum multi nobiles ex Galliis interfuerunt, susurrones invisi, et detractores Deo odibiles. Per hoc tempus regni Barones criminari penes Regem toto conamine insistebant, et ipsius Regis animum in odium convertere eorundem. Effecerunt igitur, ut Rex eorum consilia parvipenderet, et ab eis affectum averteret, et cultum debitum et consuetum. Factum est igitur, ut rancor inveteratus inter Regem et proceres fomentum reciperet redivivum, et quicquid uni parti placuit, alteri displicebat. Dissensions caused by French nobles.

Anno sub eodem, citati sunt ad Parliamentum Londoniis faciendum cuncti magnates, et qui de consuetudine citari debuerant, vel de jure. Cunctis igitur clericis congregatis, et laicis, Dominus Rex gravem deposuit querimoniam de contemptu suo, et damnis sibi illatis per Barones dudum apud Novum Castrum super Tynam, et, quod plus doluit, de captione Petri, et impia trucidatione, perpetratis per eosdem Barones. Barones vero ad has querelas unanimiter responderunt, se in præmissis nullatenus deliquisse, immo potius Regis gratiam et amorem promeruisse; cum non in contemptum regium contraxerunt pro tunc exercitum; sed ut regni inimicum publicum, multotiens per communitatem Angliæ, ex duorum regum assensu, extra bannitum, destruerent; per quem læsa fuit in immensum fama regia; per quem expilabatur non solum Regis sed regni substantia, per quem suscitata fuerat inter Regem et suos dissensio periculosa. Et addiderunt, se velle videre finem negotiorum circa quæ plura expenderant, graviter laboraverant, et se et suos [3]nimis vexaverant; nec profecerant ad hoc tempus. Dicebant insuper, nolle vanas promissiones, et infructuosas, cujusque de cætero præstolari. Eoque per-

Parliament at London.

Trokelowe, p. 21. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Discussions there between the King and the nobles.

---

[1] *utrinque* in the printed texts: *utrorumque* in Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] *decimo tertio* in the printed texts.

[3] *minis* in the printed texts.

A.D. 1313. ducta est Baronum animositas ista vice, ut citius mori præeligerent, quam, ut hactenus, ridiculose differri. [1] Quod videns Regina, cum prælatis regni et Comite Gilberto Gloverniæ, sollicite intercurrebant, partium animos diligenter sedare studebant, et pacem facere totis viribus satagebant. Et factum est per laudabilem mediationem eorundem, ut tali pacto rancor regius conquiesceret, si videlicet ipsi Barones, cum suis assentatoribus, in Aula Westmonasterii, et pleno Parliamento, venirent, et se humiliarent domino suo Regi, et de hiis in quibus ipsum offenderant, veniam precarentur. Et Dominus Rex eosdem ad gratiam et firmam pacem sine fictione reciperet, et ut ligios et fideles in amore suo tractaret de cætero et foveret, Articulosque petitos ad finalem effectum perduceret; nec pro morte Petri quemquam impeteret, sed chartam cuilibet exigenti de indemnitate concederet.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Trokelowe, pp. 22, 23. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Final agreement that the Barons shall ask pardon of the King.

Hiis itaque utrobique peractis, magnates, Regis considerantes indigentiam, sponte [2] sibi quintum-decimum denarium bonorum temporalium concesserunt; et sic a dicto Parliamento cum pace et gaudio recesserunt.

Grant made to the King.

Eodem anno, Magister Robertus de Wynchelseo, Cantuariæ Archiepiscopus, qui toto suo tempore nobiliter rexerat Anglicanam Ecclesiam, et in temporibus [3] duorum regum firmiter steterat cum magnatibus pro repetendis regni libertatibus, hominem exuens, migravit ad Christum. Quo sepulto, monachi primæ Metropolis Cantuariæ Magistrum Thomam de Cobham, virum supereminentis litteraturæ, multisque virtutibus redimitum, in pastorem Regi præcipuum concorditer elegerunt; quamvis Papa, priusquam dictus Robertus secessit in fata, illius honoris collationem sibimet reservasset. Dictus vero Thomas, electioni de se factæ consentiens, Annivionam, ubi tunc erat Curia, properavit, petiturus confirmationem electionis suæ. Et licet non potuisset inveniri in electi persona vitium, Summus tamen Pontifex electionem suam, post reservationem sibi factam, omnino nullam esse pronunciavit. Et quia constabat Papæ Ecclesiam Anglicanam multis laborare tribulationibus, cogitabat sollicite providere Ecclesiæ viduatæ de viro, per quem vexationes melius sedari possent. Habito super hiis tractatu provide, tandem in Dominum Walterum Reynald, Wygorniensem Episcopum, Domini Regis Cancella-

Death of Archbishop Winchelsea.

The monks of Canterbury elect Thomas de Cobham; whose election is annulled by the Pope.

Walter Reynolds appointed

[1] Though the narrative of Trokelowe is closely followed, the language is considerably varied and amplified.

[2] *illi* in the printed texts.

[3] Trokelowe says—"*magnates* "*terræ, in suis libertatibus petendis,* "*intrepide contra Regem fovisset.*"

Trokelowe, p. 23. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1313–1314. Archbishop of Canterbury.

rium, oculos dirigebat, considerans nimirum quantam gratiam coram Domino Rege præ cæteris regni prælatis inveniebat, quam[1] mature se in suo officio[2] Cancellariæ, et quam sapienter, habebat, quanta discretione motus et rancorem inter Regem et proceres temperabat; sperans talem virum Ecclesiæ et regno plurimum profuturum. Huic igitur honorem Cantuariensis ecclesiæ gratis, cum pallio, conferebat. Dicto vero Magistro Thomæ spem[3] promissionis honorificæ habere jussit. Prædictus vero Walterus, honorem sibi collatum reverenter suscipiens, accessit ad ecclesiam Cantuariensem Dominica Quinquagesimæ, quæ tunc erat tertio-decimo Kalendas Martii; ubi eodem die, post consecrationis suæ solemnia,[4] festum splendidissimum Domino Regi et Reginæ, multisque magnatibus, causa ipsius illuc accedentibus, præparavit.

Murimuth, p. 24. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Death of Guy de Beauchamp, Earl of Warwick.

Hoc[5] anno obiit Dominus Guido de Bello Campo, Comes Warwici, qui in Parliamento ultimo Consilio regio fuerat deputatus; sed privati Regis, invidentes ei, ut dicitur, eum impotionaverunt.

Cont. Trivet, p. 10. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

(A.D. 1315.) The King and Queen visit Paris.

Eodem anno Rex et Regina miserunt se in mare versus Parisius, cum multis terræ nobilibus, et interfuerunt Parisius coronationi Domini Philippi, filii Regis Franciæ, in Regem Navariæ ibidem creati, die Pentecostes.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Transit annus iste nec satis frugifer, nec abundans fructibus; Angliæ multipliciter varius; nunc nubilus nunc serenus, nunc turbidus nunc amœnus, nunc pacificus nunc inquietus; suspiciosus Regi et suis assentatoribus; sollicitus plebi terræ regnique proceribus; Franciæ pacificus;[6] Scoticis otiosus; inimicis Crucis Christi in Terra Sancta a Christianorum bellis, proh dolor! expeditus.

Novus annus, et Scotorum debacchatio.

Anno Domini millesimo trecentesimo[7] decimo tertio, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Secundi, septimus, tenuit Rex Natale Londoniis.

The Scots ravage Northumberland.

Hoc anno Scoti, intrantes Northumbriam, prædabantur patriam, trucidabant incolas, et villas plurimas incendebant.

---

[1] *nature* in orig.

[2] *Cancellario* in orig. and in the printed texts; corrected from MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] *promotionis* in the printed texts, and in Trokelowe.

[4] *convivium* in the printed texts.

[5] An error: he did not die until 12 August, 1315; under which year, his death is given by Murimuth.

[6] *Scotis* in the printed texts.

[7] Properly *decimo quarto*; but *decimo tertio* is the reading in the printed texts.

A.D. 1314. Death of Pope Clement V. Eodem anno, Papa Clemens diem clausit extremum, qui prius fuerat Archiopiscopus Burdegalensis; et vacavit Sedes per biennium. Succedit autem ei Jacobus Episcopus Anivoniæ, et vocatus est "Johannes." MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The King visits Saint Albans. [1] In Vigilia [2] Palmarum venit Dominus Rex ad Sanctum Albanum, et obtulit Beato Martyri quamdam crucem auream, diversorum Sanctorum reliquiis insertam, et lapidibus pretiosis, commendans se et suos necessarios ejusdem Sancti tutelæ, et precibus monachorum. Cumque suggestum fuisset ei, quod pater suus chorum Sancti Albani renovasse proposuerat, His munificence. desiderium patris explere gestiens, contulit mox centum marcas argenti, et meremium apud Dynesleyam, quærendum ad opus illud, jubens ut pecuniæ nullo modo parcerent, quin opus illud ad honorem Dei et Beati Albani, Anglorum [3] Protomartyris, irreprehensibiliter consummarent. Trokelowe, p. 24. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The King visits Ely. In crastino Diei Palmarum, Rex iter versus insulam Eliensem arripuit; ubi solemnitatem Paschalem tenuit nobiliter et festive. Quo tempore, Eliepses mentientes se corpus habere Sancti Albani, Anglorum [3] Protomartyris, manifestissime confutavit coram regni nobilibus et monachis dicti loci. Jam cum ad alleviandum moram suam in Monasterio oculis diversa subjiceret, [4] fanaque videre vellet ibidem, tandem incidit menti ejus, ut videret quid esset contentum in feretro quod "Beati "Albani" vocant, in ecclesia memorata. Dixitque Episcopo, qui tunc aderat, Elyensi; "Scis"—inquit—"quod fratres mei Orders an examination of the alleged relics of Saint Alban there. "apud Sanctum Albanum corpus ejusdem Martyris putant "veraciter se habere, et in hoc loco dicunt monachi se dicti "Sancti corpus tenere; per animam"—inquit,—"Dei, volo "videre in quo loco reliquias sancti corporis debeo potissimum "venerari." Cumque Præsul verba Regis Priori et fratribus retulisset, illi, velut exsangues effecti, quid responderent, quid facerent, nesciebant; ex una parte timentes amittere tantum thesaurum, si verum esset quod apud eos foret; ex altera, convinci de mendacio metuentes, quia hoc prædicaverant se habere. Nesciebant enim pro tunc quid in dicto feretro continebatur. Episcopus, videns suorum consternationem, animavit eos, monens ut considerent quia non ad auferendum tantum thesaurum, sed venerandum, Rex aspectum reliquiarum requisivit. Ventum est igitur in ecclesiam; et feretrum solutum et apertum est per quendam monachum, "Alanum de "Walsyngham," dictum, qui postea, proficientibus meritis, MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[1] *Rex venit in* in the printed texts.

[2] *Palmarum ad* in the printed texts.

[3] *Prothomartiris* in orig.

[4] *vanaque* in orig.; *phanaque* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Prior factus est illius ecclesiæ; qui et ipse peritus erat in opere aurifabrili, et ideo ad solvendum feretrum tunc vocatus. A.D. 1314. Rex vero, cum vidisset cunctos clavos extractos, et feretrum patefaciendum, accessit et levavit operculum manu sua. Et ecce! vident locellum illum, a summo usque deorsum, quodam panno villoso ita occupatum, ut nihil posset aliud continere. In superiori vero parte vestimenti, conspiciunt cruoris coagula denso respersa, ita, nova, ita [1] recentia, quasi pridie fuissent effusa. Constat hanc vestem fuisse caracallam quam Sanctus Albanus, in conversione, acceperat a Sancto Amphibalo, magistro suo, in signum religionis; in quo idem Martyr sententiam subiit capitalem. Et fas est credere quod ad honorem Sancti, divino miraculo sanguis ejus sic in hac veste servatus, sicut in pulvere sui sepulcri per multa sæcula legitur conservatus. Cujus pulveris massam, in qua rubebat adhuc sanguis Martyris, Sanctus Germanus, Altissiodorensis Episcopus, secum abstulit, et detulit ad Natale secum Altissiodoro, capellam construens in honorem Martyris memorati. Relic of the martyrdom of Saint Alban, carried to Auxerre.

Rex igitur et omnes assistentes, de tanto miraculo stupefacti, proni corruerunt in terram; et facta est non parva hæsitatio quis accederet ad deponendum operculum et feretrum contingendum. Tandem, Rex ipse, cæteris animosior, operculum detraxit ad locum suum; et tunc primo cognoverunt Elyenses quid de Sancto Albano haberent, quid non haberent, cum oculata fide cernerent in dicto feretro, præter caracallam, nihil omnino contineri. Rex vero, hilarior effectus de rei comperta veritate, dedit illic dona varia, residuum temporis quo mansit ibidem ducens in summa lætitia, frequenter conferens de merito Martyris Albani, et gloria, et judicans non sine divina factum providentia ut in duobus locis tam celebribus specialis veneratio Martyris haberetur. Et ait Eliensibus;—"Gaudete de Dei "munere, gaudete de tanti Martyris meritis et sanctitate; "quia, si prout dicitis, hic Deus per illum plura facit mira-"cula ratione vestis, credatis quod apud Sanctum Albanum "ampliora facit miracula, ratione corporis illic sanctissimi "quiescentis." The body of the Saint pronounced to be at Saint Albans.

Trokelowe, p. 24. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Rex de Insula [2] Elyensi transivit Lincolniam, deinde ad Eboracum et Novum Castrum super Tynam. Berwicum perveniens, expectavit ibidem omnes qui sibi debebant servitium militare; cunctisque illuc [3] venientibus qui sibi hujusmodi debebant servitium, præter Thomam Comitem Lancastriæ, et The King proceeds to Scotland.

---

[1] *recensia* in orig.
[2] *Elyensy* in orig.
[3] *pervenientibus* in the printed texts.

A.D. 1314. Comites Warennæ, Warwichiæ, et Arundeliæ, qui venire nolebant, eo quod Articulos, petitos totiens, et concessos, ad effectum detractavit perducere, disposuit militiæ suæ turmas, et ad obsidionem castri de Strivelyn dissolvendam cum grandi exercitu maturavit. Cumque fixisset prope locum tentoria, quidam de Regis Anglorum exercitu, equitationes coram cunctis Scotorum facientes, ipsos atrociter provocabant; quibus illi viriliter occurrentes, multos Anglorum nobiles, die Dominico in Sancti Johannis Baptistæ Vigilia, peremerunt. Quo casu Anglici exacerbati, in crastino vindicari firmiter proponebant; cumque dies illuxisset crastinus, ad pugnam se uterque exercitus præparabat. Circa vero horam diei tertiam appropinquantes sibi utriusque partis acies, juxta rei militaris regulam, turmas ad prœliandum disponunt. Duces Anglorum pedites, cum arcubus atque lanceis, in prima componunt acie; equites diversis alis retro constituunt. Ex parte vero Scotorum, omnes erant pedites, eo quod in bello commisso quondam juxta Feukyrke, non prospere cessisset equitibus eorundem, qui, deserta pugna, fugerunt, pedites in prœlio deserentes. Robertus de Brus, qui se "Regem Scotorum" nominavit, pedes Scotorum præcessit exercitum, dans suis exemplum, ut nemo de fuga cogitaret. Cumque jam ventum fuisset ad manus, ut confligerent collidentibus catervis ad invicem, plures attoniti, multi saucii, multique mortui, cecidere. Ibi lancearum confractarum fragor horribilis, [1] ensium in cassides vibratorum tinnitus terribilis, securum [2] Scoticarum vis intolerabilis, sagittarum et spiculorum, in utramque partem missorum, nubes formidabilis, etiam bene cordatos poterant terruisse. Congeminatio ferientium, vox cohortantium, strepitus conclamantium, gemitus morientium, [3] poterant ultra quam dici fas est procul audiri, variante fortuna vices dum certatum est; nec poterat per longum discerni tempus, quæ pars potior videretur. Tandem, sæviente Bellona, discrimini patuit pars Anglorum. Quod cernens Gilbertus Comes Gloverniæ, velut aper infrenduit, et, feritate concepta, cum suis commilitonibus in Scotos irruit; quorum quosdam mucrone mutilat, truncat, et trucidat, et gladium suum cruore Scotico multipliciter madefacit; quemcumque gladio feriebat, vel caput illi vel membrorum aliquod amputabat. Cernentes Scoti tam sævum adversarium suis tam

Margin notes: Trokelowe, pp. 24–26, MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. — The English are defeated at Bannockburn. — MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. — Trokelowe, p. 26.

[1] In the grandiose verbosity of the compiler, the succeeding portion of Trokelowe's narrative can hardly be traced; though no fact is added to his account of the battle.

[2] *Scoticorum* in orig.

[3] *peterant* in orig.; by inadvertence.

Trokelowe, pp. 26, 27. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. crudeliter insistentem, conglobati concurrunt suorum succursui, circumvallantes Gilbertum ex omni latere, convertuntque in eum pondus prœlii, lateribus ejus applicantes cuspides lancearum et ensium, hinc inde impingentes eum tot viribus, tanta feritate, donec ad terram caderet suis viribus destitutus. Tunc rabidi et inhumani Scoti caput ejus securibus bissacutis et gladiis tundunt, pungunt, et feriunt, donec inter pedes sonipedum spiritum exhalaret. Quod videntes sui famuli, fugere festinarunt. A.D. 1314. The Earl of Gloucester slain.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Nobilis etiam Baro, Robertus de Clifford, cum multis aliis viris nobilibus, in hoc funesto conflictu peremptus est: ceciderunt nempe die illo Dominus [1]Paganus Typetot, Dominus Willelmus Marescallus, Dominus Ægidius de Argenteu, Dominus Edmundus de Maule, cum multis aliis quorum nomina præsentibus inserere longum foret, ad numerum videlicet, [2][militum] et scutiferorum, septingentorum. Comites de Hereford et de Penbrok, videntes suorum plagam, terga verterunt, sibi fugæ præsidio consulturi. Sed Comes Herefordiæ in fugiendo captus est juxta castellum de Bosevilla; capti sunt autem, et in custodia detenti, Barones et Baronetti viginti duo, milites sexaginta octo, clerici et scutiferi numero excessivo; de quibus Dominus Rogerus de Northburgh, custos targiæ Domini Regis, quæ ab eodem ibidem per Scotos est ablata, in captivitate ductus. Summa vero totalis, tam Comitum, Baronum, et Baronettorum, quam militum, interfectorum et captorum ibidem, centum quinquaginta quatuor. Other losses in the battle. Trokelowe, p. 27. MS. Bibl. Reg. 13. E. ix. Cont. Trivet, pp. 15, 16. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Trivet, p. 16. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Interea, Dominus Radulphus de Mounthemer, qui desponsaverat Dominam Johannam de Acres, Comitissam Gloverniæ et regis præsentis sororem, captus fuerat apud Strivelyn; invenit gratiam in oculis Scotorum, ratione cujusdam familiaritatis cum Rege eorundem, quondam in Curia Regis Angliæ habitæ casu fortuito, ita quod redemptio sua fuit sibi perdonata. Qui in Angliam rediens, targiam Domini Regis, modo quo [3]præmittitur, a custode ejusdem ablatam per Scotos, secum reportavit, usu ipsius ratione prævia ex toto nihilominus interdicto. Ralph de Mounthermer liberated by Bruce.

[4]Rex vero, etsi ardenter cuperet vindicari, et instaret ad fundendum Scotorum sanguinem, a suis tamen de loco discriminis

---

[1] Not improbably, these names were taken from the Continuation of Trivet, where a very full list is given of the English, slain or taken prisoners.

[2] Inserted from MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] *permittitur* in the printed texts.

[4] The narrative of Trokelowe is apparently followed here, but with a considerable alteration of the language.

A.D. 1314. invitus educitur, et ad fugiendum compellitur, pro tanto infortunio gemebundus. Commissum est autem istud cruentum prœlium juxta castrum de Strivelyn, in loco qui "Bannekemora" vulgariter appellatur, Scotorum tripudio, luctui Anglicorum; quia ab hoc die crevit Scotis animus et audacia, Anglis timor et vecordia; ut in sequentibus plenius apparebit. Trokelowe, p. 27. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Division of the Earl of Gloucester's domains.

Cum autem Gilbertus, Comes Gloverniæ, tam infausto conflictu tam lamentabiliter corruisset, et nullum superstitem masculini sexus reliquisset hæredem, expectatum est per duos annos si Comitissa, conjux sua, fortassis impregnata fuisset: sed cum frustra præstolatum fuisset biennale tempus super hujusmodi eventu, divisa est hæreditas inter tres sorores Comitis supradicti; quarum primam duxit in uxorem Dominus Hugo de Spencer; secundam vero Dominus Hugo de Audeley, quam prius habuerat Dominus Petrus de Gaverstone, quondam Comes Cornubiæ; tertiam vero duxit Dominus Rogerus de Tamari, quam prius desponsaverat Dominus Johannes de Burgo, filius et hæres Comitis Ultoniæ de Hibernia; et sic divisus est Comitatus nobilissimus in tres Baronias, qui quondam dicebatur, et erat, altera regni columna. Trokelowe, pp. 27, 28. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Courtesy of Robert Bruce.

Igitur post bellum de Strivelyn, Robertus [1]le Brus interfectorum spolia fecit colligi, quæ suis stipendiariis et hiis qui pro suæ partis defensione dimicaverant, distribuit larga manu; captivosque quos ceperat, tam civiliter tractari fecit, tam honorifice custodiri, quod corda multorum in amorem sui indicibiliter commutavit. Corpora Comitis Gloverniæ et Baronis de Clifford Regi Angliæ, apud Berewicum moram trahenti, transmisit sine pretio, sepelienda regia voluntate.

The Earl of Hereford given in exchange for the wife of Bruce.

Et cum Comes Herefordiæ, Dominus [2]Humfridus de Boun, ut præmittitur, captus fuisset, deliberatus est; facta commutatione pro dicti Roberti de Brus conjuge, quæ jamdiu in custodia Regis Angliæ fuerat detenta captiva. Cæteri vero captivi per redemptionem seu commutationem sunt similiter liberati. Sed Rex tamen, amaro factus animo, cunctis diebus suorum deploravit infortunium, constituens in futurum vel certe perimi, vel in adversarios vindicari; recedensque de Berwici partibus pervenit Eboracum, ubi magnum cum clero tenuit Consilium, et regni magnatibus universis. Soluto Consilio, Rex se transtulit ad partes Australes. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Trokelowe, p. 29. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Certain English league with the Scots,

Eo tempore, plures ex Anglicis, facti transfugæ, se Scotis confœderaverunt, et a Regis Angliæ fidelitate desciverunt; reversique cum Scotis Northumbranam plagam deprædati sunt, MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

---

[1] *de* in the printed texts.

[2] *Humfrudus* in orig.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. — A.D. 1314, 1315. — and ravage Northumberland.

vastantes villas et casalia, captivos secum trahentes incolas, abigentes animalia et jumenta, agros depopulantes, incendia cædesque facientes ubique, nemine resistente. Nempe tunc Anglis in tantum consueta adempta fuit audacia, ut a facie duorum vel trium Scotorum fugerent Angli centum.

Death of Pope Clement V.

Hoc anno [1] obiit Papa Clemens, qui nunquam suo tempore Romanam Ecclesiam visitavit. Ipse, pontificatus sui anno tertio, multas et magnas dedit indulgentias proficiscentibus vel conferentibus ad subsidium Terræ Sanctæ; ut qui pro eodem terræ passagio die Parasceues viginti quatuor quadrantes conferrent, viginti quatuor annorum indulgentiam consequerentur; cæteris vero anni diebus Veneris duodecim denariorum valorem conferentibus, duodecim annos indulsit; reliquis vero diebus omnibus per hebdomadam sex denariorum valorem conferentibus, contulit indulgentiam sex annorum.

Murimuth, pp. 21, 22. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. — Death of King Philip the Fair.

Ipso anno obiit Rex Franciæ Philippus le Bows, et successit sibi Lodewicus filius suus, qui prius fuit Rex Navarræ: cujus uxor, Regina Navarræ et filia Comitis Burgundiæ, propter adulterium sibi impositum, cum Domino [2] Johanne Danne, fuit suffocata. Qui quidem Lodewicus eodem anno duxit uxorem filiam Regis Hungariæ, "Clementiam" appellatam.

Hatred between King Edward and the nobles.

Hoc anno latens erat odium inter Regem et proceres, et præcipue inter Comitem de Lancastria, et Comitem de Warwico, et adhærentes [3] eisdem.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Transit annus iste nec satis frugifer, nec bene fructifer; Anglis lugubris, probrosus, et damnosus, propter infamem Scotorum victoriam; Scotis commodus, lætus, hilaris, propter accrescens initium libertatis; cæteris mundi partibus multiplici varietate transactus.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo decimo [4] quarto, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Secundi, octavus, tenuit Rex Natale apud Wyndeleshore cum multis regni prælatis.

Trokelowe, pp. 29, 30. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. — Burial of Gaveston at Langley.

Eodem tempore, in die Octavarum Sancti Johannis Evangelistæ, Rex, convocatis Cantuariensi Archiepiscopo et aliis quatuor Pontificibus, cum Abbatibus pluribus et multis viris ecclesiasticis, corpus Petri de Gaverstone, de loco translatum ubi jam diu quieverat, inter Fratres Prædicatores Oxoniis, fecit apud manerium suum de Langley honorifice tumulari; huic tamen solemnitati pauci de regni nobilibus interesse curabant.

---

[1] This has been already stated. See p. 138, *ante*.

[2] *Philippo* in Murimuth.

[3] *ejusdem* in the printed texts.

[4] *quinto* in the printed texts.

A.D. 1315. Parliament at London.

Trokelowe, pp. 30–33. MS. Bi. Reg. 13 E. ix.

[1] Hoc anno, in crastino Purificationis, convenerunt ad Parliamentum Londoniis universi pene regni prælati, cum proceribus et communibus, ad tractandum de statu regni et alleviatione pretii rerum venalium, quæ modo tam caræ factæ fuerant ut vix posset vivere plebs communis. Ordinatum est igitur, ut melior bos unus venalis crassus, de grano non pastus, vendatur de cætero pro sexdecim solidis; et si de grano pastus fuerit, et sit crassus, pro viginti quatuor solidis ad plus vendatur. Vacca melior, viva et crassa, vendatur pro duodecim solidis. Quilibet porcus duorum annorum, crassus, vendatur pro [2] quadraginta denariis; multo tonsus, crassus, pro [3] quatuordecim, multo lanatus crassus pro viginti, vendatur denariis. Auca crassa pro duobus denariis et obolo; capo bonus pro duobus denariis; gallina bona pro uno denario; columbellæ quatuor pro uno denario vendantur de cætero; et [4] [si] vendentes aliter fecerint, res venales Regi remaneant forisfactæ.

Measures to alleviate the dearth.

Parliament summoned; but the nobles neglect to attend.

In quindena Paschæ Rex per brevia citari fecit ad Parliamentum Londoniis prælatos et proceres, regnique communes. Sed quia multi de magnatibus impedimentorum causas prætenderunt, per quas merito excusari poterat eorum absentia, dictum Parliamentum tunc temporis nullum sortiebatur effectum. Sed unusquisque tunc Londoniis congregatorum quo sibi placuit divertebat, et qui terram defendere tenebantur, vacabant otio sive jocis.

Northumberland ravaged by the Scots.

Scoti per hoc tempus, crudeles et inhumani, flamma, rapinis, et cæde, partes Occidentales Northumbriæ, de Karleolo donec venirent Eboracum, sine resistentia devastarunt; nec erat locus in illis partibus ubi tute latere potuerunt Anglici, nisi in Karleolo, et Novo Castro super Tynam, et Prioratu de Tynemutha, et paucis castellis aliis, quæ cura diligenti custodiebantur. Factaque est patria longo tempore Scotis tributaria, donec miseri patriotæ nihil haberent unde tributa penderent, sicut prius villa de Berwico vix ab Anglicis est retenta. Dunelmenses post multa gravamina ad tempus sibi pacem pro pecunia comparabant. Eo tempore Robertus [5] le Brus transmisit exercitum in Hiberniam; cui ducem constituit Edwardum fratrem suum uterinum, ut terras Regis Angliæ in illis partibus occuparet, et Anglicos ibidem existentes pro viribus infestaret.

Eodem anno, velut Deo displicerent Statuta præcedentis

---

[1] The text here appears to be considerably abbreviated from that of Trokelowe.

[2] *tribus solidis quatuor denariis* in the printed texts.

[3] *quatuordecim denariis* in the printed texts.

[4] Supplied from Trokelowe, and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[5] *de* in the printed texts.

Trokelowe, p. 33. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1315, 1316.

Increased dearth.

Ordinances as to sale of victuals.

Parliamenti, omnia venalia solito cariora facta sunt. Carnes animalium reperiri non poterant, capones et [1] aucæ minime comparebant, [2] qua rarissime videbantur; oves pestilentia moriebantur; porci nutriri nequibant; quarterium frumenti, fabarum, et pisarum, pro viginti solidis vendebatur; brasii vero pro marca. Salis autem quarterium pro triginta quinque solidis vendebatur; tantaque penuria populus terræ communiter premebatur, ut [3] [cum] Rex apud Sanctum [4] in Vigilia Sancti Laurentii declinasset, vix inveniri poterat panis pro suæ specialis familiæ sustentatione.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Capture of Llewelyn Bren.

Hoc anno [5] Lewlinus Bren, Capitalis Wallensium, qui villas multas combusserat et Anglos interfecerat, per milites fortiores de Regis camera, missos contra eum, captus est, cum duobus filiis suis, et Regi Londonias destinatus.

Murimuth, p. 23. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Death of Louis X.; succession of Philip V. (A.D. 1316.)

Eodem anno obiit Lodowicus Rex Franciæ; cui successit Philippus Comes Pictaviæ, frater suus.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Transit annus iste sævus Anglicis et crudelis, duplici contritione conterens Anglicos, fame videlicet, et peste quam ex fame contraxerant; fruges sive fructus fradulenter [6] faciens; patriotas per ganeones Scotos immisericorditer opprimens; toti regno tum luctuosus quam suspiciosus, propter procerum dissimulationes, qui Regis honorem, regni commodum, non curabant; Franciæ, Flandriæ, cæterisque vicinis regionibus, otiosus.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo decimo [7] quinto, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Secundi, nonus, tenuit Rex Natalo apud Clipstone in Schirwodo, ubi multa tribuit [8] donatura.

Trokelowe, p. 34. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The ordinances as to sale of victuals repealed.

Circa festum vero Purificationis, apud Lincolniam habito magno Consilio, ex consensu Baronum suorum provisiones de venditione victualium revocavit, præcipiens ut unusquisque sua venalia meliori foro quo posset, venderet in futurum.

Continuance of the dearth.

Karistia nempe quæ transacto anno inceperat mense Maio, duravit usque ad festum Nativitatis Beatæ Mariæ in eodem anno. Pluviæ siquidem [9] autumnales tam abundanter descenderunt, quod fruges maturescere nequiverunt. Vix enim ad

---

[1] *anseres* in the printed texts.

[2] *quia* in the printed texts.

[3] Supplied from the printed texts.

[4] An omission in the original, and in the printed texts.—*Albanum* in Trokelowe and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[5] This notice of Llewelyn Bren, may possibly have been derived from the same source as the narrative of the anonymous Monk of Malmesbury; who relates his story at considerable length, pp. 163–166, (ed. Hearne).

[6] There is apparently some omission here.

[7] *sexto* in the printed texts.

[8] *dona* in the printed texts; *donativa* is the correct reading.

[9] *æstivales* in Trokelowe.

K

A.D. 1316. diem Nativitatis Sanctæ Mariæ colligi poterant, pro nimia madefactione. Et tunc quidem oportebat pistores triticum in clibanos ad desiccandum mittere, priusquam moleretur; tantum ebiberat de humore. Circa festum Sancti Michaelis ejusdem anni, in parte fuerat karistia temperata, sed ad sequens festum Natalis Dominici iterato redierat aggravata. [1]Panis [2]autem [3]qui fiebat, non habebat virtutem nutritivam nec substantiale robur, quia grana a calore solis æstivi non habuerant nutrimentum; unde contigit ut comedentes ex [4]eo, licet magnam quantitatem sumerent, elapso brevi intervallo famelici redierunt. Nec est ambigendum quin pauperes fame tabescebant et inedia, quando divites continuo esurierunt post refectiones opulentas.

Trokelowe, p. 34. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Factum est igitur ut, prævalente fame, tam magnates quam religiosi familias suas [5]minuerent, eleemosynas consuetas subtraherent, et amputarent fercula superflua et delicata. Contigit ergo ut qui expulsi fuerunt a curiis, quondam soliti vitam ducere in deliciis, cum nec [6]valerent fodere et erubescerent mendicare, compulsi penuria, manus extenderent ad aliena bona, insistentes cædibus et rapinis; effectique sunt tot vespiliones, ut vix fuerit aliquis de communi vulgo qui non fuerit spoliatus.

Murders and rapine in consequence of the famine.

Eodem anno Hugo Gerold, qui fuit Referendarius Papæ Clementis et Episcopus [7]Caturcensis, cui fuit impositum quod in mortem Johannis Papæ fuerat machinatus, perpetuo carceri mancipatur. Sed [8]postmodum, fuit degradatus et tonsus capite; veste stragulata indutus traditur curiæ seculari, videlicet Marescallo Papæ, qui ipsum trahens de palatio Papæ ad pedes equorum per totam civitatem, postremo fecit in campo igne cremari.

Hugh Gerold degraded and put to death.

Murimuth, p. 26. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Hoc anno, circa festum Paschæ, convenerunt Londonias ad Parliamentum regni proceres et magnates, super statu regni tractaturi; durante vero adhuc Parliamento, crevit fames in regno Angliæ vehementer, ita ut quarterium salis et frumenti ante festum Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ pro triginta [9]solidis venderetur, et ab illo die usque ad festum Assumptionis Beatæ Virginis ad quadraginta solidos accrescebat. Famem igitur totam terram generaliter invadentem

Parliament at London.

Trokelowe, p. 35. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Increase of the famine.

[1] *Pamis* in orig.: by inadvertence.

[2] Written *annis* in orig.; by inadvertence; omitted in the printed texts.

[3] *quæ* in orig.; *qui* in the printed texts.

[4] *hoc* in the printed texts.

[5] *minuirent* in orig.

[6] In allusion to *Luke* xvi. 3.

[7] *Cantuariensis* in orig.; but corrected in a later hand.

[8] *postquam* in the printed texts.

[9] *soldis* in orig.

Trokelowe, p. 35. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1316.

Followed by a pestilence.

mortalitas hominum est secuta, et præcipue egenorum, in tantum ut vix possent vivi mortuos sepelire. Nempe [1] dysenteria, ex cibis corruptis generata, pene cunctos infecit; quam comitabatur febris acuta, quæ multos ad extrema perduxit. Et non solum homines ex ciborum corruptione lædebantur, sed pecora ex herbarum putrefactione corrupta cadebant; unde contigit ut esus carnium cunctis esset suspectus. Nec fuit illo tempore quisquam tam annosus, qui meminit se tantam famem, pestem, aut karistiam, prævidisse. Nec valuit contra pestem prædictam prudentia physicorum; quia medicinales herbæ, quæ levamen languidis conferre solebant, per aeris intemperiem et elementorum inæqualitatem, contra naturam effectæ degeneres, virus pro virtute reddebant.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Trokelowe, pp. 36, 37. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Birth of John of Eltham.

In festo Assumptionis Beatæ Virginis natus est Regi filius apud Eltham, qui vocatus est "Johannes."

Increase of the famine and pestilence.

Eo tempore ita fames invaluit, ut quatuor denariatus de grosso pane in die uni non sufficerent comedenti: carnes animalium quæ infectæ non fuerant erant raræ, carnes equorum pauperibus pretiosæ; multi canes pingues furabantur, et eorum carnes edebant. Quidam, ut dicebatur, filiorum suorum et filiarum suarum in locis abditis, compulsi penuria, comedebant; quidam parvulos alienos furabantur, [2] quos mactabant et furtim comedebant. Fures, et qui in carceribus tenebantur, ad eos noviter venientes discerpebant, et semivivos illico devorabant. Per dictum tempus lagena cervisiæ [3] tenuis pro duobus denariis, melioris pro tribus, optimæ vero [4] [pro] quatuor, denariis vendebatur. Londonienses per idem tempus, quia frumentum inbrasiatum maxime consumebatur, statuerunt ne in civitate id de cætero fieret; et ideo constituerunt ut lagena melioris [5] cervisiæ pro tribus [6] obolis venderetur, debilioris vero pro denario, et non ultra.

Provisions as to the sale of victuals.

Rex autem, clamori plebis compatiens, juxta Statutum Londoniarum misit brevia Vicecomitibus universis per totum regnum, jubens ut tam infra libertates quam extra, in [7] civitatibus, burgis, villis mercatoriis et campestribus, lagena cervisiæ pro denario venderetur; et ne frumentum ulterius in cervisiam converteretur inhibuit sub gravi forisfactura; qui nisi celerius hoc mandatum promulgari fecisset, maxima pars populi fame et inedia deperisset.

---

[1] *dissenteria* in orig.

[2] *et eos furtim mactabant, et eorum carnes edebant,* in the printed texts.

[3] *melioris* in Trokelowe; but clearly a mistake for *tenuis.*

[4] Omitted in orig.; supplied from the printed texts.

[5] *servisiæ* in orig.

[6] *obulis* in orig.

[7] *comitatibus* in the printed texts.

A.D. 1316, 1317. Pope John XXII. elected.

Hoc anno, post mortem Clementis Papæ, electus est in Papam apud Lugdunum, cum Sedes vacasset duobus annis, quatuor mensibus, et quinque diebus, octavo Idus Augusti, Episcopus Anivioniæ, et vocatus est "Johannes Vicesimus "Secundus." Cont. Trivet, p. 17. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Johannes de [1]Kendale, regni Thesaurarius, fit Episcopus Wyntoniensis. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The Pope reserves the first-fruits.

Summus Pontifex reservavit Cameræ suæ primos fructus beneficiorum omnium in Anglia, per triennium vacantium. Cont. Trivet, p. 20. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A Council at Clarendon.

Rex celebravit Consilium apud Claryndone, sed magnates noluerunt interesse.

Transit annus iste nec frugifer nec fructifer, sed mortalibus multis [2]pestifer propter famem et sitim, [3]dysenteriam et febres acutas, et varia morborum genera quæ contraxerunt et inedia et aeris letifera corruptela; Scotis votivus; Anglicis ea parte nocivus. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Novus annus, et festa Regis solemnia.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo decimo [4]sexto, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Secundi, decimus, tenuit Rex Natale apud Clipstone, prout fecerat anno transacto, [5]solemnitatem vero Paschalem apud Clarendoniam. Cont. Trivet p. 18. Trokelowe, p. 30. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The Countess of Lancaster carried off by Richard de Saint Martin.

Eodem anno, die Lunæ Ascensionem Dominicam præcedente, rapta est Comitissa Lancastriæ, nobilis viri Domini Thomæ Comitis Lancastriæ uxor legitima, apud Caneford in Dorsetia, per quemdam militem de domo et familia Johannis Comitis Warennæ; convocatis ad illud factum detestabile fautoribus, ut dicebatur, assensu regio, plurimis [6]Anglicorum. Ducta est autem pompose nimis, in despectum Comitis dicti Lancastriæ, ad dictum Warennæ Comitem, ad castellum suum de Reygate. Dumque sic fœmina duceretur, ecce in itinerando inter sepes et nemora, inter Haultone et Farnaham existentia, ductores vident eminus vela et vexilla; aderant enim sacerdotes cum populo, facientes processiones more solito circa campos. Ductores igitur dictæ Comitissæ, timore subito et horrore percussi, putantes Comitem Lancastriæ, vel aliquos per ipsum missos, ad auferendum dictam dominam et tantam injuriam in ipsos Cont. Trivet, p. 21. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

---

[1] Correctly *Sendale*, or *Sandale*. The error arises probably from the writer who is followed having written the name as "*Cenedele*." See p. 157, *post*.

[2] *postiferis* in orig.; corrected from the printed texts.

[3] *dissenteriam* in orig.

[4] *septimo* in the printed texts.

[5] Cont. Trivet and Trokelowe are authorities for only this line.

[6] This word is altered into *aulicorum* in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Cont. Trivet, pp. 21, 22. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

vindicandum, cum omni celeritate fugerunt, domina pene sola A.D. 1317. relicta; sed rei tandem veritate comperta, reversi sunt cum minis et pompa. Cum quibus, quidam miseræ staturæ, claudus et gibbosus, suisque perpetuo intendens malitiis, "Ricardus" dictus "de Sancto Martino," dominam, proh dolor! supradictam delusam miserabiliter, magno suffultus adjutorio, in suam exegit uxorem, firmiter protestatus quod ipsam fide media cognovit carnaliter antequam fuerat desponsata Comiti supradicto; quod etiam plane prædicta domina palam ubique recognovit, ac etiam verum esse fatebatur, [1] nullo ducta timore; ac sic quæ toto tempore vitæ suæ nobilissima fuerat reputata domina, subito vergente rota fortunæ, quod dictu turpe est, per totum orbem spurcissima meretrix acclamatur. Igitur dictus Ricardus, se supra se extollens, nomine uxoris suæ præsumit in Curia regia vendicare Comitatus Lincolniæ et Sarum; sed incassum, prout rei gestæ sequentia plenius explanabunt. Fama facti hujus ad Summi Pontificis aures allata, misit idem Pontifex duos Cardinales, ut pacem facerent inter Regem et Barones, et præcipue Thomam Comitem, ut patebit inferius loco suo.

The Pope attempts to make peace between the King and the Earl of Lancaster.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Trokelowe, pp. 39, 40. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Device for reminding the King of his duty to his nobles.

Rex hoc anno celebravit festum Pentecostes apud Westmonasterium in Aula Magna, ubi cum regaliter resideret in mensa, præsentibus regni sui principibus, intravit quædam mulier ornata histrionali habitu, equum bonum insidens, histrionaliter phaleratum; quæ mensas more histrionum circuivit, et tandem ad Regis mensam per gradus ascendit, et quamdam litteram coram Rege posuit, et retracto freno, salutatis ubique discumbentibus, prout venerat ita recessit. Rex vero fecit litteram aperiri, ut cognosceret ejus tenorem; qui talis erat in sensu; [2] Dominus Rex minus curialiter respexit suos milites, qui patris sui tempore, et sui ipsius, periculis diversis se exposuerant, et suas substantias pro illorum honore vel perdiderant vel diminuerant; et alios, qui pondus negotii nondum portaverant, nimis abunde ditavit Hiis auditis, discumbentes se invicem contuentes, mirabantur de tanto ausu fœmineo, et janitores vel hostiarios quod permiserant eam ingredi durius increpabant; qui, se excusantes, responderunt, non esse moris domus regiæ histriones ab ingressu quomodolibet prohibere, et præcipue in tantis solemnitatibus vel diebus festis. Mittitur idcirco ad quærendum mulierem; quæ de facili invenitur, capitur, et carceri mancipatur, et cur ita fecerit dicere cogi-

[1] *nulla dicta* in orig.; corrected from the printed texts.

[2] The language of Trokelowe, in reference to the contents of this letter, is somewhat varied by the compiler.

A.D. 1317. tur; veritatemque respondit, se ad hoc faciendum conductum a quodam milite mercede condigna. Tunc miles quæritur, invenitur, capitur, ac ducitur coram Rege, et super præmissis convenitur; qui nihil omnino metuens, quod ipse sit auctor litteræ fatetur audacter, et pro honore regio id fecisse. Promeruit ergo dictus miles sua constantia favorem regium cum donis uberrimis; et mulierculam a carcere liberavit. Trokelowe, p. 40. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The Earl of Lancaster pronounced the King's enemy.

Hoc anno tenuit Rex tractatum Londoniis super jacturis et damnis sibi et suis per Scotos illatis, Comite Lancastriæ nec ad hunc tractatum, nec ad illum habitum Clarendoniæ, volente venire; unde Regis inimicus, et regni, palam et notorie in Regis hospitio appellatur. Cont. Trivet, p. 20. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Certain of the Northumbrians themselves ravage the country.

Sub eodem anno videntes quidam de Northumbria Scotorum crebras irruptiones, deprædationes, depopulationes, et incendia, quasi totius patriæ, et nemine volente succurrere tantis malis, velut in defectu Regis et procerum, sumunt arma et resistere Scotis parant. Sed cum aliquandiu id probe fecissent, tandem deficientibus tam victualibus quam pecunia, de tironibus facti sunt tyranni, de defensoribus destructores, de propugnatoribus proditores. Convenientibus autem ad eos plurimis, pari voto despoliabant domi ruricolas, in campis accolas, eorum boves de plaustris vel carucis solventes et ad cibum suum mactantes. In villis vero nihil reliquerunt, quod ad esum videbatur aptum, sed panes, frumentum, vaccas, oves, porcos, cæterasque carnes, capones et gallinas, caseos et avenas, diripuerunt sibi; et non solum perpetraverunt mala talia, sed plebanos despoliaverunt usque ad femoralia, aurum, argentum, vestes, et vasa rapientes; factusque est itaque tam grandis eorum numerus, ut neminem pene timerent, continuaveruntque dictam rabiem quatuor fere annis. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Arrival of Envoys of the Pope, for the purpose of establishing peace.

Interea applicuerunt in Anglia Cardinales, rogatu Regis, Dominus [1] Caucellinus, Domini Papæ Vice-Cancellarius, et Dominus Lucas de Flisco, nuncii Domini Papæ Johannis Vicesimi Secundi, ut pacem inter regna Angliæ reformarent et Scotiæ, et ut Comitem Lancastriæ pacificarent Regi; attulerunt etiam Bullas Papales, quibus Papa Scotos excommunicavit, eo [2] quod descivissent a domino suo, Rege Angliæ, nisi redirent ad pacem ejus. [3] Qui, prout moris est Romanorum in externas Trokelowe, p. 40. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

---

[1] *Gaucelinus* in Bibl. Reg. 13 E. ix., Trokelowe, Continuation of Trivet, and Murimuth.

[2] De la Moor says (p. 594) that the Cardinals excommunicated the Scots because Robert Bruce would not allow them to enter Scotland.

[3] The sequel of this narrative is told with more circumstantiality than in the text of Trokelowe. See also Murimuth, p. 27, and Continuation of Trivet, p. 23.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. terras venientium, semetipsos ostentare volentes, contulerunt A.D. 1317. se sub omni festinatione in partes Boreales, infausta hora, ut Dominum Lodowicum de Bellomonte, cui Dominus Papa ad Regis instantiam Episcopatum contulerat Dunelmensem, electo ejusdem loci cassato, cum pompa Romana intronizarent; quamvis præmoniti fuissent, ut in Comitatu Eboraci se continerent, et ultra progredi non præsumerent, nisi regia manu fulti.

The Cardinals are plundered by Gilbert de Middleton and Walter de Selby; and the Bishop of Durham imprisoned, and forced to pay ransom.

Cumque venissent prope villam de Derlyngton, subito de vallo quadam erumpentes dicti grassatores, ducibus Gilberto de Mideltone et Waltero de Selbi, inopinate irruerunt in familiam Cardinalium et futuri Episcopi Dunelmensis; injectisque manibus sacrilegis, de thesauro et equis suis, nulla habita ad tantas personas reverentia, spoliarunt. Lodewicum vero, Episcopum Dunelmensem, duxerunt ad villam de Morpath, ad redemptionem gravissimam compellentes. Captus est insuper a dictis populatoribus Henricus de Bellomonte, cum equis et thesauris plurimis, et [1] ductus est ad castrum de Midford, ubi detentus est donec magnam summam pecuniæ persolvisset. Cardinales vero restitutionem quarundam rerum habuerunt, puta de equis, vestimentis, et hujusmodi; sed restitutione plenaria caruerunt.

Trokelowe, p. 41. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. [2] Sine læsione tamen corporum, cum suis familiis Dunelmiam pervenerunt, ubi per dies aliquot perhendinantes, et Scotorum arbitrium præstolantes, infecto negotio pro quo venerant, reversi sunt sub conductu regio Eboracum. Quo cum pervenissent, et viderent se positos in statione secura, tulerunt horribilem sententiam in malefactores Northamhymbriæ, et omnes eis quomodolibet adhærentes. Quam sententiam per totam Angliam publicari fecerunt, et mox Londonias redierunt, octo denarios de marca, pro damnis et expensis, a clero sibi dari cum instantia postulantes; non habentes respectum ad quatuor denarios sibi de marca prius concessos pro mora quam facturi fuerant in hac terra. Clerus vero, tractatu habito, respondit, quod contemptus et damna illis illata sibimet imputare deberent; cum locum a clero limitatum sibi, civitatem videlicet Eboraci, avaritiæ agitati stimulo transgredi præsumpserunt. Quamobrem

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. octo denarios de marca dare clerus Anglicanus noluit, [3] quatuor vero denarios quos prius concesserat, dare bene consensit.

---

[1] *dictus* in orig.; by inadvertence.

[2] The latter portion of this narrative corresponds closely with that of Trokelowe. The preceding part however is much fuller than Trokelowe.

[3] Instead of this passage, we find in Trokelowe the following words—"*sed quatuor denarios a marca, pro secundo anno moræ suæ, vix optinere valebant.*"

Pax fit per Cardinales, sed cito post, comperta fraude, infirmatur.

A.D. 1317.

Peace made between the King and the Earl of Lancaster; but almost immediately broken.

Cont. Trivet, p. 24. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Cardinales per idem tempus fecerunt pacem sub certis conditionibus inter Regem et Thomam Comitem; quas conditiones Rex cito post fregit injuste. Inde aucta est dissensio quæ prius extincta putabatur. Interim adductus est quidam miles Comiti Lancastriæ, tendens per Pountfret versus partes Boreales, cum quo alba charta regio sigillo magno, [1]aliquæ litteræ Regis sigillo privato signatæ, credentiam innuentes, inventæ sunt, ut cum Rege Scotorum pro morte dicti Comitis paciseeretur. Quem Comes de veritate confessum, tractum, deinde suspensum, retentis penes se in argumentum fidei chartis suis et litteris, mortis fecit subire supplicium, fixo capite suo super castrum Pontis Fracti. Et hic, ut dicebatur, paulo antea de familia Comitis fuerat specialis. Contigit ergo, quod hac de causa populus Anglicanus, qui prius Comitem fere spreverat, cognita veritate, contemptis Anglicis, adhæsit Comiti, vitam ipsius et salutem jugiter in spiritu postulans humilitatis.

Captio, tractio, et suspensio, Gilberti de Mideltone.

Capture and punishment of Gilbert de Middleton.

Trokelowe, p. 41. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Per idem tempus, cum multa damna [2]Prioratui de Tynemutha Gilbertus de Mideltone antedictus, cum suis complicibus, intulisset, et multos de convicinis suis captivasset, et ad graves redemptiones compulisset, multos autem statim non valentes solvere in custodia detinuisset; quidam de regione illa nobiles, eorum detentionem injustam dure ferentes, ad ipsum accesserunt sub conductu salvo, quasi pro vicinorum deliberatione mediante pecunia tractaturi, habito; quosdam tunc a custodia liberatos secum abduxerunt, quosdam vero pro securitate solvendæ pecuniæ secum obsides dimiserunt. Finalis vero solutionis veniente die, et satellitibus dicti Gilberti ad prædandum egressis, venerunt, qui pacti fuerant solutionem facere dicto Gilberto, dicentes se pecuniam attulisse, quam in villa [3]secretius occultaverant, propter metum prædonum; pro qua quærenda liberum exitum et introitum in castellum sibi concedi petebant. Cumque ad castri portas velut exituri venissent, trucidatis mox janitoribus, multitudinem armatorum foras latentium

[1] Properly *aliæque*, as in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] *Prioratu* in orig.; corrected from the printed texts.

[3] *secresius* in orig.

A.D. 1317, 1318.

introduxerunt. Qui subito irruentes in eum, nil tale cogitantem, inflictis plagis ceperunt, et vinculis ferreis acriter constrinxerunt; [1] deinde, quam cito potuerunt, eum cum fratre suo, qui tamen captus fuerat, Londonias transmiserunt; ubi judicialiter condemnatus, in oculis Cardinalium quos spoliaverat tractus et suspensus est. Illi vero qui sibi famulatum præbuerant, audientes eum captum, ad Walterum de Selby, suæ consortem malitiæ, se contulerunt, qui in refortiuncula sua de Horton latens, vicinis similem injuriam inferebat.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Trokelowe, p. 41. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The Seventh Book of the Decretals; and institution of the Festival of Corpus Christi.

Hoc anno Dominus Papa Septimum Librum Decretalium, a prædecessore suo compositum, et quasi ab ipso deletum, promulgavit, instituit, et confirmavit. Instituit etiam festum solemnitatis Corporis Christi, quod ab Urbano Papa [2] Quarto sumpsit exordium.

Cont. Trivet, p. 25. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Transit annus iste sterilis in multis partibus regni hujus, sed miseria copiosus, dum provincia Northumbrana, nunc Scotis attrita, nunc prædonibus illius patriæ pauperata, quasi inter incudem et malleum versabatur; [3] Rege regnique magnatibus interim putibunde stertentibus et [4] dissimulantibus damna suorum.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo decimo [5] septimo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Secundi, undecimus, tenuit Rex Natale apud Westmonasterium; cui pauci de magnatibus interfuerunt, propter discordiam motam inter Regem et proceres, eo quod totiens Articulos petitos et promissos noluit observari. Sed quia regnum per Scotorum irruptiones in grandi fuit periculo constitutum, nempe Scoti usque ad Eboracum ex una parte, et usque ad Lancastriam ex alia parte, comburendo, vastando, prædando, nullo resistente, pervenerant; Prælati regni, accitis sibi Cardinalibus, Regem adeunt, precaturi quatenus Articulos, totiens expetitos totiensque promissos, pro statu regni et Ecclesiæ bona fide confirmaret, et usu vel actu stabiles esse permitteret, ne sibi regnoque suo [6] grave periculum eveniret. Rex inclinatus humilibus precibus Prælatorum, simul et Cardinalium, diem statuit Sancti Johannis Baptistæ, quando congregatis Leycestriæ tam clero quam proceribus,

Cont. Trivet, p. 25. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Trokelowe, p. 43. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Renewed negotiations for peace between the King and the nobles.

[1] The latter part of this narrative varies from that of Trokelowe; which is much fuller, though it does not state that the Cardinals were present at Middleton's execution.

[2] *Quartus* in orig.; by inadvertence.

[3] *Regi* in orig., MS. Bibl. Reg. 13 E. ix., and the printed texts.

[4] *simulantibus* in the printed texts.

[5] *octavo* in the printed texts.

[6] *gravis* in orig.; corrected from the printed texts.

A.D. 1318. satisfaceret petitionibus tam diu concupitis. Quo die veniente, et populo cum magnatibus loco præfixo assistente, Rex more solito promissos Articulos concessit observari. [1] Sed cito postea concessio [2] Regis apparuit non solum frivola, sed penitus fraudulenta.

Trokelowe, p. 43. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The Cardinals leave England.

[3] Hiis expletis, Cardinales, quasi grande quid patrassent in regno, accepta licentia, ad Curiam redierunt, quæ tunc fuerat Ambianis.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Parliament at London.

Eodem anno tenuit Rex Parliamentum Londoniæ circa festum Sancti Michaelis; in quo fuit ordinatum quod haberet in auxilium contra Scotos electos homines de [4] qualibet civitate vel villa regni quæ homines exhibere posset. De civitate Londoniarum [5] dati sunt ducenti viri, armati ad unguem, de Cantuaria quadraginta, de villa Sancti Albani decem; et sic consequenter de civitatibus et villis regni, juxta villarum vel urbium æstimationem. Qui congregati magnum conflaverunt exercitum, et hostibus melius formidandum. Sed cum pervenissent ad Eboracum, suborto tumultu, pariter et simultate cum aliis impedimentis, infecto negotio licentiati ad propria redierunt.

Trokelowe, pp. 43, 44. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

An army levied against the Scots.

Which disperses.

An earthquake.

In crastino Sancti Bricii terræ-motus fuit magnus et horribilis, deterrens corda mortalium plurimorum.

Defeat and death of Edward Bruce.

Per idem tempus Edwardus le Brus, frater Regis Scotorum, qui jam per triennium Hiberniam infestaverat, et se ibidem in regem coronaverat, nullo jure, a fidelibus Regis Angliæ captus est, et propter suam præsumptionem et superbiam decollatus in Dondalk; [6] [expectavit in campo de Dondalk] Anglos Regis fideles, donec caperetur; occisis baronettis de Scotia viginti novem in eodem campo, et quinque millibus et octingentis aliis, præter milites et nobiles supradictos, Primate de Armach pro Rege Anglorum capitaneo existente: sicque quodammodo mors Comitis Gloucestriæ, nuper perempti apud Stryvelyn, multorumque Angliæ nobilium virorum occisio ibidem facta, in signum ruinæ majoris [7] vitæ, ultionis divinæ pariter et humanæ, recepit Robertus de Brus.

Cont. Trivet, p. 29. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

---

[1] The language of Trokelowe here is considerably altered, and somewhat amplified.

[2] Omitted in the printed texts.

[3] Instead of this passage, Trokelowe merely says, "*Cardinales licentiati ab Anglia recesserunt.*"

[4] *quilibet* in orig.; by inadvertence.

[5] *datæ* in orig.; erroneously.

[6] Omitted in orig.; supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. In the printed texts, the whole passage, *expectavit . . . . caperetur* is omitted. The omission has arisen from the second recurrence of the word "*Dondalk.*"

[7] *vicem ultionis divinæ*, in the Continuation of Trivet.

Cont. Trivet, p. 29. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1319.

Robert Bruce is excommunicated.

Interea, Rex Scotorum, cum communicantibus, auctoritate Curiæ Romanæ solemniter et publice in regno Angliæ et Scotiæ, omnibusque terris adjacentibus, extitit excommunicatus, eo quod venit contra fidelitatem Regi Anglorum ab antiquo debitam; regnumque Scotiæ generali supponitur interdicto.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Transit annus iste qui frugibus et fructibus nec sufficeret incolis nec alienis; Anglicis et Scotis instabilis et inquietus; Hibernicis lætus et hilaris, eo quod excussum est jugum dominationis alienæ de cervicibus eorundem.

Trokelowe, pp. 44, 45. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A fresh army raised against the Scots.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo [1] octavo decimo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Secundi, duodecimus, [2] tenuit Rex Natale apud Beverlacum, cum proceribus plurimis et prælatis; quo tempore providit sibi de exercitu copioso, ut Scotorum, si quo modo posset, humiliaret superbiam, et ab illorum irruptionibus Angliam liberaret.

Treachery of Peter de Spaldyng.

Attempt by the Scots to capture the Queen.

Accidit eo tempore, ad malorum cumulum, quod quidam perfidus, dictus "Petrus de Spaldyng," cui custodia villæ de Berewico commissa fuerat, Scotis venderet dictam villam, et intrare permitteret; quod factum Regem graviter contristavit. Cogitavit igitur obsidionem ponere circa villam; cumque collegisset exercitum et plantasset obsidionem, fuissetque sollicitus qualiter villam caperet, Scoti [3] collecti, exercitu quasi viginti millium, per partes obliquas intraverunt Angliam, eo proposito ut Reginam caperent, perhendinantem prope Eboracum in quadam villa minus caute; quam vendiderant illis quidam ex Anglia proditores. Sed cooperante Dei gratia, et Regina præmunita, fugit ad loca tutiora; et Scoti cognoverunt se fore deceptos. Qui dolentes et de inaniter fusa pecunia et de præda perdita, in iram conversi et rabiem, ad omnem malitiam laxaverunt habenas, discurrentes per patriam, et obvia quæque flamma

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Siege of Berwick.

The King disgusts the Earl of Lancaster,

ferroque vastantes. Igitur, dum quilibet pro parte sua obsidionem Berwici fideliter satis ageret et servaret, Rex fatuitate solita prorupit in hæc verba;—"Dominum Hugonem le Spenser "faciam custodem castri hujus, et Dominum Rogerum Tamari "capitaneum hujus villæ; cum eam ceperimus." Quod verbum dure ferens Thomas Comes Lancastriæ, mox cum multis aliis

---

[1] *decimo nono* in the printed texts.

[2] This is probably an expansion of the words of Trokelowe.—"*Eodem* "*anno, qui fuit annus Regis duodecimus, rex tenuit Curiam suam apud* "*Beverlacum, et in autumno sequente* "*de exercitu copioso sibi providebat.*" In the sequel also, of this account of the treachery of Spalding and the Queen's escape from the Scots, the language of Trokelowe is altered and amplified.

[3] *collecto* in the printed texts; *collecti* in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1319. se subtraxit; quamobrem a toto exercitu proditor est clamatus; nempe, prout dicebatur, si se non subtraxisset, villa cum castro in manus Regis data fuisset. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

who withdraws from the siege.

Scoti vincunt Anglos apud Mytone.

[1] Eboracenses considerantes scelera quæ Scoti perpetrabant, ubique animositate concepta, collectis Anglorum decem millibus, sunt egressi, ut civium et patriotarum sanguinem vindicarent. Scoti tunc prope villam de Mitone, sitam juxta fluvium de Swale, solitis facinoribus intendebant. Nostrates vero videntes Scotorum cuneos, incunctanter se ad prœlium ingerebant. Sed [2] quia jam pene totus [3] [eorum] exercitus in armis fuerat, mox contra nostros inexercitatos et inexpertos, et sin duce vel ordine venientes, ordinatissime occurrerunt, et levi negotio nostros fuderunt, et ad tria millia hominum in ore gladii peremerunt; et magna pars eorum qui fugerunt in fluvio de Swala periit, rapaci gurgite suffocata. Commissa fuit hæc infortunata congressio in Vigilia Sancti Matthæi Apostoli et Evangelistæ; cui, prout dicebatur, multi presbyteri sæculares, multique religiosi, interfuerant, mala hora. Cumque rumor hujus facti pervenisset ad aures regias, dimissa obsidione Berwici, festinavit cum suis omnibus obviare Scotis, priusquam attingerent terram suam, et cum eis per partes Orientales juxta Novum Monasterium obviare disponeret. Scoti præmuniti, cum pomposa victoria, hominum et armentorum præda, per aliam viam reversi sunt in regionem suam, favillas et cineres, et vapores fumi, ac peremptorum cadavera, in omni villa per quam transierant, post se in suæ crudelitatis memoriam relinquentes. Igitur Rex, sentiens cotidie sua damna cumulari, de communi consilio in treugas jurat biennales; Scotis libenter has acceptantibus, non tamen quia jam fuerant bellis fatigati, sed quia fuerunt Anglica præda ditati.

Trokelowe, pp. 45, 46. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Defeat of the English at Mitton on Swale.

The King pursues the Scots; who escape.

A truce concluded, for two years.

Eodem anno inaudita pestis animalium, dubium unde nata, succrevit in Anglia; quæ circa tempus Paschale incepit in Estsexia, et diffusa est in brevi per totam insulam, durans per totum annum et inficiens pene cuncta pecora regionis. Et quod est auditu insolitum, et fortassis erit futuris incredibile, canes de cadaveribus pecorum morientium comedentes, et corvi, illico intumuerunt, quasi toxicati veneno, et mortui corruerunt. Quamobrem nullus erat hominum qui fuit ausus

Murrain in England; and, as reported, in France.

---

[1] Though this account is based upon the text of Trokelowe, his language is considerably expanded.

[2] *quorum* in orig.; corrected from the printed texts.

[3] Supplied from the printed texts.

carnes bovinas edere, quia in bobus maxime valuit pestis illa. Dicebatur etiam, quod tota Gallia per idem tempus eadem peste fuit infecta. A.D. 1319, 1320.

Murimuth, p. 32. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Hoc anno multi pastores pecudum, et quidam alii, ac mulieres de Anglia et aliis mundi partibus, collegerunt se, volentes adquirere Terram Sanctam et inimicos Christi interficere, ut dicebant. Et quia non potuerunt Mare Magnum pertransire, multos Judæos in partibus Tholosanis et Aquitanniæ peremerunt, asserentes eos inimicos fidei. Ob quam causam multi eorum capitalem sententiam subierunt, et alii, frustrati suo proposito, redierunt; et sic Enormities committed by fanatical persons against the Jews.

"Vertitur in nihilum, quod fuit ante nihil."

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Transit annus iste pauper frugum, inops fructuum, probrosus, damnosus, Anglicis; gratus et accommodus Scotorum latrociniis; Gallicis pestifer, sed quietus.

Cont. Trivet, p. 27. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. [1]Regina peperit filiam suam primogenitam, nomine Alienoram," apud Wodestok. Birth of Princess Alianor, at Woodstock.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Anno gratiæ millesimo trecentesimo [2]nono decimo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Secundi, tertius decimus, tenuit Rex Natale Wyntoniæ, cum magna multitudine militum, armigerorum, et regalium famulorum.

Trokelowe, p. 47. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Hoc anno, Johannes de [3]Kendale, Wyntoniensis Episcopus, obiit in viam patrum; cujus morte comperta, Summus Pontifex sibimet collationem dicti beneficii, quia pingue fuerat, reservavit; sed monachi, reservationem prædictam nihil pendentes, obtenta a Rege licentia, ad electionem processerunt, et virum eminentis litteraturæ, quemdam monachum de suo monasterio, consensu unanimi elegerunt in Episcopum et pastorem. Rumore igitur ad aures Papæ delato, Papa dictam electionem [4]nullam esse pronuncians, cassavit electionem memoratam, et Domino Rigaudo, clerico suo speciali, Wyntoniensem contulit Præsulatum; qui cum, post multas tergiversationes, Regis benevolentiam adeptus fuisset, in Monasterio Sancti Albani, ad Romanam Ecclesiam nullo [5]medio pertinente, munus consecrationis accepit per manus Londoniensis Episcopi, in præsentia Elyensis et Roffensis Episcoporum, obtenta prius licentia ab ejusdem loci Abbate et Conventu. Et ne ipsius consecratio futuris temporibus privilegiis Monas- Reginald (de Asser) appointed Bishop of Winchester; and consecrated at Saint Albans.

---

[1] This passage is omitted in the printed texts.

[2] *vicesimo* in the printed texts.

[3] Properly *Sendale*, or *Sandale*. The mistake has probably arisen from Trokelowe giving the name as "*Cenedele*." See p. 148, *ante*.

[4] *nullum* in orig.

[5] *modo* in the printed texts; but *medio* in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. The words *nullo medio*, or *modo*, are omitted in the text of Trokelowe.

A.D. 1320, 1321. terii supradicti præjudicialis existeret, litteras super indemnitate privilegiorum fecit fieri, quas Conventui tradidit sigillo suo signatas. Consecratus est autem in die Sancti Edmundi Archiepiscopi Cantuariensis ad majus altare, cum magna præsulum devotione. Trokelowe, p. 47. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A pretender to the crown appears at Oxford.

[1] Sub hoc anno venit Oxonias quidam pauper juvenis, et prædicavit ibidem se fore Regis Edwardi, nuper regis, hæredem; et quod Edwardus, qui modo regnat, non erat Regis filius, sed cujusdam carectarii, dolose subintroductus ad Reginam. Quod audientes cives Oxonienses, ceperunt dictum juvenem, et miserunt ad Regem, tunc Northamptoniæ existentem: qui a ministris Regis, in ultionem mendacii, tractus et suspensus est, extra villam in loco vocato "le Coppedethorn," inter Northamptoniam et Kyllyngworthe, ad terrorem et exemplum talium nebulonum. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

He is executed.

Ravages committed by the Scots.

Per idem tempus, Rege existente Eboraci, Scoti intraverunt Angliam et illuc usque pervenerunt, et suburbana civitatis Eboracensis cremaverunt, et captivos ceperunt Dominum Johannem de Bretayne, Comitem Richemundiæ, et plures alios, qui gravissima redemptione sunt postea liberati. "

Charge against the lepers throughout Christendom; and the Jews.

Hoc anno leprosi quasi per totam Christianitatem fuere diffamati, quod iniissent fœdus cum Saracenis ad intoxicandum Christianos ubique terrarum; quod in multis fecerant partibus, ponendo venenum in fontibus, puteis, doliis, et locis aliis; super quo multi de Provincia et Francia convicti combusti sunt, et Judæi detenti et incarcerati, propter auxilium eis præstitum et consensum. Murimuth, p. 32. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo [2] vicesimo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Secundi, quartus decimus, tenuit Rex Natale Londonias, apud Westmonasterium, cum magna gloria et honore. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Dissension between the Earl of Hereford and the Mortimers, and the De Spencers.

Hoc anno miles quidam, [3] prædives a parentela, sed dissipator substantiæ sibi relictæ, dictus "Willelmus de Brewes," qui Baroniæ dignitatem possedit, a parentibus in Marchia Walliæ quamdam portionem terræ ipsum hæreditario jure contingentem, diversis dominis obtulit ad vendendum. Terra vero quam vendere voluit, "Terræ de Goweres" antiquitus vocabatur. Comes autem Herfordiæ, quia dicta terra contigua fuit terris suis, pro quadam summa pecuniæ cum dicto Trokelowe, p. 48. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

---

[1] This story is also related, (but in totally different terms) in the Continuation of Trivet, p. 26, and in Higden's *Polychronicon*.

[2] *vicesimo primo* in the printed texts.

[3] *perdives* in the printed texts.

Trokelowe, pp. 48, 49. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1321.

Willelmo convenit, et eo promisit uberius solvere, quo novit terram utiliorem præ cæteris sibi fore; unde obtenta a Rege licentia, dictam terram ingredi disponebat, tanquam propriam possessionem. Duo etiam milites præpotentes, quorum quilibet vocatur "Rogerus de Mortuo Mari," videlicet avunculus atque nepos, quia terra illa sibi videbatur accommoda, propter vicinitatem terrarum suarum, nescientes de facto prælocuto, accesserunt ad dictum Willelmum de Brewes, et cum eo convenerunt sub pacto quodam de terra prædicta sibi et suis habenda et tenenda; et quasi securitatem de dicto Willelmo reportarunt. Dominus Johannes de Moubray, qui filiam dicti Willelmi duxerat in uxorem, quæ hæres unica fuit illi, de tota terra præfata, tanquam uxori suæ hæreditario jure debita, securior existebat. Novissime, ad omnium malorum cumulum, Hugo Dispensator junior, concupiscens terram sæpius memoratam, quia terris suis undique vicina fuit, quia Domini Regis erat Camerarius, ampliorem a Rege gratiam de terra comparanda obtinuit, et specialiorem a domino dictæ terræ adeptus est favorem, in emptione terræ [1]præfatæ, ita quod finaliter terram illam, exclusis omnibus aliis, comparavit. Igitur præfati proceres, videntes se circumventos et delusos ab Hugone, et a suo proposito defraudatos, commoti sunt valde et ad iracundiam concitati. Comes vero Herefordiæ, Humfridus de Boun, conquestus est super injuria sibi facta Thomæ Comiti Lancastriæ; qui allicientes cæteros pene cunctos Comites et Barones in partem suam, conjurationem fecerunt maximam, ad vivendum et moriendum pro justitia, et regni proditores pro viribus destruendum, et præcipue utrumque Hugonem de Spencer, patrem scilicet atque filium, quos odio inexorabili perstringebant; eo maxime, quia Regem ducebant pro suæ voluntatis arbitrio, in tantum quod nec Comes, nec Baro, nec Episcopus, quicquam valuit expedire in Curia sine horum consilio vel favore. Omnium ergo livore persequebantur, qui omnibus pene dominabantur, et quo plus crevit eorum gloria, et eo amplius contra illos crevit invidia, quæ semper accrescit abundantia aliorum.

MS Bibl. Reg. 13 E. ix.

The Barons meet, to take measures against the De Spencers.

Igitur Barones, duce Thoma de Lancastria, apud Schirborne in [2]Clivedone convenerunt, fœderati, prout dicitur, et juramentis astricti, ad prosequendum propositum usque ad corporis et animæ divisionem. Sed tamen pene cuncti, præter Thomam de Lancastria et Humfridum Comitem de Herefordia,

[1] *præfata* in the printed texts.

[2] *Elmedon* in the printed texts; *Elmedone* in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1321. et paucos alios, ante finem egotii retrorsum abierunt, et, præ timore mortis, se Regi dediderunt: sed hæc inferius plenius videbuntur. Cumque Barones, ut præfertur, apud Schirburnam convenissent, quosdam articulos in [1] proscriptionem dictorum Hugonis et Hugonis composuerunt; sed tamen vias juris et æquitatis in hac parte penitus omiserunt, suorum pro tempore exequentes impetus animorum. Nam illorum bona qui illis vel amicitia vel affinitate juncti fuerant, furibunde invadebant, capientes castra per violentiam, vastantes prædia per malitiam, et perimentes famulos repertos in custodiis eorundem; dolentes ob hoc tantummodo, quod eorum personas capere, quos oderunt, minime potuerunt. Prædicta furia de die in diem vires sumente, Barones vexillis explicatis ad Sanctum Albanum veniunt, per viam diripientes ubique victualia, et pauperes terræ gravantes. In hac comitiva fuerunt quidam, qui propter inveteratum odium Monasterium Sancti Albani, dictique loci monachos, se gravaturos devoverant. Sed tamen, disponente Deo, qui neminem tentari permittit supra vires, horum magister, et auctor tantæ malitiæ, in villa de Aleysbury, priusquam ad Sanctum Albanum attingeret, morbo percussus irremediabili, propriis seipsum discerpit manibus, et post duos dies miserabiliter expiravit. Cæteri, tam formidabili tremefacti vindicta, casum pro miraculo reputantes, ab executione voti illiciti, timore magis quam amore, destiterunt.[2]

Trokelowe, pp. 49, 50. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

And wreak their vengeance upon the friends of the De Spencers.

The safety of the Monastery of Saint Albans miraculously ensured.

The Barons make certain demands upon the King.

Magnates vero, apud Sanctum Albanum cum suis armatis exercitibus per triduum perhendinantes, miserunt solemnes ad Regem nuncios, Londoniis commorantem, Londoniensem, Saresburiensem, Helyensem, Herefordensem, et Cicestrensem, Præsules, qui tunc apud Sanctum Albanum convenerant pro pace reformanda; mandantes, ut Dominus Rex non solum suam vacuaret Curiam, sed regnum suum, de regni proditoribus, Hugone et Hugone le Spencer, per communitatem terræ in multis condemnatis articulis, exiliumque meritum subire permitteret, si diligeret regni pacem. Petierunt Barones insuper, ut Rex ipsis, et omnibus qui in eorum comitiva arma moverant, litteras patentes indemnitatis concederet, et ne pro transgressionibus transactis vel præsentibus a Rege, seu quovis alio futuris temporibus, punirentur. Ad hæc Dominus Rex respondit, quod Hugo de Spencer pater in suo negotio mare transierat, et Hugo junior in mari erat ad custodiendum Quinque Portus, prout ex officio tenebatur; qui

His answer thereto.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[1] *præscriptionem* in the printed texts.

[2] At this point, a long passage in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. is omitted.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. de jure vel consuetudine exulare non debent ante responsa data per eosdem. Adjecit præterea, quod eorum petitio juris et rationis fundamento carebat, eo maxime quod dicti Hugo senior et Hugo junior parati semper fuerant omnibus de se conquærentibus in forma juris respondere, et si [1]probari posset eos in aliquo statuta terræ læsisse, parati semper fuerant legibus regni parere. Postremo, cum juramento addidit, quod noluit sacramentum violare, ad quod astrictus fuerat in sua coronatione, concedendo litteras pacis et indulgentiæ tam notorie delinquentibus, in suæ personæ contemptum, et totius regni perturbationem, et majestatis regiæ læsionem. A.D. 1321.

Trokelowe, p. 51. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Trokelowe, p. 51. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The Barons appear in arms, and extort certain concessions from the King.

Hiis auditis, proceres acti in furiam confestim ad arma prosiliunt; et milites [2]quidem super armaturam cotucas induerunt, vocatas "*quarteloys;*" armigeri vero indumenta bendas habuerunt: quibus indumentis expost induti, tracti sunt et suspensi plurimi de procerum comitiva. Cum fastu igitur et pompa nimia Barones Londonias adierunt, hospitatique in suburbio civitatis, manebant pacifice donec licentiam ingredi civitatem obtinuissent: obtento a Rege civitatis ingressu, magnates, sicut prius, in petitione sua fortiter persistiterunt. Tandem interveniente Regina, et præfatis Episcopis laudabiliter mediantibus, Rex inductus est, propter werræ periculum evitandum, ad condescendendum votis et petitionibus procerum prædictorum. Edictoque super hiis per Comitem Herefordiæ in Aula Westmonasterii publicato, Hugo senior in exilium actus est. Sed Hugo junior in diversis locis latitans, in Anglia et in mari permansit. Hiis itaque peractis, Barones, obtentis a Rege litteris [3][de] impunitate et pace Regis, ad propria redierunt, nec hilares de dicta pace concessa, prout præmittitur, nec securi, quia de Regis benevolentia desperabant; et ideo armati semper incedebant, et loca tuta quærebant.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Trokelowe, p. 52. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The Queen is refused admission to Leeds Castle, in Kent.

Interea casus accidit eisdem magnatibus, plenus infortunio et generativus molestiæ subsequentis. Isabella nempe Regina, quæ nutrix pacis et concordiæ semper fuerat inter Regem et Barones, peregrinatura versus Cantuariam, in castro de Ledes hospitari et pernoctare disposuit. Quod castrum Dominus Bartholomæus de Batlesmere, [3][qui] diu Senescallus Regis fuerat, a Rege in excambium pro quibusdam terris aliis, sibi et suis hæredibus, impetraverat; in quo suam conjugem, cum par-

[1] *probare possent* in the printed texts.

[2] *quidam* in the printed texts; *quidem* in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] Inserted from the printed texts and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1321. vulis et magni thesauri copia, dimiserat pro tutela, dum, fidem Domini sui Regis deserendo, adhæsit Baronibus in turbatione præfata. Igitur præveniens Dominam suam, Reginæ Marescallus petiit ingressum castri, ut illuc necessaria comportaret, et pararet pro familia domoque Reginæ. Sed [1] qui in castro fuerant, procaciter responderunt, se nec Reginæ nec cuiquam alteri ingressum castri permittere, sine jussione vel litteris domini dicti castri. Responsum mox ad aures Reginæ pervenit, quæ illuc in propria persona perveniens petiit ingressum castri; sed nullam spem intrandi potuit a respondentibus obtinere, et ideo alias pro nocte illa quæsivit hospitia, illo expresse sibi [2] et penitus denegato. Cumque redisset ad Regem, de injuria conqueritur sibi facta; ex cujus relatione Rex provocatus ad iram, collectis pluribus armatorum millibus, cum multis Londoniensibus, ad dictum castrum accessit personaliter, inclusis præcipiens ut redderent sibi castrum. Renuentibus castellanis parere jussis regiis, Rex artat inclusos obsidione, [3] et tamdiu perseverat ibidem, donec [4] virtus inclusis et victualia defecissent. Tandem redditum est castrum in manus Regis, cum omnibus quæ intus erant. Thomas Colpeper, custos castri, captus est inprimis, qui tenuerat castrum contra Regem, et pro rebellione tractus et suspensus est. Mulieres ibi repertæ Londonias missæ sunt, in Turri Londoniarum sub arta custodia conservandæ; servientes, diversis multati pœnis, in locis variis sunt perempti. Thesauri reperti, cum armis et equis, regiis sunt usibus deputati.[5]

Trokelowe, p. 52. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix

Trokelowe, p. 53. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The Castle is taken by the King's forces; and the Warden hanged.

Trokelowe, p. 53. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Quibus itaque peractis, Rex suis militibus custodiam castri commisit, et victoriose progrediens versus Cirecestriam, obiter cepit multa castra sibi rebellantium manu forti procerum.

The younger De Spencer joins the King; who levies an army against the Barons.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Circa festum Omnium Sanctorum proximo subsecutum, Hugo Dispensator junior, filius videlicet senioris, ascendit e mari et pervenit ad Regem; cujus consilio et quorundam aliorum, Rex mandavit brevia sua ad omnes Vicecomites totius Angliæ, ad congregandum exercitum contra Barones; quia cupiebat vindicari de despectu et rebellione nuper Londoniis sibi factis. Barones vero, præmuniti de tanta molitione, se muniverunt pro viribus, et ipsi multitudinem exercitus

---

[1] This is not exactly what is stated by Trokelowe,—"*respondit* "*domina castri, vel alius pro ea.*"

[2] These two words are omitted in the printed texts; they are found in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] *ut* in orig.; corrected from the printed texts.

[4] *victus* in the printed texts.

[5] It seems not improbable, that in this account of the siege of Leeds Castle, the narrative of Murimuth (pp. 34–36) has been also consulted.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. colligentes, ut vim vi repellerent, et viriliter defenderent causam suam; illud poeticum concorditer retinentes:— A.D. 1321, 1322

"Felix qui quod amat defendere fortiter audet." The Barons do the same.

Transit annus iste, sicut cæteri illaudabilis, proventu frugum vel fructuum damnosus, proceribus et mediocribus suspectus, molestus, et turbulentus; Regi sollicitus et invisus; Scotiæ, propter magnatum Anglorum regni discordiam, jocundus et hilaris; Franciæ, Flandriæque, pacificus; et, quod dolendum fuerat, Sarracenis et incredulis fertilis et quietus.

Trokelowe, p. 53. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Anno gratiæ millesimo trecentesimo vicesimo [1] primo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Secundi, quintusdecimus, tenuit Rex solemnitatem Natalis Dominici apud Circeestriam, cum magna militum, scutiferorum, et [2] arcitenentium numerositate. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Illuc ergo grandem convocavit exercitum contra Barones, proponens proculdubio vel mori viriliter, vel velut rex super suos subditos imperialiter dominari. The King summons his forces. Tr. p. 53. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Audientes multi de Baronibus Regis propositum, diffidentes et animo concidentes, neglecto juramento quod in commune præstiterant, ad Regem meticulosi venerunt, se suæ gratiæ in omnibus submittentes. Many of the Barons submit. Trokelowe, p. 53. Inter quos duo Rogeri de Mortuo Mari primi, vel inter primos, accesserunt, se voluntati regiæ supponentes; MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. qui partem Baronum in magna parte debilitaverunt, eo quod essent strenui et bellicosi, potentes rebus sæculi et famosi, et Trokelowe, p. 53. De la Moor, p. 595 (ed. Camden). MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. præ cæteris causæ communis incentores; sed tamen secus accidit eis quam sperabant. Nam cum se Regi reddidissent, missi sunt ad Turrim Londoniarum, donec Rex considerasset quid de eis facere debuisset; qui quem finem sortiti sunt, sequentia declarabunt. The Mortimers submit; but are sent to the Tower.

De la Moor, p. 595. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. [3] Comprehendit Rex Dominum Hugonem de Audelee seniorem, et Dominum Mauricium de Berkele, et misit illos ad castrum Walyngfordiæ conservandos. Other nobles are captured. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Alios vero multos, blandis delusos promissionibus, simili sorte cepit, et variis custodiis commendavit.

Trokelowe, p. 54. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. [4] Cumque Comes Herefordiæ, cæterique Barones adhærentes sibi, hæc veraciter cognovissent, ad partes Gloverniæ se contulerunt; deinde, una cum Thoma Lancastriæ Comite, exercitu grandi collecto, versus Burtone super Trentam vexilla verte- Rebellion of the Earls of Lancaster and Hereford.

---

[1] *secundo* in the printed texts.

[2] *architenensium* in orig.

[3] De la Moor however speaks of them as "*ad ejus gratiam confugientes*."

[4] The following account is partly taken from the official Record against the Earl of Lancaster, a copy of which is preserved in the text of Trokelowe; apparently cited as the "Chronicle of William Rysangre" in p. 165.

A.D. 1322. runt,[1] rapinis indulgentes ubique ad magnum patriæ nocumentum. Quos e vestigio Rex insequens, reperit collectos et paratos ad resistentiam faciendum. Impediveruntque Regem per tres dies continuos, quominus pontem dictæ villæ de Burtone transire posset, occisis quibusdam de Regis exercitu qui pontem transire animosius institerunt; unde Rex coactus est transitum aliunde quærere ultra Trentam. Pertransito Trentæ fluvio, Rex hostiliter equitavit versus Comites supradictos. Thomas vero Comes, videns jam res agi pro capitibus, cum suis commanipularibus exiit villam de Burtone, et exercitum in campo statuit contra Regem, expectans Regis adventum in eodem campo. Sed cum vidisset Regis exercitum, tam numero quam potentia multo suis præstantiorem, confusus fugit in dedecus sempiternum. In fugiendo vero, diversas fecit deprædationes Baronum exercitus, dum vi non tantum victualia per viam rapiunt, sed etiam substantias diripiunt incolarum. Nec segnior Rex ipsos fugientes persequitur, dietas continuans prout possibilitas suppetebat. Thomas vero de Lancastria, cum Baronibus ex exercitu fœderato, pervenit ad Bourhgbrigge, ubi repererunt magnam resistentiam [1] de Borealibus partibus congregatam. Nempe ad dictum locum convenerant Custos Eboraci, Dominus Symon Warde, et Custos Karleoli, Dominus Andreas Herkele, cum sufficienti manu ad pugnandum parati; ubi cum Dominus Humfridus de Boun, Comes Herefordiæ, pontem transire voluisset, a quodam sub ponte latente lancea transfixus est, et peremptus ibidem. Thomas vero de Lancastria, non valens sustinere pondus prœlii in eum versi, nec de loco fugere, captus est ab Andrea de Herkele, Custode Karleoli, milite mediocris fortunæ. Capti sunt etiam ab eodem Dominus Rogerus de Cliffordc, Dominus Johannes de Mounbray, Dominus Warinus de Insula, cum multis aliis, et adducti ad Regis præsentiam ad Pontem Fractum; ubi Rex, cum duobus Dispensatoribus, Hugone seniore et Hugone juniore, morabatur.

Trokelowe, pp. 54–58. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The King proceeds against them.

The Earl of Lancaster takes to flight.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

He is defeated and captured.

The Earl is maltreated.

Et cum Thomas Comes introductus fuisset in villam, a tota gente derisus est, et acclamatus "Rex Arthurus," et undique subsannatus. Quod tantummodo juste dicebatur accidisse sibi, eo quod ipse Regem pari forma dehonestaverat, cum Rex parum ante a partibus Borealibus divertisset, et venisset ad Pontem Fractum. Nam Thomas, irreverenter egrediens cum suis hominibus, exiit castrum ad

His former conduct towards the King.

[1] Down to this point, the narrative corresponds with the language of the Record. It now enters into particulars which are not to be found there, nor in the very similar account given by De la Moor.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. despiciendum Regem, et acclamans in ipsum Regem vilissime et contemptibiliter cum magno tumultu, in maximum contemptum ipsius, ac si non fuisset ejus dominus, nec rex ejus. Idcirco venerunt super eum mala præsentia, prout creditur, ut per hæc purgatus facilius post hanc caducam mereatur consequi vitam beatam. [1]Tertio nempe die a captione sua, sederunt principes, et in eum sententiam dictaverunt, Dominus Rex in primis, assidentibus Edmundo Comite Cantiæ, Hugone Comite Wyntoniæ, Aymero Comite Penbrochiæ, Johanne de Warenna Comite Southreyæ, David Comite de Athesel, Roberto Comite de Angos; ubi adjudicatus est tractioni, suspensioni, et decollationi. Tamen, quia idem Comes de parentela fuit excellenti et nobilissima procreatus, Rex, ob reverentiam parentelæ suæ, remisit de sua speciali gratia dicto Thomæ Comiti executionem duarum pœnarum, quod idem Thomas Comes non traheretur nec suspenderetur, sed quod executio fieret tantummodo super ipsum, quod decapitaretur; sicque decapitatus est extra villam de Ponte Fracto, a captione sua die [2]tertio, ut præfertur. A.D. 1322. He is sentenced to death. And executed.

Warrinus de Insula, Willelmus Toket, Thomas Maudut, Henricus de Bradebourne, Willelmus filius Willelmi, et Willelmus Cheyne, qui capti sunt cum Thoma Comite, propter roberias et felonias, et resistentiam quam fecerunt contra Regem ad villam de Burtone, occidentes Regis familiares, et Regis transitum prohibentes, ac partem villæ prædictæ in recesssu suo comburentes, cæteraque perpetrantes, quæ dicto Thomæ Comiti imponuntur, adjudicati sunt, de prædictorum Comitum et Baronum consilio, tractioni et suspensioni apud Eboracum. Dominus Rogerus Clifford, Dominus Johannes de Mounbray, eodem judicio condemnati sunt et suspensi. [3]Gosselinus de Inuylla simili sorte vitam finivit; expost parumper Dominus Henricus Tyes captus Londoniis tractus et suspensus est. Deinde Dominus Bartholomæus Batlesmere captus [4][est], et Cantuariæ decollatus. Solus Dominus Rogerus Tamori morte obiit naturali. Cætera qui voluerit videre plenius, in Chronicis Willelmi [5]Rysangre, apud Sanctum Albanum, [6]plenius poterit reperire; ubi Recordatum Regis habetur de omnibus memoratis. Execution of other nobles throughout England. Murimuth, pp. 36, 37. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

---

[1] This portion of the narrative is evidently derived from the words of the Record.

[2] "*sexto post die suspendio con-* "*demnatus est.*"—De la Moor.

[3] This account is somewhat similar to that given by Trokelowe, but fuller.

[4] Supplied from the printed texts.

[5] *Risanger* in the printed texts.

[6] *latius* in the printed texts.

A.D. 1322. Expedition against Scotland. Rex igitur elatus de tanta victoria, (qui potius gemuisse debuerat de tanta nobilium turba male perempta, quia tunc fuit vere victus, quando tot vicit prudentes milites,) collegit exercitum fortem nimis et magnum contra Scotos, quantus a longo tempore non est visus. Qui absque victualibus in gravi pomposaque multitudine in Borealibus adunatus partibus, pervenit ad Regem ad villam de Novo Castro super Tynam. Inde Rex hostiliter profectus est in [1] Scotia, lento gressu permetiens quasdam partes illius provinciæ; cujus adventu præcognito, Scoti bona sua cum necessariis ad loca tutiora comportaverunt, fugientes ad [2] montes, nemora, vel paludes: sicque contigit, ut cum Rex suis nullam resistentiam inveniret, nullaque victualia reperiret, sed omnia deserta, vacuata, [3] vastata perpendit, consumptis igitur victualibus, tam per terram quam per mare pro exercitu comportatis, magna pars exercitus, fame et inedia tabefacta, [4] protinus est extincta. Quia, prout dicit Vegetius *De Re Militari*, "Sæpius penuria "quam pugna consumit exercitum, et ferro severior fames "est." Cernens autem Rex plebem suam perire tam miserabiliter, dolens domum regreditur, infecto quocunque negotio fructuoso. Cumque multi de Regis exercitu [5] pervenissent ad propria, et gustassent cibos avidius, mox vel diruptis visceribus moriebantur, aut, consumpta natura, semper imbecilles et debiles permanserunt, vires præhabitas recuperare non valentes.

Trokelowe, pp. 63, 64. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Unfortunate results thereof.

King Edward flies from the Scots. Contigit eo tempore, cum Rex in partibus moram traheret Borealibus, in loco qui dicitur "Regalis Vallis," minus caute, Scoti, per exploratores perfidos quos habebant Anglicos, edocti de Regis male cauta perhendinatione, ingressi sunt regnum subito, [6] sperantes Regem incautum capere vel certe perimere, si fortuna favisset: sed, Deo volente, Rex, præmunitus de Scotorum molitionibus, recessit a loco; quem velut fugientem Scoti persecuti sunt usque ad Abbathiam de Byland; sed nec ibi tutus locus Regi fuerat, propter Scotorum violentiam. Quamobrem Rex, vix arreptis armis, fugit Eboracum celeriter, thesauro suo, victualibus, et utensilibus, direptioni [7] relictis. Scoti vero, videntes vias suas prosperari, patriam pervagantur, omnia ferro flammaque vastantes, et captivos multos secum trahentes; inter quos

---

[1] *Scotiam* in the printed texts.

[2] Apparently expanded from the "*ad loca tuta confugientibus*" of Trokelowe.

[3] *et vastata* in the printed texts.

[4] *penitus* in Trokelowe; *protinus* in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[5] *pervenisset* in orig.; by inadvertence.

[6] The language of Trokelowe is amplified here.

[7] *relectis* in orig.; by inadvertence.

Trokelowe, p. 64. MS. Bibl. Reg. 13. E. ix. virum nominatissimum, Dominum Johannem de Bretayne, ceperunt, Comitem scilicet Richemundiæ, et multis spoliis domum prospere sunt regressi. A.D. 1322, 1323.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Eodem anno Dominus Hugo de Spencer pater factus est Comes Wyntoniæ; cui Rex dedit castrum et honorem de Donyntone, quod fuit de Lincolniæ Comitatu. The elder De Spencer created Earl of Winchester.

Murimuth, p. 38. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Ipso anno obiit Rex Franciæ Philippus, filius Philippi; cui successit in regno Karolus frater ejus, qui prius fuerat Comes Marchiæ Vasconiæ. Death of Philip V.; succession of Charles IV.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Transit annus iste parum frugifer, alias satis fructifer; Angliæ damnosus, probrosus, luctuosus, propter intestinam discordiam et nobilium terræ jugulationem; Regi vero infamis notabiliter, propter tyrannidem in suos naturales; invisus propter infelicem protectionem ad partes Boreales et in Scotiam, ubi pene perdidit [1] mediam gentem suam, putibunde maxime, propter fugam suam ante Scotorum faciem in proprio regno suo, et thesaurorum suorum perditionem.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo vicesimo [2] secundo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Secundi, sextusdecimus, tenuit Rex Natale Dominicum Eboraci, dissimulans damna probrosa, quæ perceperat dudum per Scotos, et gestans vultu lætitiam, quamvis immaniter in animo torqueretur.

Eodem tempore, quidam de mediocri familia Thomæ, quondam Comitis Lancastriæ, captus est, qui pro rebellione quam fecerat, insurgendo contra Regem in werra Baronum, et notabilibus deprædationibus et incendiis, judicio publico condemnatus est. Sed quia, quandoque steterat in Regis Curia, et placuerat quibusdam de majoribus Regi assistentibus, multi Regem adierunt, deprecaturi pro vita ejus. Quos cum Rex audisset instantius pro ejus salvatione precari, commotus est vehementissime, cum verbis imperii ita respondens:—"Væ vobis, susurrones infandissimi, detractores malevoli, "nequam consiliarii; pro vita deprecamini nebulonis notis-"simi, qui pro vita mei consanguinei, militis illustrissimi "Thomæ Comitis, nullas preces facere voluistis. Et quidem "si ipse vixisset, mihi totique regno necessarius extitisset. "Hic vero, quanto diutius in hac vita perstiterit, erit tanto "scelestior; quippe qui hactenus replevit sceleratis facinoribus "totum regnum meum, per animum," inquit, "Dei, morte "debita morietur." Et mox jussit executionem fieri de judicio dato super eum; motus maxime contra suos, qui nolu- The King rebukes his adherents, and laments the death of the Earl of Lancaster.

---

[1] *per* is here inserted in the original (from MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.); but in both instances erroneously.

[2] *tertio* in the printed texts.

A.D. 1323. erunt preces fundere pro Thoma Comite, quem Rex intime diligebat. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The King is summoned to do homage for the Duchy of Aquitaine.

[1] Eo tempore venerunt ad Regem Angliæ nuncii novi Regis Franciæ Karoli, videlicet Dominus de [2] Beomble, et Dominus Andreas de Florentia, ad citandum et monendum eum, quod veniret infra certum tempus ad faciendum homagium suum ipsi Karolo, novo regi, pro Ducatu Aquitaniæ. Et licet Hugo de Spencer filius, et Robertus de Baldok, Cancellarius, procurassent ipsos nuncios, quod non notificarent Regi adventus sui causam, ipsi tamen in suo recessu monuerunt eum quod veniret infra certum tempus, quasi consulendo, ad homagium faciendum. Super qua monitione, sive citatione, subdola, dictus Andreas de Florentia, qui fuit notarius, fecit publicum instrumentum; virtute cujus, Rex Franciæ fecit processum contra Regem, et terras multas Wasconiæ seisere fecit, in pœnam contumaciæ Regis Angliæ; qui fuit informatus per malos consiliarios, quod ipsum præfata citatio vel monitio non artabat. Murimuth, pp. 40, 41. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The King of France seizes certain of his lands in default.

Envoys sent by Robert Bruce to the Roman Court; but through the agency of the King of England their object is frustrated.

Eodem anno Episcopus Glascuensis, et Thomas Rondolf, Comes Moraviæ, missi sunt per Robertum Brus et totum regnum Scotiæ ad Curiam Romanam, pro habenda relaxatione excommunicationum et interdicti sententiarum, in regnum et regnicolas Scotiæ per Cardinales, auctoritate Papæ, latarum. Contra quos Rex Angliæ misit quemdam [3] simplicem clericum, qui obtulit se coram Papa ex parte Regis Angliæ ad probandam Scotorum manifestam et notoriam offensam, non solum contra Regem et regnum Angliæ, sed etiam contra Sedem Apostolicam, fore contractam; ita quod ante satisfactionem non possent dictæ censuræ laxari de jure. Contigitque clerici dicti diligentia, quod Scoti infecto negotio redierunt.

The treason of Sir Andrew Harcla.

Per idem tempus, Andreas Hercle, de probo factus improbus, levavit calcaneum contra Regem, qui illum de pusillo magnum [4] creaverat, et fecerat ei nomen juxta nomen magnorum qui sunt in terra. Siquidem cum dictus Andreas ad Pontem Burgi Barones a facie Regis fugientes viriliter excepisset, et Humfridum de Boun per suos, ut præfertur, peremisset, et Thomam, Comitem Lancastriæ, tanquam captivum cepisset, reliquos vero fugasset vel occidisset pro libito, et cum magna pompa a Rege acceptus fuisset, et pro tanta victoria cogitavit Rex qualiter talem virum posset uberius honorare; tandem deliberato consilio, propriis manibus eum cinxit gladio MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Trokelowe, p. 65. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[1] For this account, De la Moor, (p. 596) may also possibly have been consulted.

[2] *Beoville* in Murimuth.

[3] This clerk appears to have been Murimuth himself. See p. 41 of his Chronicle.

[4] *creavit* in the printed texts.

Trokelowe, p. 65. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1323.

militari, donans ei Comitatum de Karleolo, cujus per ante civitatis et castri diu fuerat Constabularius, sive Custos. Qui mox honore tanti nominis elevatus, Hugonem Dispensatorem cœpit persequi, propter rancorem quem per longum tempus conceperat contra eum. Sed cum videret dictum Hugonem de die in diem proficere et exaltari, insuper et per Regem manuteneri, contra eum indignatus quam maxime, quod juxta malitiam cordis sui vindicari non poterat, contra fidelitatem quam domino suo Regi juraverat, junxit se Scotis, inimicis Regis publicis, et eorum consiliis se immersit; qui mox ab illis hilaritate tanta susceptus est, ac si cœleste munus; quia nullus unquam fuerat illis infestior aut acrior expugnator.

His hatred of Hugh de Spencer,

And alliance with the Scots.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Nempe in regnorum confinio semper habitans, [1]damna innumerabilia illis intulerat, modo prædas agens, modo faciens equitationes, modo captivos secum trahens, modo flammis villas prædiaque devastans. Cumque per dies aliquot moram fecisset inter eos, et ipsi jam securi facti fuissent de ejus nefanda perfidia contra Regem Angliæ, cogitaverunt eum, quantum poterant, honorare, in tantum ut sororem Regis Scotiæ vellent sibi conjugio copulare. Rex interim Angliæ, cognoscens per relatores quid Andreas fecerat, doluit quod tanta beneficia contulerat tam ingrato. Erat tunc in partibus Borealibus miles famosus et strenuus, vocatus "Antonius," cognomento "de Lucy," qui et Regis favorem cupiebat adquirere, et patriam de tam nefando proditore protinus vacuare. Hic per exploratores edoctus, quod Andreas apud Karleolum satis secure, nihil mali suspicatus, morabatur, repente cum manu valida irruit super eum. Quem illico captum misit ad Regem Londoniis catenatum, ubi quadrifario judicio condemnatus est. Nempe primo degradatus est, amputatis securi ad talos suos calcaribus, et sic vicissim discinctus est balteo militari, ablatis calceis et [2]chirothecis. Deinde tractus, suspensus, et in quartas divisus est; et partes quatuor principalibus civitatibus Angliæ sunt transmissæ; caput ejus super pontem Londoniarum fixum est, versus partes respiciens Scoticanas.

He is captured by Antony de Lucy,

And executed.

Eodem anno Robertus de Brus, per litteras missas per solemnes nuncios, requisivit Regem Angliæ de treugis per annos tresdecim duraturis. Rex vero Angliæ, fatigatus per

A truce for thirteen years, concluded with the Scots.

---

[1] The remaining portion of this account of Harcla's treason and punishment bears marks of having been derived from a more detailed narrative than that of Trokelowe.

[2] Altered from *cirotecis* in a somewhat later hand.

A.D. 1323. werras Scotiæ multipliciter, concessit in treugas voluntarie, quæ sub tresdecim Articulis claudebantur; quos qui videre desiderat, respiciat Chronicas Fratris [1] Henrici Blankforde, monachi Sancti Albani, quæ habentur in Monasterio memorato. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Conspiracy of the adherents of the Barons.

Sub eodem anno facta est grandis conjuratio multorum, qui cum Baronibus steterant in werra sua, ut omnes qui in carceribus detenti fuerant ratione dictæ werræ, per totum regnum una eademque nocte eriperent, et a vinculis liberarent. Venerunt igitur quidam de conjuratis ad castrum Walyngfordiæ, in quo tenebantur viri nominatissimi, Mauricius de Berkelee et Hugo de Audelee, et latenter ingressi sunt per posticium versus aquam Tamisiæ, ut complerent opera præconcepta; sed eorum furtivus introitus villanos non latuit; unde mox clamor et tumultus factus est nimis per totam villam, ex quo tota patria est commota. Advenit igitur ex illis partibus indiscreta multitudo, ut obsiderent eos qui castrum sic ingressi fuerant; et eos obsederunt donec venirent ad continuandum obsidionem Comites Cantiæ et [2] Wyntoniæ, cum vi maxima armatorum. Videntes autem, qui castrum sic ingressi fuerant, se non posse resistere tantæ violentiæ, ad capellam dicti castri pro refugio ecclesiastico confugerunt. Qui tamen, invitis decano et presbyteris dicti collegii, qui eos nitebantur defendere, de capella sunt violenter abstracti, et vel diversis pœnis ad mortem traditi, vel carceribus mancipati, donec Rex crudelius de eorum suppliciis statuisset. Factum est igitur, ut hac occasione cuncti per Angliam incarcerati artius solito stringerentur. Blaneforde, pp. 76, 77. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Capture of the Castle of Wallingford; and recapture thereof.

Inquisition made by the King as to public offenders.

[3] Circa festum Sancti Michaelis Archangeli, Rex circuivit Comitatus Eboraci et Lancastriæ, et Marchiam Walliæ, ingrediens civitates et villas, et inquisitiones faciens de pacis perturbatoribus, de vulgi communis oppressoribus, de provinciarum prolocutoribus et ductoribus, qui per nundinas sive fora soliti fuerant concitare seditiones, fovere partes contra partes, manutenere malefactores; et notatos, captos et convictos, punivit juxta suæ demerita pravitatis, antiquisque profligatis erroribus, leges terræ præcepit in locis omnibus observari. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

---

[1] This short Chronicle, (as that of Henry de Blaneforde) has been published by Hearne, at the end of Trokelowe (1729). In it are to be found the thirteen Articles of this truce.

[2] *Lincolniæ* in the printed exts; *Wyntoniæ* in Blaneforde and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix., the latter reading being correct.

[3] There is a passage somewhat similar to this in Blaneforde, but MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. has been evidently indebted here to some other source.

Murimuth, p. 42. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1323, 1324.

Eodem anno Papa citavit Ducem Bavariæ, in Imperatorem electum, ut infra certum terminum veniret ad Curiam, et de electione et jure suo doceret; et quia non venit in terminum, excommunicavit eum, et postmodum pronunciavit eum nullum habere [1] [jus] in Imperio, vel ad illud; et si quod habuit, privavit eundem.

The Pope excommunicates the Emperor Louis of Bavaria.

Murimuth, p. 39. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Hoc anno vacuit Ecclesia Wyntoniensis per mortem Domini Rigaudi de Assero, in Curia; cui Papa providit de Magistro Johanne de Stretforde, in Curia tunc præsenti.

J. de Stretforde made Bishop of Winchester.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Transit annus iste mediocriter lætus frugibus, sed fœcundus fructibus; formidolosus regni malefactoribus; Angliæ, Scotiæque votivus, propter treugas captas.

Blancforde, p. 77. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo vicesimo [2] tertio, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Secundi, septimus-decimus, tenuit Rex Natale apud castrum de Keneleswortho, in magnificentia et gloria, et magna frequentia sexus utriusque.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Blaneforde, pp. 77, 78. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Eodem anno, in sequenti Quadragesima, convocari fecit Rex ad Parliamentum Londoniis celebrandum regni proceres et prælatos, ad tractandum de variis regni negotiis, et præcipue consulendum, quid foret respondendum Regi Franciæ, qui Regem Angliæ pluries jam vocaverat ad faciendum homagium sibi pro Wasconia, et cæteris terris quas tenebat in regno Franciæ et dominio Regis Francorum: super quo, ex consensu procerum et omnium assistentium, decretum fuit, quod in propria persona non transiret, sed prius mitteret solemnes nuncios, si forte vel hac vice de non comparendo posset obtinere dilationem vel omnimodam excusationem.

Discussion in Parliament as to the summons of the King to do homage to the King of France.

Præterea, Rex petiit in præfato Parliamento, tam de clero quam de populo laicali, subsidium [3] pecuniare, pro redemptione nobilis viri Johannis de Britannia, Comitis Richemundiæ, nuper capti per Scotos apud Abbathiam de Byland. Sed hæc petitio monstrabatur per multas rationes injusta fore, et tandem voce publica penitus est negata, sub ista [4] replicatione, quod tantum pro Rege, Regina, et filiorum Regis primogenito, si in captivitate tenerentur, foret contributio facienda: et sic quievit tributum, cessavit exactor.

A subsidy demanded for the ransom of the Earl of Richmond, And refused.

In eodem Parliamento arestatus fuit Adam Episcopus Herefordensis, in magnum cleri dedecus et præjudicium totius

The Bishop of Hereford arrested, and examined as to treason.

---

[1] Omitted by inadvertence. It appears in the printed texts, in Murimuth, and in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] *quarto* in the printed texts.

[3] *pecuniarum* in the printed texts.

[4] *replecatione* in orig.

A.D. 1324. Ecclesiæ Anglicanæ; et examinatus de proditione et crimine læsæ majestatis coram Rege et proceribus universis. Impositum nempe fuit sibi, quod quosdam inimicos [1] regios suscepisset et fovisset, in magna copia armatorum, et quod eis impendit auxilium, consilium, et favorem. Ille vero, prout erat vir maturus et litteris abundanter imbutus, patienter hæc tulit, ad convitia et opprobria nihil omnino respondens. Tandem pulsatus diversimode, sic ora resolvit:—"Domine Rex, "vestra regiæ majestatis reverentia semper salva, ego Sanctæ "Ecclesiæ Dei minister humilis, membrum ejus, et Episcopus "consecratus, licet indignus, ad tam ardua nequeo respondere, "nec debeo, absque Domini Cantuariensis Archiepiscopi, post "Summum Pontificem, mei directi judicis, cujus etiam sum "suffraganeus, auctoritate, et aliorum parium meorum Episco-"porum conniventia vel consensu." Quo responso prolato, mox Archiepiscopi et Episcopi, omnes et singuli, qui affuerunt, surgentes, Regis clementiam pro collega et coepiscopo implorabant. Sed Rege tot supplicationibus non placato, aut ab ira concepta nullatenus pacificato, totus clerus dictum Episcopum [2] et membrum Ecclesiæ vendicavit. Deliberatus est igitur custodiæ Cantuariensis Archiepiscopi, donec Rex discerneret quando ad objecta vel objicienda alias responderet.

Blaneforde, pp. 78–80. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The Bishop's objection thereto.

He is delivered into the custody of the Archbishop of Canterbury.

The prelates take him into their own charge.

Paucis exactis diebus, Rex, ut prius, Episcopum prædictum convenit. Quo rumore ad aures perlato Pontificum, Cantuariensis, Eboracensis, et Dublinensis, Archiepiscopi, cum aliis decem Episcopis, erectis crucibus ad locum judicii cum omni celeritate venerunt, et confratrem eorum et coepiscopum, solum stantem et nimium desolatum, in suam custodiam susceperunt, et eum, absque responso dato, cum illis protinus abduxerunt; injungentes firmiter, ex parte Dei, et sub pœna anathematis, universis qui aderant, ne quis in eum manus præsumeret injicere violentas. Quo sic abducto, Rex de tanta cleri commotus audacia, quasi ex officio judicis objectis præcepit fieri inquisitionem. Ac jurati de patria convocati, plus regis terreni metuentes offensam, quam Sempiterni Judicis ultionem, absentem Episcopum reum fuisse de omnibus objectis articulis præsentarunt. Quod Rex ducens pro maximo, confiscari fecit omnes redditus et terras suas, et, quod erat intolerabilius, omnibus suis victualibus et utensilibus in [3] platea projectis et dispersis, eum permisit inhumaniter spoliari. Episcopus vero

On inquisition made, he is found guilty.

His property is confiscated.

---

[1] The word *nuntios* is inserted here in the printed texts.

[2] Properly *ut*, as in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.: *tanquam* is the reading in Blaneforde.

[3] *plateis* in the printed texts.

Blaneforde, pp. 80-83. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1324.

remansit sub tutela Cantuariensis Archiepiscopi, gratiam Regis expectans.

The Bishop of Lincoln restored to his possessions.

Eo tempore, Episcopus Lincolniensis, cujus temporalia per biennium in manu [1]Regis detenta fuerant, adepta Regis benevolentia, suis est possessionibus restitutus. De quibus omnibus quidam Satyricus illius temporis ita dictavit:—

"Nostri cornuti sunt consilio quasi muti,
"Et quia non tuti, nequeunt sermonibus uti.
"Sunt quasi confusi, decreto legis abusi.
"Sic perit Ecclesia, juris et ipsa via."

The possessions of the Templars granted to the Hospitallers.

In eodem Parliamento, terræ, possessiones, et dominia, quondam Templariorum, assensu communi totius cleri et populi, Hospitalariis conceduntur, jure perpetuo per omnes regni provincias [2]possidenda.

Envoys sent to the King of France.

In eodem Parliamento electi sunt viri nobiles, Comes videlicet Cantiæ, germanus Regis, et Archiepiscopus Dublinensis, ad excusandum penes Regem Franciæ Regem nostrum, quia citatus non comparuit coram Rege Franciæ, ut superius memoravi. Qui cum transfretassent, a Rege Franciæ honorifice sunt suscepti. Non tamen effectum negotii potuerunt consequi, donec de quadam trangressione, nuper facta in Aquitannia in dedecus Regis Franciæ, sibi foret plenius satisfactum. Acceperat nempe Rex Franciæ quamdam terræ particulam ibidem per excambium, in qua municipium construxerat, propter amœnitatem loci, et villam in circuitu cum ædificiis sumptuosis; cujus habitatores, erecti in superbiam, freti dominio Regis Franciæ, non solum leges et decreta populi Aquitannici, sed etiam Senescallum Regis Angliæ, dictum "Radulphum Basset," spreverunt, et contemptibiliter vilipenderunt. Et cum legibus debuissent paruisse illius terræ communibus, idem Radulphus, collecto exercitu, venit ad locum, et omnes aut [3]vertit, aut gladio interfecit, et universa ædificia complanavit. Quamobrem dictus Radulphus, vocatus ad Curiam Regis Franciæ, venire contempsit; sed pro omnibus allegatis respondit audacter, se nihil aliud in hac parte fecisse, quam quod sui officii debitum exigebat. Super quo responso commoti Franci, Senescallum præfatum Regis Angliæ, cum suis vocatum complicibus iterato et non comparentem, proscripserunt. Præfatus vero Radulphus, cognito Francorum decreto, ad castrum de Monpesade, bene munitum, se contulit, ubi potuit a Francorum incursibus tutus esse. Hunc ergo a prædictis nunciis petiit Rex Franciæ sibi

---

[1] Omitted in the printed texts.
[2] *possidendæ* in orig.
[3] *in fugam convertit*—Blaneforde.

A.D. 1324. reddi, cum suis complicibus, una cum castro ad quod confugerant memorato, juxta Francorum consuetudinem puniendum. Comes Cantiæ, pro bono pacis, cum suis laicis Regis voluntati consentire decrevit; sed Archiepiscopus, irregularitatis notam timens incurrere, distulit consentire, donec a Rege Angliæ habuisset aliud in mandatis. Quocirca mox mittuntur ad Regem nostrum nuncii, qui quærerent quid agendum foret. Rex vero sine mora impetuosum Comitis consensum penitus revocavit, nolens pro bono facto militiæ tantum militem quomodolibet per adversarios molestari; sicque reversi sunt nuncii sine itineris sui fructu.

Blaneforde, p. 83. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The demands of the King of France, as to Ralph Basset, not conceded.

MS. Bibl. Reg 13 E. ix.

Charles of Valois invades Aquitaine.

Rex Franciæ per idem tempus misit Dominum Karolum de Waleys, patruum suum, in Wasconiam cum magno exercitu, ad [1]juvandum possessionem totius Ducatus Aquitanniæ; pro eo quod Rex Angliæ non venit ad faciendum homagium suum pro Ducatu et Comitatu Pontini, quem seisivit; ad quod faciendum fuit vocatus, sicut superius est expressum. Venit ergo in obviam Domino Karolo Comes Cantiæ, Edmundus de Wodestoke, frater Regis Angliæ, cum multis nobilibus de regno Angliæ, qui illuc destinati fuerant, ad resistendum Karolo supradicto. Nullo tamen resistentiam faciente, Karolus totam Agennam equitavit, et illas partes seisivit usque ad villam de Regula, in qua fuit dictus Edmundus, Comes Cantiæ, tenens villam. Finaliter vero, fuit treuga inita inter eos usque ad certum tempus, quo possent de pace tractare, et, reddita Karolo villa illa, utraque pars ad propria remeavit.

Murimuth, p. 42. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A truce made between Charles and Edmund, Earl of Kent.

Escape of the younger Mortimer from the Tower.

Eodem anno, in festo Sancti Petri ad Vincula, Rogerus de Mortuo Mari, Dominus de Wygemore, qui cum Rogero avunculo suo post werram Baronum Regis gratiæ se submiserat, et in eminentiori nihilominus et [2]acriori loco Turris inclusus fuerat, data suis custodibus soporifera potione, evasit per omnes Turris custodias, quas "wardas" vocamus, et pervenit ad flumen; ubi quamdam cymbam reperiens, a quodam coadjutore sibi præparatam, illam intravit, et cum conscio sui secreti pervenit ad mare. Quo cum summa felicitate transmeato, se contulit ad Regem Franciæ sine mora; ubi quorundam de sua consanguinitate præsidio vitam duxit diutinam, gratiam reconciliationis expectans. Rogerus, avunculus hujus Rogeri, fere per quinquennium squalore carcerali detentus ibidem satis inciviliter, tandem diem clausit extremum; cujus corpus delatum Bristolliam sepelitur.

Blaneforde, p. 84. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Death of the elder Mortimer, in prison.

---

[1] Properly *invadendum*, as in Murimuth and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] *arctiori* in Blaneforde and MS. Bibl. Reg. 13 E. x.

Blaneforde, p. 89. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1324, 1325.

Other envoys sent to France; one of whom narrowly escapes death.

Missi sunt eo tempore et [1]alii [2]nuncii pro pace impetranda; quorum unus erat natione Francus, dictus "Dominus [3]Johannes "de Suliaco," alter Anglicus, "Magister Johannes de Schor-"dich" appellatus. Sed Johannes de Suliaco, ibi de quadam transgressione notatus et accusatus, vix, interventu Reginæ Franciæ, mortem evasit, collega suo sine fructu legationis domum transmisso.

Evils and hardships arising from the dissensions between the Kings of England and France.

Interea mercatores utriusque regni [4]dissensionem regalem deplorabant, quia neque Francis in Anglia, neque Anglis in Francia, negotiari licebat. Familiares quoque Reginæ, quotquot erant oriundi de Francia, terram sine spe reversionis exire cogebantur, in Francorem odium et contemptum. Terræ quoque, scilicet prædia et castella Reginæ, in manus Regis seisita fuere, datis dictæ Reginæ stipendiis [5]dietim de bursa Regis. Religiosi autem et beneficiati in hac terra, de gente Francorum, in maxima miseria degere cogebantur; cum eorum redditus, possessiones, et beneficia universa et singula, confiscabantur, exilissimo victu eisdem de rebus propriis deputato.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Transit annus iste illaudabiliter fructus et fruges producens; Anglis et Francis invisus propter guerram motam in Wasconia, et præcipue propter negotiatorum varia impedimenta; quæ dissensionem [6]generavit; Ecclesiæ Anglicanæ molestus; Scotis quietus.

Blaneforde, p. 90. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo vicesimo [7]quarto, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Secundi, octavusdecimus, cum treugæ apud Eboracum fuissent firmatæ inter Anglicos et Scotos per utriusque regni prudentiores viros, tenuit Rex apud Notyngham Natale Dominicum, nobile et solemne.

The Pope sends envoys to establish peace; who levy a tallage for their expenses, and return home

Per idem tempus, Dominus Papa, paci regnorum Angliæ et Franciæ pie prospiciens, Archiepiscopum Viennensem et Episcopum Auriacensem ad utriusque regni principes destinavit; qui pacis monita darent [8]utrique. Qui cum nihil profecissent, facto in clero tallagio, videlicet de singulis marcis accipientes quadrantem pro suis expensis, infecto negotio sunt reversi.

---

[1] The word "*alii*" is used here in reference to a preceding passage in MS. Bibl, Reg. 13 E. ix.; which the transcriber has omitted.

[2] Blaneforde speaks here of but *one* envoy; though he mentions a second one ("a clerk") below, without giving his name.

[3] Omitted in the printed texts.

[4] *dissensiones regales* in the printed texts.

[5] Omitted in the printed texts.

[6] *generaverunt* in the printed texts.

[7] *quinto* in the printed texts.

[8] *utrisque* in the printed texts.

A.D. 1325.

Parliament at Westminster.

Fresh negotiations are entered into with the King of France.

Blaneforde, pp. 90, 91. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

In Octabis Sancti Hillarii, factum est Parliamentum Londoniis, apud Westmonasterium; in quo tractabatur de salvatione Ducatus Aquitanniæ, quæ jamdudum per Gallos fuit multipliciter lacerata. Missi sunt ergo solemnes nuncii ad Regem Franciæ, Wyntoniensis et Nortwicensis Episcopi, et vir illustris Johannes de Britannia, Comes de Richemund. Qui post multas disceptationes, allegationes, et excusationes factas, tandem quamdam pacis formam a Rege Franciæ receperunt. [1] Remissus est ergo in Angliam Wyntoniensis Episcopus, collegis in Gallia remanentibus, qui nunciaret Regi nostro quæ facta sunt. Tandem, post longum tractatum familiares Regis laudaverunt Reginam transmittendam ad Regem Franciæ, fratrem suum, pro pacis negotio confirmando, cum familia moderata; quæ satis humiliter suscipiens legationis officium, cum uno solo Barone, scilicet Domino Johanne de Cromwell, quatuorque militibus, transfretavit.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The Queen of England passes over into France.

Final arrangement made between the Kings of England and France.

Murimuth, pp. 44, 45. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Mediatrice igitur Regina Angliæ Isabella, tali pacto fuit finaliter concordatum, ut Rex Angliæ daret Edwardo, filio suo primogenito, Ducatum Aquitanniæ et Comitatum Pontini, ut Rex Franciæ reciperet homagium ab eodem Regis filio, et redderet sibi statim Comitatum Pontini et terras in Aquitannia, de quibus placita mota fuerunt; et de aliis equitatis per Karolum avunculum suum faceret sibi justitiæ complementum. Super quibus omnibus misit Rex Franciæ suas patentes litteras in Angliam, et alias litteras de conductu salvo, tam pro filio quam pro Rege Angliæ, si ipse mallet in persona propria venire. Super qua optione fuerunt multi et magni tractatus apud Langedon et apud Dovoriam, multis consulentibus quod Rex in persona propria transiret. Sed uterque Dispensator, pater et filius, qui nec audebant mare transire, nec, Rege transeunte, in Anglia remanere, propter odium regni nobilium, qui perfecto odio oderant illos, dederunt consilium, et prævaluerunt, ut filius Regis transiret; cujus transitus in caput ipsorum, sicut patebit ex sequentibus, redundavit. Unde Dominus Rex Angliæ fecit chartam filio suo prædicto de dictis Ducatu et Comitatu, habendum et tenendum sibi et hæredibus, [2] Regibus Angliæ; et si contingeret ipsum mori in vita patris sui, terræ redirent ad ipsum patrem. Ita etiam, quod Rex Franciæ non posset dictum filium Regis maritare, nec tutorem aut curatorem sibi dare. Quæ ordinatio fuit facta Doveriæ per chartam Regis, ex consensu prælatorum et aliorum nobilium regni præsentium

Baneful advice given to the King by the De Spencers.

---

[1] At this point Blaneforde's Chronicle abruptly ends.

[2] *Regis* in the printed texts.

Murimuth, p. 45. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1325.

Prince Edward does homage to the King of France.

tunc ibidem, in crastino Nativitatis Beatæ Mariæ. Et in die Jovis sequente, idem Edwardus filius Regis mare transivit; et cum eo Willelmus, Episcopus [1] Exoniæ, et alii in numero competenti. Et circa festum Sancti Matthæi fecit homagium avunculo suo, Regi Franciæ, sub quibusdam protestationibus. Fuit etiam e contrario protestatum. Acta sunt hæc in Francia, in manerio Regis Franciæ appellatum [2] "Boydevincens," coram multis proceribus regni Francorum. Dona vero quæ Franci Regi Anglorum præparaverant, et exennia, filio Regis manu largiflua tribuebant; quorum favorem juvenis Regis filius indicibiliter consecutus est.

The Guelphs defeated by the Ghibellines.

Eodem anno, Guelfi, venientes de Florentia ad Lucam, sumptibus et de mandato Papæ, per Gibellinos capti fuerant, et multi interfecti, ac cæteri in fugam acti.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A great drought.

Hoc anno in æstate, et etiam anno sequenti, tanta fuit siccitas quod vere dici posset illud Theodoli de hac terra:—

"Anglorum terras jam fervida torruit æstas,
"In Cancro solis dum volvitur aureus axis."

Quia fluviis etiam majoribus desiccatis, et fontibus rivorum, aquæ pene in locis omnibus disparuere. Quamobrem multa animalia, tam domestica quam sylvestria, præ potus penuria defecere.

Murimuth, p. 46. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The Queen and Prince refuse to return.

Reasons for the Queen's refusal.

Eodem anno, statim post festum Sancti Michaelis, voluit Rex Angliæ, quod Domina Regina, conjux sua, et filius suus Edwardus, facto homagio, ut præmittitur, cito et sine mora redissent. Sed Regina et filius suus, remissa magna familia utriusque in Angliam, per totum illum annum remanserunt ibidem, ut dicebatur, inviti. Alii vero asserebant quod voluntarie, propter nimiam familiaritatem tunc contractam inter dictam Reginam et Dominum Rogerum de Mortuo Mari; sine quo et aliis nobilibus de Anglia [3] profugatis, noluit dicta Regina redire; et maxime in odium illorum Dispensatorum, et [4] Hugonis, qui anno præcedenti procuraverant familiam Reginæ ab ipsa removeri. Quod propositum Reginæ [5] postea rei exitus comprobavit. Quod percipiens Walterus, Episcopus Exoniensis, de comitiva dictæ Reginæ clam recessit.

---

[1] *Oxoniæ* in orig. and the printed texts; corrected from Murimuth. In MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. the writing of this word somewhat resembles *Oxoniæ;* whence probably the transcriber's mistake.

[2] *i.e.* Bois de Vincennes.

[3] *præfugatis* in Parker's text.

[4] The word *Hugonis* is omitted here in Murimuth.

[5] According to one MS. of Murimuth, the words "*displicuit, ut*" are omitted here.

A.D. 1325.

The Queen and Prince are declared public enemies.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Per idem tempus, jussit Rex Angliæ Isabellam, Reginam Angliæ, et Edwardum, filium suum primogenitum, contra voluntatem suam in ultramarinis commorantes, Londoniis tanquam regni inimicos notorios, et regiorum inimicorum receptatores et fautores, publice proclamari; et bannivit eos, cum omnibus qui illis adhæserant de regno suo.

Robert de Walkefare escapes from Corf Castle,

Sub eodem tempore evaserat de castello de Corf vir versutus et subdolus, sed manu tamen fortis, Robertus de Walkefare, miles qui captus fuerat in werra Baronum mota contra Regem, eo quod magnus dissidii suscitator et promotor [1] fuerat, et, non dico "ductor," sed "seductor," illius viri nobilis et magnifici Comitis de Hereford, Humfridi de Boun, et satis juste carceri mancipatus. Nempe Comitibus et Baronibus, et aliis regni nobilibus, studentibus in illa werra pro pace patriæ, pro republica, pro honore Dei et Ecclesiæ, ipse semper cor apposuit ad rapinas, cædes, et depopulationes. Hic, inquam, continuans sua scelera, Constabularium castri de Corf crudeliter interfecit, et ad Reginam, tunc exulem, se contulit ultra mare.

And, with others, joins the Queen.

Auctus est ergo numerus fugitivorum multipliciter, ita ut Rex ipse timeret illorum reditum in hanc terram. Quamobrem jussit omnes portus maris diligentissime custodiri, ne repente fieret per exules revertentes, aut per Gallicos illis faventes, ullus motus in regno.

The province of Agen restored to English rule by Sir Oliver Ingham.

Eodem tempore, Dominus Oliverus Ingham, miles juvenis sed cordatus, factus fuerat Custos Aquitanniæ per juvenem Ducem Edwardum, assensu Regis patris sui; qui, grandi collecto exercitu de stipendiariis militibus Hispannicis, Arragonicis, et Wasconensibus, provinciam Agennensium, occupatam per Regem Franciæ contra pactum, invasit, eamque [2] dominio Regis Angliæ restituit integraliter et subjecit.

Capture of Norman ships by the English fleets.

Sub eisdem diebus, tres Admiralii trium plagarum Angliæ, videlicet, Dominus Johannes Oturuin, Dominus Nicholaus Kyriel, et Dominus Johannes de Feltone, custodiam maris habentes, et facultatem plenam, per Regis commissionem, invadendi, infestandi, et diripiendi, quoscunque de Francia mercatores, cum Gernemuthensium, et Portesmuthensium, et Occidentalium, classe, Oceanum sunt ingressi. Et non segniter commissionis suæ negotium exequentes, infra breve tempus centum viginti naves Normannicas ceperunt, et in Angliam attraxerunt. Suscitatum est igitur odium inexorabile inter Reges, et damna ubique pro viribus inferuntur. Quod cernens Dominus Papa, et vehementer condolens, misit in Angliam

[1] *fuerit* in the printed texts.

[2] *domino* in orig.; by inadvertence.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

nuncios duos Episcopos, qui primo pacem studerent facere inter Regem et Reginam, et secundarie inter Reges. Qui reverenter admissi, nihil præter reverentiam receperunt; unde dolentes reversi sunt, de pace penitus desperantes. A.D. 1326. Nuncios sent by the Pope; but in vain.

Eodem anno coronata fuit Parisius Regina Franciæ; cui solemnitati interfuere Reges multi, Duces plurimi, Comites et Barones numero pene incredibili, cum suis militibus plusquam quingentis. Inter quos Edwardus, filius Regis Angliæ et Dux jam Aquitanniæ, cum sexaginta et decem militibus, celebrius festum fecit. Coronation of the Queen of France; Prince Edward present thereat.

Interea, crescente odio inter Regem Angliæ et Reginam, Regem Franciæ et Regem Angliæ, et utrumque regnum, multa mala fiebant. Inter quæ, Rex Angliæ, prout dicitur, procuravit mortem uxoris suæ et filii sui Edwardi. Cujus sceleris executionem fecisset Dominus Johannes de Britannia, Comes Richemundiæ, qui cum Regina familiaris fuit; sed Deo prohibente, illa machinatio fuit penitus impedita. Rumoured designs against the life of Queen Isabella.

In fine vero anni præsentis, cum Regina cerneret magnates Franciæ fore corruptos magnis muneribus Anglicorum, et nusquam tutam fidem, festinavit egredi calorem domus Recab, et Francos suos familiares et consanguineos, usa sapienti consilio, latenter fugit, et ad Comitem Hanoniæ se contulit, cum sua familia et filio suo Edwardo, petitura auxilium et favorem; a quo, cum filio et suis omnibus, magnifice est suscepta, et honorabiliter, prout tantam reginam decuit, exhibita pro tempore moræ suæ. Queen Isabella leaves France, and takes refuge in Hainault.

Transit annus iste mediocriter hilaris, frugum fœcunditate vel fructuum; Francis varius, propter res perditas cum classe sua; Anglicis suspectus propter pericula verisimiliter imminentia toti regno per Francorum odium, per iram exulum, et reditum eorundem.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo vicesimo [1] quinto, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Secundi, nonusdecimus, tenuit Rex Natale apud Sanctum Edmundum, timens vehementer Reginæ reditum, et exulum qui cum ea fuerunt.

Sponsalia contracta inter filiam Comitis Hanoniæ et filium Regis Angliæ; et reditus Reginæ.

Hoc anno, Isabella, Regina Angliæ, contractis sponsalibus inter filium et Comitis Hanoniæ filiam, "Philippam" nomine, Prince Edward betrothed

[1] *sexto* in the printed texts.

A.D. 1326. in Angliam ire disposuit, adjutorio Comitis dicti fulta. [1]Assumptis igitur filio suo, Duce Aquitanniæ, fere quatuordecim annos ætatis habente, Domino Edmundo de Wodestoke Comite Cantiæ, germano Regis Angliæ, Domino Rogero de Mortuo Mari, Domino de Wygomor, et aliis multis viris illustribus de regno Angliæ profligatis, Duce Domino Johanne, viro strenuo fratreque Comitis Hanoniæ, quem sequebantur milites stipendiarii de Alemannia et Hanonia plures valde, ita quod numerus eorundem fuit duo millia septingenti quinquaginta septem hominum armatorum, parata classe per Comitem Hanoniæ, pervenit ad mare, et satis audaciter committens se pelago, feliciter navigavit, pervenitque ad Orwelle cum familia integra, et in portu de Herewych Angliam est ingressa, in terra Comitis Marescalli; cui mox Comes Marescallus et Comes Leycestriæ, aliique barones et milites illarum partium, adhæserunt, cum Prælatis fere omnibus, et præcipue Lincolniensi, Herefordensi, Dublinensi, et Eliensi, Episcopis, qui juncti Reginæ magnum exercitum conflaverunt. Alii vero, et præcipue Walterus, Cantuariensis Archiepiscopus, sibi pecuniam ministravit.

As to Philippa of Hainault.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The Queen and Prince land at Harwich with a great force.

Murimuth, p. 47.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Recreato exercitu apud Sanctum Edmundum, progressa est ad quærendum suos regnique adversarios, qui, se semper sub alis protectionis regiæ adhærentes, ejus præsentiæ occultabant. In progressu, cotidie Reginæ augebatur exercitus, et minuebatur regius numerus, ita ut per totam Angliam non inveniretur aliquis, qui volebat contra Reginam Regis stipendiis militare. Nec lædebat Reginæ exercitus quosque in corporibus aut catallis, nisi solum adversarios quos quærebant, quorum proposito bona ubique locorum inventa suis usibus applicabant, et prædia destruebant.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The Queen's successful progress.

Erat autem Rex Londoniis, quando Regina dicto modo applicuit. Et primo quidem istis rumoribus renuit dare fidem; sed cum certissime cognovisset rerum fidem, multum consternatus petiit Londonienses, ut sibi præberent auxilium militare. Qui, post deliberationem habitam, responderunt, quod Dominum Regem, Reginam, et filium eorundem, hæredem regni legitimum, honorarent obsequio debito; sed extraneis et regni proditoribus januas clauderent, et [2]resisterent toto nisu; exire vero civitatem suam se nolle fatebantur ad pugnam, nisi possent, juxta libertatem eis concessam, ipso eodem die reverti

King Edward demands the aid of the citizens of London; who give a qualified answer.

[1] The narrative here resembles that of Murimuth, but has been derived from a fuller source.

[2] *resistere* in orig. and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix., and in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. ante solis occasum. Quo responso Rex accepto, sed nullatenus acceptato, Turrim Londoniarum communivit armis et victualibus; in quo reliquit filium suum juniorem, Johannem de Eltham, et uxorem Domini Hugonis Despencer junioris, neptem suam: ipse vero loca regni Occidua adiit, quæsiturus tutamina, ubi collocaret exercitum contra Reginam. Ante recessum suum de Londoniis, proclamari fecit, ut unusquisque, sub forisfactura rerum et corporum, resisteret applicatis, et eos invaderet et occideret, si quo modo posset, exceptis solummodo Regina et Edwardo filio suo, et Comite Cantiæ germano suo; qui, si commode possent, vivi caperentur illæsi. Proclamatum est insuper, ut nullus communicaret cum eis, vel victualia venderet, vel quovis modo ministraret, aut quicquam boni eis faceret, aut de eis prædicaret, sub pœna prætaxata. Item, quicumque caput vel corpus, mortuum sive vivum, Domini Rogeri de Mortuo Mari Regi deferret, mille libras de fisco regio reciperet pro mercede. A.D. 1326. Edward fortifies the Tower, And issues a proclamation against his enemies.

E contra, de Regina, ubi illa fuit, proclamatum erat ut omnes de pace bona sperarent, exceptis inimicis regni publicis, Dispensatoribus, patre et filio, et Roberto de Baldok, Regis Cancellario, eorumque fautoribus, per quos præsens regni perturbatio contingebat. Proclamatum etiam, ut nullus caperet, invito possessore, valorem trium denariorum, sub pœna mutilationis digiti, nec valorem sex denariorum, sub pœna manus amputandæ, nec valorem duodecim sterlingorum, sub pœna capitis amputandi. Et quicunque caput Hugonis Dispensatoris junioris amputatum Reginæ deferret, reciperet duo millia librarum de thesauro Reginæ. Ab hoc ergo tempore pars de parte cavebat; Rege cum suis, licet cum paucis, fugiente, et Regina cum magna multitudine eum sollicite insequente. The Queen issues a proclamation against the King's partisans.

Murimuth, p. 48. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Transtulit autem se Rex, cum duobus Dispensatoribus, ad partes Gloverniæ, et postmodum ad Strogoil; et dimisit Dominum Hugonem Despencer, patrem, ad custodiam villæ et castri de Bristollia. Rex autem ingressus est aquam cum Domino Hugone Despencer juniore, Roberto de Baldok, et aliis valde paucis, ut inferius continetur. King Edward flies to the West of England.

Regina vero, cum filio suo et exercitu, insequebatur Regem per Oxoniam; ubi Episcopus Herefordiæ prædicavit, præsente Regina et filio suo, de causa adventus illorum; quod videlicet fuerit ad auferendum malum regimen de regno isto. Deinde venit Regina cum suis ad Gloverniam, ubi multum crevit ejus exercitus per adventum Dominorum de Percy et de Wake, et aliorum de partibus Borealibus et de Marchia. The Queen arrives at Oxford, And Gloucester.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Dum hæc aguntur ex parte Reginæ, Londonienses, quibus nunquam deest furia cum adest insolescendi licentia, congre- The citizens of London

A.D. 1326. adopt the Queen's cause.

gatis de cunctis artificiis infimis personis, ad arma prosiliunt, et Majorem civitatis, qui partem fovebat regiam, violenti capiunt, et consentire compellunt, interminata capitali pœna, ut consentiat illorum ordinationibus per præstitum fidei sacramentum; qui, licet invitus, timens sibi vim inferri, ad standum eorum ordinationibus publicum præstitit juramentum. Fecerunt igitur conjurationem, ut Reginæ adversarios, ubicunque possent inveniri, cujuscunque conditionis aut status existerent, vel qui damnum aliquod libertatibus civitatis procurassent, captos plecterent sententia capitali. Cujus juramenti prætextu discurrentes, quemdam de suis civibus, dictum "Johannem le "Marchal," comprehenderunt. Qui quia familiaris fuerat Domino Hugoni Despencer juniori, putabatur cives accusasse; quamobrem illico caput ejus immisericorditer amputarunt, et bona ejus omnia rapuerunt.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Murder of John le Marchal.

Murder of Walter de Stapleton, Bishop of Exeter.

Eodem die, continuantes suam rabiem, incurrerunt ad hospitium Exoniensis Episcopi, Magistri Walteri de Stapultone; et supposito igne in januis, concito sunt ingressi. Non invenientes autem Episcopum, ad quem perdendum venerant, jocalia sua, cum vasis argenteis et utensilibus, rapuerunt. Accidit autem, hora infortunata, Episcopum de campo reverti; qui quamvis præmunitus fuisset de hiis molitionibus, eos tamen nullatenus metuebat; et cum satis audacter equo sedens venisset ad ostium Boreale Sancti Pauli, mox a furenti populo comprehensus est, percussus, laniatus, dejectus, et tandem ad supplicii locum tractus. Cumque traxissent eum ad vicum de Chepe, ubi acclamaverunt eum publicum proditorem, Regis seductorem, et eorum civitatis libertatum destructorem; indutus autem fuit Episcopus quadam armatura, quam "*aketone*" vulgariter appellamus; qua spoliatus, et etiam aliis omnibus indumentis, decapitatus est; aliis duobus de sua familia, scutifero scilicet et valecto, simili sorte peremptis. Perpetrato sacrilegio, velut pro triumpho, caput fixerunt Episcopi in longo palo, ut esset aspicientibus diuturna memoria sceleris attentati. Cadaver vero Pontificis in quodam veteri cœmeterio, quod fuerat quondam Fratrum quos "*Freres Pycs*" veteres appellabant, sed tamen penitus derelicto, absque ullis exequiis, velut excommunicatum, in quadam ibidem fovea projecerunt. Causa inimicitiarum fuerat, quia cum esset regni Thesaurarius, apud Regis Consilium procuravit, ut Justiciarii Itinerantes sederent in civitate Londoniarum. Qua occasione, quia in multis cives deliquerant, in amissione libertatum et emunctione pecuniæ, ac castigatione corporum multipliciter, prout meruerant, sunt puniti. Dicebatur etiam, quod maximam pugnatorum collegerat multitudinem contra Reginam et filium suum Ducem Aqui-

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1326.

tanniæ; et ideo Londonienses studuerunt, ut dicebant, suas molitiones tempestivius prævenire.

The prisoners are liberated throughout England.

In crastino decollationis præfati Episcopi, Londonienses casu fortuito comprehenderunt militem strenuum, Dominum Johannem, Constabularium Turris Londoniarum, de Weston, et ab eo claves Turris ceperunt, licet invito; et intrantes Turrim, omnes incarceratos liberaverunt. Et ita fuerunt omnes incarcerati, quasi per totam Angliam, liberati; et omnes banniti et fugitivi reversi sunt. Londonienses vero omnes ministros Regis in Turri Londoniarum amoverunt, et novos constituerunt sub nomine Domini Johannis de Eltham, filii Regis, quem Custodem civitatis et terræ nominaverunt. Ipsi tamen multas rapinas et alias insolentias facere non cessarunt.

Murimuth, p. 49. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

New officers of the Tower are appointed.

The Queen restores Berkeley Castle to Thomas Lord Berkeley.

Regina vero per illud tempus de Gloucestria transivit per Berkeleyam, ubi restituit castrum, prius a Domino Hugone Despencer juniore detentum, Domino Thomæ de Berkeleye, qui fuit hæres Domini Mauricii de Berkeley, defuncti parum ante apud Walyngforde in carcere, cum omnibus pertinentiis et rebus mobilibus ad honorem de Berkeleye pertinentibus quibuscunque. Expost, Regina pergens cum exercitu obsedit villam et castrum de Bristollia; quod fuit cito Reginæ redditum, et filio suo Duci, una cum villa. Et in crastino adventus ipsius, ad clamorem vulgi, fuit Hugo Despencer pater tractus et suspensus ibidem [1]in armis propriis, extra villam, super communi furca latronum.

Bristol is surrendered, and the Elder Despencer executed.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Thomas de Blount, the King's Steward, joins the Queen.

Rex interea vagabundus, nunc hic nunc ibi, pro varietate locorum in spem erectus, in magna sollicitudine versabatur, nusquam expectare præsumens. Quod videns Dominus Thomas de Blount, miles emeritus, Domini Regis Senescallus, se cum tota sua familia, assumptis victualibus, armaturis, et dextrariis, multis valde, contulit ad Reginam. Quem illa cum filio suo benigne suscepit, et quosdam de suis secum retinuit, quosdam, datis litteris protectoriis, in pace dimisit.

The King conceals himself at Neath.

Rex vero, cum Hugone juniore Despencer et Roberto Baldok, ingressus aquam, primo ad insulam de Londay inexpugnabilem, vel certe in Hiberniam, disposuit confugisse; sed inter maris discrimina positus, miserabiliter per unam hebdomadam vacillavit. Tandem applicuit in Glomorgan, et transtulit se ad Abbathiam et castrum de Neth; et ibi, confisus [2]promissione Wallencium, latitavit. Hugolinus, filius filii Hugonis

De la Moor, p. 599. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[1] These three words are not in Murimuth's text.

[2] *promissioni* in the printed texts.

A.D. 1326. Dispensatoris, castrum de Kerfilli detinuit satis strenue per idem tempus contra milites Reginæ et filii sui Ducis Aquitanniæ, usque ad Pascha. Tandem, accepta securitate de vita et membris, et rebus omnibus concernentibus obsessos in eodem castro, castrum reddidit in manus militum Reginæ et filii sui Edwardi. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The son of the Younger Despencer surrenders to the Queen.

The King is summoned to return and resume the Government.

Rege interea fugiente et extra regnum vagante, fiebant proclamationes publicæ in exercitu Reginæ cotidie, in quibus Rex communi vocabatur edicto ad redeundum et regnum suum reaccipiendum, si suis se vellet ligiis conformare. Quo non comparente, magnates regni Herfordiæ consilium inierunt; in quo filius Regis, Edwardus Dux Aquitanniæ, factus est Custos Angliæ communi decreto. Cui cuncti, tanquam regni Custodi, fidelitatem fecerunt per fidei sacramentum. Deinde Episcopum Northwicensem fecerunt Cancellarium; Episcopum vero Wyntoniensem regni Thesaurarium statuerunt.

Prince Edward is made Guardian of the realm.

Morabatur autem Regina Herefordiæ fere per mensem; quæ medio tempore misit in Walliam Dominum Henricum Comitem Lancastriæ, et Dominum Willelmum la Souche, et Magistrum [1] Uphowel, qui fuit prius de carcere Londoniis liberatus, quia in illis partibus erant noti quia ipsi tres habuerant terras et dominia in Wallia, prope locum ubi Rex latitabat; unde ipsi, Wallensium adjutorio, de quibus confidebant, ipsum Dominum Regem, et Dominum Hugonem Despencer filium, et Robertum de Baldok, ac Simonem de Redynge, ceperunt, non sine magnæ pecuniæ interventu, de aliis Regis familiaribus non curantes; et Regem quidem Comitis Lancastriæ Henrici, consanguinei sui, custodiæ liberavit. Captus est autem Rex sexto-decimo Kalendas Decembris, in die Sancti Edmundi Archiepiscopi, juxta castrum de Laturssan. Comes vero Lancastriæ duxit Regem per Monumutham et Ledebury, et alia loca, usque ad castrum suum de Kenewurthe, ubi per hyemem totam mansit. Dominum vero Hugonem Despencer filium, Robertum de Baldok, et Symonem de Redinge, ad Reginam, quæ fuit Herefordiæ, conduxerunt; sed ante eorum adventum fuerunt decollati Comes de Arundel, Johannes Daniel, et Thomas de Michildevere, per procurationem Domini Rogeri de Mortuo Mari, qui illos oderat; qui etiam consiliarius familiarissimus Reginæ fuit, et sine quo nihil pene Regina attentare voluit in hiis agendis. Illi vero qui adduxerunt ad Reginam Dominum Hugonem Despencer supradictum, pro mercede duo millia librarum, prout promissum fuerat, acceperunt.

Murimuth, p. 50. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The Queen's party obtains possession of the King's person, and his principal adherents.

The King is taken to Kenilworth.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Murimuth, pp. 50, 51. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Certain of the King's adherents are executed.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

---

[1] Correctly, *ap Howel*, as in Murimuth.

Murim., p. 51. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Murim., p. 51. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1326. The Younger Despencer is executed.

Post hæc, Dominus Hugo prædictus apud Herefordiam fuit morti adjudicatus sine responsione; ubi tractus et suspensus est in furca habente quinquaginta pedes in altitudine; et postea decapitatus est et quarterizatus, et partes ad quatuor plagas regni missæ. Caput vero super pontem Londoniarum fixum fuit. Tractus autem fuit in collobio armis [1]infexto propriis, in quo legibiliter fuit scriptus bonis litteris Psalmus, [2]"Quid gloriaris in malitia?" usque ad versum, [3]"Ego "autem sicut oliva:" de quo quidam sic scribit;—

> "Funis cum lignis, a te, miser, ensis et ignis,
> "Hugo, securis, equus, abstulit omne decus,"

"Funis," quia tractus fuit; "ligna," quia suspensus; "ensis," quia decollatus; "ignis," quia exentratus, et viscera concremata; "securis," quia in quartas divisus; "equus" quidem cum traxit.

Simon de Reading is executed.

Eodem die Symon de Redinge tractus fuit et suspensus in eadem furca qua Hugo suspendebatur, sed inferius per decem pedes. Hic de familia Regis fuerat, et plura convitia irrogaverat sæpe Reginæ; unde jam suo docuit exemplo, quam periculosum est regem vel reginam blasphemare. Acta sunt autem hæc diebus Lunæ in ultionem necis Domini Thomæ Lancastriæ, qui passus fuerat die Lunæ. Robertus de Baldok, post multas contumelias, fuit carceri Episcopi Herefordiæ liberatus, ubi mansit usque ad Festum Purificationis Beatæ Mariæ; et tunc Episcopus Herefordensis fecit eum duci Londonias ad [4]eundem . Londonienses vero conglomerati ipsum de custodia Episcopi, (ut putabatur, consentientis), rapuerunt et apud Newgate incarceraverunt, et inhumaniter tractaverunt; adeo quod postmodum circa festum Ascensionis Domini obiit in tormentis.

Murimuth, p. 51. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Robert de Baldock is imprisoned and dies miserably.

Regina vero, expeditis præmissis, se transtulit cum filio suo Duce Domino Rogero de Mortuo Mari et aliis, [5]ad castrum de Walyngford, ubi Natale Domini celebravit.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The Queen goes to Wallingford.

Transit annus iste frugifer et fructifer, plus quam anni præcedentes diu; Francis [6]immemorabilis, quia nihil relatu dignum actum fuit ibidem; Anglis notabilis, propter Regis fugam et captionem; et lugubris quibusdam, propter nobilium

---

[1] *inserto* in the printed texts.

[2] *Psalm* lii. v. 1.

[3] v. 8.

[4] *ejusdem ædes*, in the printed texts; in place of this word and the hiatus. In Murimuth, the reading is *ad cum*: but *ad eundem* in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[5] *versus partes Londonienses*, in Murimuth.

[6] *immemoralibus* in orig.; by inadvertence.

A.D. 1327. infamem necem; quibusdam hilaris, propter patriam a proditoribus liberatam; Scotis totus otiosus propter treugas captas, et ademptam bellorum formidinem ea vice. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Novus annus et Natale Dominicum magnificum tentum Walyngfordiæ per Reginam.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo vicesimo septimo, et regni Regis Edwardi, a Conquæstu Secundi, vicesimo et ultimo, tenuit Regina Natale cum filio, Cantuariensi et Eboracensi Archiepiscopis, Wyntoniensi regni Thesaurario, et Norwicensi Cancellario, Lyncolniensi, Elyensi, Coventrensi, et Herefordensi, Episcopis, aliisque prælatis, regni proceribus, et nobilibus, Walyngfordiæ, cum summo gaudio et honore, Rege detento in castro de Kenelworth, ut supra dictum est.

A Parliament held at London.

The King is publicly deposed, and Prince Edward chosen King.

Post Natale, Regina, cum filio suo, ante festum Epiphaniæ venit Londonias, ubi cum magno gaudio et muneribus est suscepta. Convenit etiam illuc tota regni nobilitas, citata per prius ad Parliamentum tenendum ibidem in crastino dicti festi; ubi cuncti censuerunt Regem indignum diademate et propter plures articulos deponendum, et Edwardum, filium ejus primogenitum, in Regem unanimiter eligendum. Quod etiam consequenter factum fuit, et electio in Aula Magna Westmonasterii publice divulgata per quemdam ex magnatibus sapientem; cui electioni consensit populus universus. Archiepiscopus vero Cantuariensis præsenti consensit electioni, ut omnes prælati; et Archiepiscopus quidem, assumpto themate, "Vox populi, vox Dei," sermonem fecit populo, exhortans omnes ut apud Regem Regum intercederent pro electo. Facto sermone, discessum est. Ut autem innotuit Reginæ filii sui electio, et viri dejectio, plena dolore,—ut foris apparuit,—fere mente alienata fuit. Edwardus quoque, filius suus, materno dolori compassus, juravit quod invito patre nunquam susciperet coronam regni. Idcirco, communi decreto, ex parte totius regni, tres Episcopi, duo Comites, et duo Abbates, quatuor Barones, et de quolibet [1] Comitatu regni [2] tres milites, ac etiam de Londoniis et aliis civitatibus et magnis villis, et præcipue de [3] Portubus, de qualibet certus numerus personarum, missi sunt ad Regem apud Kenelworth, qui, nunciarent electionem

Prince Edward refuses the crown without his father's sanction.

A deputation is sent to Kenilworth, to

Murimuth, p. 52. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[1] This word, which had been omitted, is inserted in a somewhat later hand.

[2] *duo* in Murimuth; *tres* in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] *Quinque Portubus* in Murimuth.

Murimuth, p. 52. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. filii sui, et requirerent diligenter quod renunciaret dignitati regiæ et coronæ, et permitterent eundem filium suum regnare pro eo; alioquin ipsi redderent sibi homagia, et procederent in prætactis. A.D. 1327. obtain Edward's sanction.

Rex autem, ut hæc audivit, cum fletu et ejulatu respondit, quod multum doluit de eo quod sic demeruit erga populum sui regni, et ab omnibus qui aderant veniam precabatur. Sed ex quo aliter esse non potuit, gratias egit quod filium suum primogenitum elegissent. Nuncii vero, ad Parliamentum Londonias redeuntes cum Regis responso et insigniis, plebem lætam fecerunt. Mox tota regni communitas Edwardum juvenem, quatuordecim annos [1] ætatis habentem, in Regem promptissime [2] admiserunt, et [3] vicesimum septimum diem Januarii diem primum regni sui esse decreverunt; et in omnibus Comitatibus pacem ejus proclamari fecerunt, sub hac forma:— Edward gives a reluctant assent. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Murim. p. 52. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. The first day is named of the new reign.

New Rymer II. p. 683. "Edwardus, Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, " [4] et Dux Aquitanniæ, Vicecomiti de N. salutem. Quia " Dominus Edwardus, nuper Rex Angliæ, pater noster, de " communi consilio et assensu Prælatorum, et Comitum, et " Baronum, et aliorum magnatum, necnon communitatum, " totius regni prædicti, spontanea voluntate se amovit a regimine dicti regni, volens et concedens quod nos, tanquam " ipsius primogenitus et hæres ipsius, regni gubernationem " et regimen assumamus; nosque ipsius patris nostri beneplacito in hac parte, de consilio et avisiamento Prælatorum, " Comitum, et Baronum prædictorum, annuentis, gubernacula " suscepimus dicti regni, et [5] fidelitates et homagia ipsorum " prælatorum et magnatum recepimus, ut est moris.—Desiderantes igitur pacem nostram pro quiete et tranquillitate " populi nostri inviolabiliter observari, tibi præcipimus, " quod statim visis præsentibus, per totam ballivam tuam " pacem nostram facias publice proclamari, universis et singulis " ex parte nostra inhibendo, sub pœna et periculo exhæredationis " et amissionis vitæ et membrorum, ne quis dictam pacem " nostram infringere seu violare præsumat, sed quilibet actiones " et querelas absque violentia quacunque prosequatur, secundum leges et consuetudines regni nostri. Nos enim Proclamation made by the new King.

---

[1] Omitted in the printed texts. This passage does not appear in Murimuth.

[2] Omitted by inadvertence, but supplied in a somewhat later hand.

[3] The printed texts have *vicesimum* only: MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. *vicesimum septimum*. Murimuth says that Edward III. was crowned on the 1st of February, and Avesbury on the 25th of January, 1327. See Sir H. Nicolas, *Chron. Hist.* (p. 317, new ed.)

[4] Omitted in the printed texts.

[5] *fidelitatis* in orig.; by inadvertence.

A.D. 1327.

"parati sumus, et semper erimus, omnibus et singulis conquerentibus, tam divitibus quam pauperibus, in curiis nostris "plenam justitiam exhibere. Teste meipso, etc."

The young King is knighted, and crowned at Westminister.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Kalendis [1] Februarii, die Dominica in Vigilia Purificationis, Edwardus juvenis suscepit arma militaria, cum multis aliis juvenibus generosis, per Dominum Comitem Lancastriæ, præsente Domino Johanne fratre Comitis Hanoniæ, qui in Anglia tunc agebat, et multis aliis tam indigenis quam externis; et [2] eodem die coronatus est apud Westmonasterium per Cantuariensem Archiepiscopum Walterum, Regina, prout prætendebat vultu, in doloribus existente. Eodem tempore assignata fuit dos Reginæ talis et tanta, quod Regi filio regni pars tertia vix remansit.

An exorbitant grant made to the Queen.

Murimuth, p. 53. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Attack upon the Abbey of Bury Saint Edmund's by the burgesses.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Per idem tempus, burgenses de Sancto Edmundo de Bury, se clam unanimiter adunantes, hora meridiana, fractis januis, Abbathiam intraverunt, et resistere volentes, tam monachos quam sæculares, [3] inhumane tractaverunt, et [4] chartas et munimenta loci, diversaque jocalia et indumenta ecclesiastica, necnon et holoserica pretiosa, Dei timore postposito, asportaverunt, detinentes omnia donec Abbas et Conventus suam sibi concessissent erroneam voluntatem.

The custody of the late King is transferred to new keepers.

Murimuth, pp. 53, 54. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Eo tempore, quia videbatur quibusdam quod Dominus Edwardus, pater Regis, apud Kenelwurthe fuit nimis delicate tractatus, ordinabatur quod Dominus Thomas de Berkeleye et Dominus Johannes de Mautrevers haberent ipsius custodiam; unde circa Ramos Palmarum fuit usque ad castrum de Berkeley ductus secrete. Et quia timuerunt aliquorum adventum ad liberandum ipsum, de loco prædicto fuit deductus nocte ad loca diversa, videlicet ad Corf et alia secreta loca; sed finaliter ductores reduxerunt eum ad castellum de Berkeleye, ita quod vix sciri potuit ubi fuit. Sed semper Dominus Thomas de Berkeleye habuit ejus custodiam uno mense, qui eum satis tractavit humaniter; et Dominus Johannes Mautrevers alio mense, qui erga eum aliter se habebat. Regina vero misit sibi indumenta delicata et litteras blandientes; sed tamen ipsum videre nolebat, fingens quod communitas regni non permisit. Expensas autem habuit, videlicet centum marcas per mensem.

Treatment of him by his respective keepers.

The young King proceeds towards Scotland.

Eodem anno, juvenis Rex Angliæ, cum matre sua et stipendiariis suis alienigenis, congregans magnum exercitum, versus Scotiam se transtulit; cum quo iverunt plures voluntarie quam inviti, quia optime præsumebant de auspiciis juvenis.

---

[1] *Fabruarii* in orig.
[2] See Note 3 in page 187.
[3] *inhumaniter* in the printed texts.
[4] *carta* in orig., and in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Monach. Malmesb. p. 245 (ed. Hearne). MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Nempe terra tunc recepit ubertatem, [1]acr lætam temperiem, Ecclesia libertatem. Sed tamen, cum venissent Eboracum, orta discordia inter Anglos et Hanonenses, conflictus gravissimus factus fuit; Angli tamen pejorem calculum reportabant. Facta tamen pace per bonos mediatores, se versus Scotiam concorditer transtulerunt, et venerunt ad [2]Stanneparke, ubi exercitus Scotorum fuit. Et licet exercitus Regis Angliæ [3]fuisset in triplo major et fortior, Scoti tamen, per proditionem quorundam magnorum Angliæ, sine læsione fugerunt; unde Rex juvenis est cum dolore et sine honore reversus, et, cito postea, remisit Hanonenses et stipendiarios ad partes suas. A.D. 1327. Dissensions among his troops. Murim. p. 54. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. The Scots escape, and the King returns.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Eodem anno, circa festum Sancti Matthæi Apostoli et Evangelistæ, cum multi conspirarent ex amicis Edwardi nuper Regis, sed depositi, ad ejus liberationem, cum veru ferreo et ignito inter celanda confossus, nefarie est peremptus in castro de Berkley, ubi fuerat carceri mancipatus; et licet multi Abbates et Priores, milites et burgenses, de Bristollia et de Gloucestria, ad videndum corpus suum integrum vocati fuissent, et tale superficialiter conspexissent, dictum tamen fuit vulgariter, quod per ordinationem Dominorum Johannis de Mautrevers et Thomæ Gorney fuit per cautelam occisus, ipso prostrato et sub ostio ponderoso detento ne surgeret, dum tortores imponerent cornu in ano suo, (quod dictu verecundum est,) et per foramen immitterent ignitum veru in viscera sua, ne videlicet vestigia adustionis in cute sua aliqualiter apparerent; de cujus meritis, an inter Sanctos commemorandus sit, frequens est in vulgo disceptatio; sicut de Thoma Comite Lancastriæ quondam fuit. The late King is barbarously put to death. Murimuth, pp. 54, 55. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Monach. Malmesb. p. 245. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Murimuth, p. 55. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Dominus Johannes Mautravers et Thomas Gorneye, timentes pœnas solvere pro morte Regis, repente fugerunt. Sed dictus Thomas fuit post tres annos notus, et captus apud Marciliam, et remissus versus Angliam, pœnam pro demeritis recepturus; qui tamen illuc non pervenit, sed in mari decapitatus fuit, et sub quodam colore, ne forte magnas personas et magnos prælatos Angliæ de [4]consensu necis regiæ, et conniventia, accusaret. Johannes Mautravers se transtulit in Alemanniam, et ibi mansit per plures annos, [5]ut infra plenius apparebit. Punishment of one of his murderers. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Murimuth, p. 55. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Hoc anno obiit Dominus Karolus de Valeys, patruus Regis Franciæ; qui, ut prædictum est, in Wasconia contra fratrem Regis Angliæ equitavit. Qui Karolus in vita sua Anglos habuit exosos. A.D. 1325. Death of Charles de Valois.

[1] *aier* in orig.; by inadvertence.
[2] *I.e.* Stanhope Park.
[3] *fuit* in the printed texts.
[4] *concensu* in orig.
[5] This fact is not again alluded to.

A.D. 1329. Death of Robert Bruce. Eodem anno obiit Robertus le Brus, relicto filio suo David, septem vel octo annorum; quem Scoti receperunt pro Rege suo. Murimuth, pp. 55–58. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1328. Death of Charles IV., King of France. Eodem anno obiit Rex Franciæ Karolus, tertius frater qui post mortem Philippi patris sui regnavit; cui successit in regno Philippus, Domini Karoli de Valeys filius; qui Anglicos nunquam dilexit.

A.D. 1328. Marriage of King Edward to Philippa of Hainault. Item, hoc anno Edwardus, juvenis Rex Angliæ, duxit filiam Comitis Hanoniæ in uxorem; quæ etiam fuit filia sororis Domini juvenis Regis Franciæ; licet illa affinitas, nec aliqua alia cum Francigenis unquam contracta, Angliæ profecisset.

A.D. 1328. A Parliament held at Northampton; and peace concluded with the Scots. Eodem anno tenuit juvenis Rex Angliæ Parliamentum Northamptoniæ, ubi facta fuit turpis pax inter Anglos et Scotos; ita quod David, filius Roberti [1] le Brus, duxit sororem Regis Angliæ in uxorem; et Rex Angliæ, cum matre, sed infra ætatem existens, fecit chartas Scotis, quarum tenor penitus ab Anglicis ignoratur: et hoc totum factum est per ordinationem Reginæ et Rogeri de Mortuo Mari, et Jacobi Doglas, [2] Scoti.

Marriage of the daughters of Roger de Mortimer. Rex autem Angliæ, post dictum Parliamentum, se transtulit versus Herefordiam, ubi fuerunt solemnes [3] nuptiæ inter filias Rogeri de Mortuo Mari et quosdam nobiles, videlicet filium Comitis Marescalli et hæredem Domini Johannis de Hastynge.

A.D. 1327. Death of Walter, Archbishop of Canterbury. Mense Novembris obiit Walterus, Cantuariensis Archiepiscopus; cui successit per electionem Magister Symon de Mepham, Magister in Theologia et Canonicus Cicestriæ, de Cantia oriundus.

Transit annus iste felix et fertilis frugum productione et fructuum; Angliæ lætus; jocundus Hanoniæ; hilaris Galliæ; votivus Scotiæ, et quietus. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[1] *de* in the printed texts.

[2] *Scotum* in orig., and in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] Incorrectly written "*nuncii*" in orig.

[4] A passage of about twenty lines, found in the texts of Roger of Chester and Hemingburgh, and which appears in the printed texts, is omitted here. It is not in Murimuth, or in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[DE REGE EDWARDO TERTIO.]

Roger of Chester, Polychronicon (MS. Harl. 655, f. 290 a).

A.D. 1327. A Parliament held at Westminster.

[1]In festo Sancti Hillarii factum est Parliamentum apud Westmonasterium, ubi Archiepiscopus Cantuariensis [2]Johannes coram populo plures articulos contra Regem proposuit, universo populo quod filius pro patre regnaret acclamante; missi sunt igitur Episcopi, Abbates, Priores, Comites, Barones, milites, et cives, ad Regem, in castro de Kin[e]lworth detentum, [3]sibi coronationi filii sui assentire placeret. Qui coronam Angliæ filio suo, in arto positus, saltem ore renunciavit. Nunciis vero apud Kenelworth [4]moram nectentibus, proclamatum est in Foro Londoniarum, quod omnes qui servitium Regi debebant, die Dominica in Vigilia Purificationis Beatæ Mariæ apud Westmonasterium in Coronatione forent novi Regis.

Edward II. renounces the crown.

Proclamation of the Coronation.

Roger of Chester, H mingburgh (or Hemingford) II. pp. 297, 8. ed. Hamilton.

Edward III. is crowned.

Edwardus igitur, post Conquæstum Tertius, annos quatuordecim in festo Sancti Bricii ante Coronationem suam jam habens, in Vigilia Purificationis Beatæ Mariæ apud Westmonasterium solemniter coronatur.

A Parliament held; liberties and privileges granted to the Londoners.

Hoc anno, in festo Sancti Bricii, Rex Edwardus Tertius tenuit Parliamentum; in quo civibus Londoniarum omnes libertates prius perditas, et de novo alias, ac etiam quod omnes pro latrocinio infra libertatem Londoniarum capti coram Majore in domo communi adjudicarentur, libere concessit.

Murder of the late King.

Post hæc, Edwardus de Kinelworthe ad castrum de Berkeley est translatus; ubi in mense Septembri, die Sancti Matthæi Apostoli, immisso per posteriora cornu, impositoque veru ferreo candente usque ad intestina, ut ferebatur, fuit interfectus.

The King marches against the Scots.

The Scots escape.

Circa Pentecosten, Rex Edwardus cum magno exercitu Anglorum et Hinaldorum Scotiam oppugnare proponebat; sed Scoti Angliam ingressi, quorum capitanei fuerunt Thomas Randolfe [et] Jacobus Duglas, parcum de Stanhope in Werdalle intrantes, tribus diebus a Rege Angliæ sunt obsessi. Sed quia Hunaldis Anglici invidebant, vel, ut putabatur, quorundam Anglorum proditione, sine lædente Scoti libere manus illorum evaserunt. Jacobus autem Duglas, miles strenuus,

[1] This has been already stated, in other language. See p. 186, *ante*. For the variations that occur here between the Arundel MS. and the printed texts of Walsingham, the reader is referred to the Appendix.

[2] An error: Walter Reginald (or Reynolds) was his name.

[3] *si* in Roger of Chester.

[4] The original word here is *nomen*; the alteration being made in a more recent hand.

A.D. 1327. Narrow escape of the young King.

exercitum Anglorum latenter nocte quadam cum paucis admodum intravit; et usque ad Regis pavilionem, ut Regem surriperet vel etiam interficeret, appropiavit. Sed capellano suo, viro audaci et armato, cum quibusdam aliis, interfecto, vix ad suos illæsus evasit.

Roger of Chester. Hemingb., pp. 298–302.

A.D. 1328. Marriage of Edward III.

Hoc anno, in [1]Vigilia Conversionis Sancti Pauli, Edwardus Tertius duxit in uxorem Philippam Comitis Hanoniæ filiam.

Marriage of the King of Scotland to the Princess Johanna.

Hoc anno, duodecimo die mensis Julii, David Rex Scotiæ, filius Roberti Brus, Johannam de Turri, sororem Edwardi Tertii, apud Berewicum duxit in uxorem. Occasione autem istius matrimonii [2]excitatus et inductus fuit Rex Angliæ, per matrem suam præcipue et Rogerum de Mortuo Mari, ad resignandum omne jus, et vendicationem superioritatis quod ipse vel progenitores sui temporibus [3]quibuscunque in regno Scotiæ habuerint.

Power and influence of Roger de Mortimer.

Illis enim diebus Rogerus de Mortuo Mari thesaurum regni congregavit, potestatem regiam usurpavit, Regem, ut videbatur, suppeditavit; ita quod Comes Lancastriæ Henricus, in Coronatione Regis, per procerum consensum Regis custos deputatus, Regi appropiare, consulere, nec custodire valens, consilio Archiepiscopi Cantuariensis, Episcoporum, ac aliquorum procerum ductus, circa festum Sancti Hillarii cum magno exercitu, ut defectus reformaret, errataque pro posse corrigeret, contra dictum Rogerum circa Leycestre et Bedforde moram traxit;

Submission of the Earl of Lancaster.

mediante que Archiepiscopo ac multis aliis, Comes Henricus se Regi humiliavit, et quod in Parliamento responderet errori inter eos satisfaciendo repromisit.

Rex Edwardus cum paucis [4]admodum in Franciam transfretavit, et in die Pentecostes rediit.

A.D. 1329. Death of Robert Bruce.

Robertus Brus, Rex Scotiæ, lepra percussus, obiit [5]quinto Idus Junii.

A.D. 1330. Coronation of Queen Philippa.

Hoc anno, Dominica Quadragesimæ, Philippa Regina Angliæ apud Westmonasterium coronatur.

A Parliament at Winchester. Execution of the Earl of Kent.

In prima septimana Quadragesimæ, factum est Parliamentum apud Wyntoniam; ubi, in crastino Sancti Gregorii, Edmundus Comes Cantiæ, avunculus Regis, fuit arestatus, et in Vigilia Sancti Cuthberti morti adjudicatus. Ab hora vero prima usque ad vesperas extra portas castri, nullo in eum manum mittente,

---

[1] Roger of Chester and the printed text of Hemingburgh say, "*festo* "*Conversionis*;" but the Eve of the Conversion, as in the text (24 Jan. 1328) is the correct date.

[2] *exitatus* in orig.

[3] *quicunque* in orig.

[4] *ad Regem Franciæ*, Roger of Chester and Hemingburgh.

[5] Correctly *septimo*, as in Roger of Chester and Hemingburgh; 7th of June, 1329.

Roger of Chester. Hemingb. II., pp. 302 -4.

stetit condemnatus, donec miser quidam de Marescallia cum [1] missus est decollare. A.D. 1330.

Die Veneris ante festum Sancti Botulphi natus est Regi filius suus, Edwardus Quartus. Birth of Edward, the Black Prince.

In festo Sancti Clementis, coronati sunt et inuncti David Rex Scotiæ et uxor sua, Johanna, soror Regis Edwardi. A.D. 1329. Coronation of David, King of Scots.

Factum est Parliamentum apud Notyngham, [2] in crastino Sancti Lucæ Evangelistæ, et Rex arestari fecit Rogerum de Mortuo Mari, Galfridum filium suum, Simonem de [3] Bedford, et ad Turrim Londoniarum transmisit. In Vigilia Sancti Andreæ, dictus Rogerus, Comes Marchiæ, Londoniis tractus est et suspensus; ac post duos dies Fratribus Minoribus corpus ejus conceditur et honorifice sepelitur. [4] Dictus vero Symon de Bedford Londoniis tractus fuit et suspensus. A.D. 1330. Arrest and execution of Roger de Mortimer.

In hoc Parliamento Londoniis Rex de communi consensu procerum recepit in manu sua omnes terras prius matri suæ concessas; et, quod singulis annis mille libras perciperet, ordinavit. The grants made to the Queen Mother resumed.

Die Jovis in septimana Paschæ, Rex Edwardus cum paucis mare transivit; Regi Franciæ Philippo pro terra Wasconiæ homagium fecit, et rediit; et infra quindecim dies apud [5] Dorteford torneamentum tenuit. A.D. 1331. Edward does homage to the King of France.

Die vero Lunæ post [6] hoc festum Sancti Matthæi, Londoniis inter Crucem et Soper Lane tredecim milites hastiludia contra quoscunque venire volentes per tres dies tenuerunt. Jousting in London.

Hoc anno, Edwardus de Baliolo, jus in regnum Scotiæ vendicans, in principio Augusti habens in suo exercitu Henricum de Bello Monte Comitem de Boghan, Gilbertum de Umfrevile Comitem de Angus, et David Comitem de Athles, cum duobus millibus et quingentis armatis et peditibus, Scotiam apud Kincorne intravit; ubi Comes de Fif et Robertus de Brus, filius Regis Roberti nothus, cum decem millibus Scotorum, Anglicos in ripa maris ad pugnam provocantes, per paucos arcitenentes et alios pedites, antequam armati terram tangere possent, repelluntur. Reliquis in fugam lapsis, [7] nongenti, una cum Alexandro de Setone filio Alexandri, interficiuntur; et confestim A.D. 1332. Edward de Baliol invades Scotland.

---

[1] *jussus* in Roger of Chester and Hemingburgh.

[2] *ubi in crastino . . . . Rex . . . fecit*, Roger of Chester and Hemingburgh.

[3] *Berford* (correctly), Roger of Chester; *Bedefordia* in Hemingburgh.

[4] This passage is not given by Hemingburgh.

[5] *Dertford*, in Roger of Chester and Hemingburgh.

[6] This word is superfluous; it is not in Hemingburgh.

[7] *milites nongenti* in Hemingburgh.

A.D. 1332. versus Abbathiam de Dunfermlin, victualibus refertam, processerunt. Quadraginta quoque millia Scotorum, in loco qui "Gaskmor" vocatur, parati ad pugnam venerant; sed Angli, per diem illum, videntibus Scotis, in ripa cujusdam aquæ morantes, in nocte, Alexandro de Mounbray præcedente, aquam transeuntes, montem ubi Scoti erant, ascenderunt. Mane autem facto, [1] exercitibus dimissis, exceptis quadraginta et quatuor Alamannis retro in equis existentibus, congrediuntur. Scoti virtute divina revera, non humana, devincuntur; Comites de Mar, de Menteth, de Athels, de Morref, [2] Robertus Brus Nothus, Comes de Karrike, vitæ finem dederunt. Nigellus Brus, [3] duodecim Barones, octingenti milites, duo millia armatorum, tredecim millia et tercenti peditum, interficiuntur. Ex parte vero Anglicorum ceciderunt [4] milites, tres et triginta scutiferi; et in transitu aquæ nocte præcedenti, Rogerus de [5] Swinardiston miles fuit submersus. Duravit hoc bellum ab ortu solis usque ad horam diei tertiam. Cadavera enim Scotorum altitudine unius lanceæ, ut ferebatur, fuerant elevata; et multo plures corporibus oppressi quam in ore gladii interfecti, fuerant suffocati. In crastino vero Anglici villam Sancti Johannis, victualibus repletam, susceperunt; fossis largis et profundis circumducunt.

Roger of Chester. Hemingb. II., pp. 304, 5.

Defeat of King David's adherents at Dupplin Moor.

Defeat of the Scots at Perth.

Post hæc [6] vero, Patricius Comes de Dunbar, Archebaudus Duglas, cum [7] duodecim millibus, villam obsederunt: Johanni Crabbe, nautæ cuidam experto, [8] genere Flandrensi, apud Berwicum moram trahenti, ad [9] submergendum et comburendum naves Anglicorum in aqua Tey cum navigio suo festinare miserunt. Qui cum decem navibus superveniens bargam Henrici de Bello Monte subito cepit; sed Anglici, viriliter resistentes, omnes naves Scotorum, una cum barga prædicta, incendunt. Homines fere omnes, Johanne Crabbe prædicto usque [10] ad Berwicum vix per terram fuga dilapso, aut submersi aut ore

---

[1] "*exercitus, dimissis equis, exceptis* "*quadraginta Alamannis in equis a* "*tergo existentibus, congrediuntur,*" Hemingburgh and Roger of Chester.

[2] This and the three following words are omitted by Hemingburgh.

[3] *Alexander Brus* is added here by Roger of Chester and Hemingburgh.

[4] *duo milites* in Roger of Chester and Hemingburgh: the number is omitted in the text. Their names are given by Knyghton, p. 2561.

[5] *Swynerton* in Hemingburgh.

[6] Omitted in the printed texts.

[7] *quadraginta* in Roger of Chester and Hemingburgh.

[8] This fact is omitted by Hemingburgh.

[9] The existing MSS. of Hemingburgh read *subjugandum; submergendum* is the reading in Roger of Chester.

[10] *per* in orig.; corrected from Hemingburgh and the printed texts.

Roger of Chester. Hemingb. II., pp. 305-7.

gladii sunt interfecti, die Sancti Bartholomæi Apostoli. Cognito autem hujus rei eventu, dimissa obsidione, Scoti ad sua redierunt. A.D 1332.

Hoc anno, quinto Kalendas Octobris, Edwardus de Baliolo apud monasterium de Scone in Scotia in Regem solemniter coronatur; et inde rediens apud Rokesburgh cum Scotis congressum habuit; ubi et Andreas de Moravia captus fuit, apudque Dunelmum ducitur, et in custodia detinetur. Post hæc, Patricius Comes de Dunbar et Archebaudus [1] Duglas ab Edwardo de Baliolo usque ad Purificationem Beatæ Mariæ treugas petierunt et obtinuerunt; ut tunc, habito Parliamento, pars utraque pro pacis reformatione plenius tractaret. Rex vero Edwardus, dolum nesciens, gentem suam ad propria remisit. Die enim assignato, Scoti armati accedentes quotquot subito invenerunt, Edwardo sibi vix [2] sua consulente, peremerunt.

Edward de Baliol is crowned at Scone.

He is obliged to fly.

Hoc anno, septimo Idus Martii, Edwardus Rex Scotiæ et multi nobiles Angliæ Scotiam intrarunt, interficientes et comburentes; fortalitium, in quo capti sunt Robertus de Colvile, decem armati, et pedites [3] multi, ceperunt et destruxerunt; captivos usque Berewicum secum duxerunt, quam potenter per terram et per mare obsederunt. A.D. 1333.

He returns, and lays waste Scotland.

Besieges Berwick.

Post hæc vero, [4] ante Annunciationem Dominicam, Archebaudus Duglas Angliæ Marchiam cum tribus millibus intravit, [5] villas de [6] Gillesond, per sedecim leucas in longum et sex in latum, combussit; cum magna præda et captivis in Scotiam egressus est.

The Scots ravage the English Marches.

Hoc tempore Antonius de Luscy miles, et Willelmus de Lacu Mabonis, cum octingentis hominibus, nocte quadam per [7] duo milliaria Scotiam intrarunt; in regressu vero eorum, combusserunt, occiderunt, [8][et] maximam animalium prædam ceperunt. Quibus Willelmus Duglas cum magna multitudine occurrit. Sed devictus est et captus, una cum Willelmo Barde et centum [9] aliis. Humfridus de Bosco, Humfridus de Gardino, milites, Willelmus de Karleolo, centum et sexaginta valentibus, gladio perierunt.

They are defeated, and Douglas is taken prisoner.

Rex Angliæ cum militia magna nono Kalendas Maii ad obsidi- King

[1] Written *Anglus* in orig.; corrected from Hemingburgh.

[2] *fuga consulente* in Roger of Chester and Hemingburgh.

[3] *quam plurimi, quos etiam captivos* in the printed texts.

[4] *Die Dominica proxima ante* in Roger of Chester and Hemingburgh.

[5] *pagum de* in Hemingburgh.

[6] *Gilleslond* in Roger of Chester and Hemingburgh; now "Gilsland."

[7] *xx. milliaria*, Roger of Chester and Hemingburgh.

[8] Supplied from the printed texts and Hemingburgh.

[9] The word *et* has been inserted here in orig., by inadvertence.

A.D. 1333. onem[1] Berewici venit, et tam per mare quam per terram quintodecimo Kalendas Junii villa fortiter expugnatur. [1] Diu ante insultu supervenit horribile incendium infra villam; compulsique cives gratiam Regum, misericordiam, et treugas, usque in crastinum, factis certis promissionibus de villa et castro reddendis, postea tamen non observatis, obtinuerunt.

Edward invests Berwick.

Roger of Chester. Hemingb. II., pp. 307-310.

The Scots ravage Northumberland.

Post hæc vero, quinto Idus Julii, omnes proceres [2] fere Scotiæ, cum exercitu magno congregati, obsessorum pro succursu, usque Twedemouthe accesserunt; quibus ne quoquo modo obsessis succurrere possent per Anglos impeditis, partes Northumbriæ per sex dies comburendo, et multa mala inferendo, ac incolas devastando, redierunt. Septimo vero die per suos de castro et villa Berwici, et præcipue per Willelmum de Keth militem rogati et [3] reformati, quod si redirent et ad pugnam cum duobus Regibus se disponerent, indubitanter prævalerent; redierunt igitur, [4] et decimo quarto Kalendas Augusti dictos Reges invaserunt; virtuteque divina devicti sunt, et cuncti fere proceres Scotiæ, cum multitudine maxima popularium, corruerunt, uno tantum milite et peditibus Anglicis decem interfectis.

They are defeated at Halidon Hill.

Baliol does homage and fealty to King Edward.

Rex Edwardus Scotiæ, decimo quarto Kalendas Julii, apud Novum Castrum in domo Fratrum Prædicatorum, fecit et juravit homagium et fidelitatem Regi Angliæ, Edwardo Tertio, pro toto regno Scotiæ et insulis Scotiæ adjacentibus.

A.D. 1334. Occasione hujus homagii, communitas Scotiæ contra utrumque regem insurrexit, et plures eis adhærentes cepit, et aliquos occidit. Interim vero, Rex Scotiæ ad Angliam se transferens, apud [5] Ravenshelm per tempus moram traxit. Cui, post principium mensis Novembris, Rex Angliæ apud Novum Castrum in adjutorium venit. In fine vero mensis Decembris, Rex Scotiæ cum exercitu sibi per Regem Angliæ assignato, per Vallem Anandiæ usque Glascow, Carrik, et Coningham, se transferens cuncta devastavit. Rex Angliæ vero Loudoneam

He is driven into England.

Lays waste the Scottish Borders.

A.D. 1335. et partes adjacentes invasit, quosdam malefactores cepit, et eorum capitaneos interfecit. Redeuntibus vero Regibus versus Berwicum, Comes Patricius ab eisdem recedendo homagium suum per suas litteras eis remisit. Circa finem mensis Julii, Rex Angliæ, cum exercitu Scotiam ingressus,

Edward enters Scotland.

---

[1] *Durante autem*, correctly, in Roger of Chester and Hemingburgh.

[2] An interpolation.

[3] *informati*, Roger of Chester and Hemingburgh.

[4] The names of the Scottish Commanders at the battle of Halidon Hill, as given by Hemingburgh, are omitted here.

[5] *Raneshulm* in the printed Hemingburgh (ed. Hamilton); *Ravensholm* in Roger of Chester.

Roger of Chester. Hemingb. II., pp. 310–312. plura loca devastat. Hoc idem Rex Scotiæ, cum Comite Warennæ, faciebat. Tandem apud villam Sancti Johannis ambo Reges convenerunt; ubi Comes de Athels, et Alexander Mounbray, et alii qui, propter homagium a Rege Scotiæ Angliæ Regi exhibitum, ab illis discesserant, sub certis conditionibus utriusque Regis gratiæ se submiserunt. Comes vero de Athels, regimen ultra mare Scoticum suscipiens, in brevi a Scotis atrociter est occisus. Comes Moraviæ, per Willelmum de Prestfen captus, Londonias est transmissus. A.D. 1335. He is joined by Baliol. The Earl of Athol slain. The Earl of Moray taken prisoner.

Circa finem mensis Maii, Rex Angliæ misit Henricum, filium Comitis Lancastriæ, cum exercitu magno ad Regem Scotiæ; qui villam Sancti Johannis ingressi, partes adjacentes undique destruxerunt. Post modicum vero tempus, Rex Angliæ, cum paucis admodum ad eos accedens, ultra montes Scotiæ cum exercitu undique vastando procedebat; et usque Elgin in Moravia, et [1] Invirnes, et per multa milliaria ultra quam unquam fuit avus suus, depopulando. Interim vero apud Aberdein interfectus fuit quidam miles strenuus, per navigium adveniens, "Thomas Roscelin" nominatus; unde offensus Rex, per Eberden veniens, villam comburi fecit, et partes adjacentes secundum rebellantium demerita devastavit. Castra de Strivelyn et Bothevile reparavit et munivit; dimissaque cum Rege [2] Scotiæ militia, Angliam rediit. A.D. 1336. The King of England again enters Scotland. Aberdeen is burnt.

In fine mensis Octobris, Johannes de Eltham, germanus Regis Angliæ, Comes Cornubiæ, obiit in villa Sancti Johannis, et Londoniis sepultus est. Obiit et ibidem Hugo de Frenes, Comes Lincolniæ, [3] mense Decembri, profluvio ventris, [4] sive, ut ferebatur, frigore per posteriora contracto. Death of John of Eltham, King Edward's brother. And of Hugh de Frenes.

Roger of Chester. Hemingb. II. p. 312. Hoc anno, mense Martii, Rex Angliæ tenuit Parliamentum apud Londonias, ubi filium suum primogenitum, Edwardum Quartum, tunc Comitem Cestriæ, Ducem fecit Cornubiæ, [5] et sic ab omnibus præcepit nominari. Fecit etiam idem Rex in eodem Parliamento sex Comites, videlicet, Henricum de [6] Lancastria juniorem Comitem Derbeyæ, Willelmum de Monte Acuto Comitem Sarum, Hugonem de Audeleye Comitem Gloverniæ, Willelmum de Clinton Comitem Huntyngdoniæ, Willelmum A.D. 1337. A Parliament at London. Prince Edward created Duke of Cornwall with other creations.

---

[1] *in Dernesse* in orig.; *Invirnes* in some of the MSS. of Hemingburgh; but *in Dirnes* in Roger of Chester.

[2] *Scotia* in orig.; by inadvertence.

[3] The addition of the date is given in Roger of Chester, (not in Hemingburgh); the cause of his death being superadded from some other source.

[4] *suæ* in the printed texts.

[5] This passage is given by Roger of Chester, and not in Hemingburgh.

[6] *Lancastrie* in orig.; by inadvertence.

A.D. 1337. Boun, Comitem Northamptoniæ, Robertum de [1]Ufforde Comitem Southfolchiæ; in quorum solemnitate fecit Rex apud Westmonasterium solemne convivium Dominica Tertia Quadragesimæ. Roger of Chester. Hemingb. II., pp.313, 4.

The Scots besiege Stirling Castle.

Interea, dum hæc agerentur, Comes Patricius, et Andreas de Moravia, et Willelmus Duglas, plura fortalitia, videlicet Sancti Andreæ et Bothevile, [2]invadentes ceperunt, et castrum de Strivelin obsederunt. Quo audito, Rex Angliæ ad partes Scotiæ iter dirigit. Scoti quoque castrum fortius aggrediuntur, et in conflictu Willelmus de Keth, qui de obsidentibus principalis fuit, interfectus est; et sic, dimissa obsidione, ante Regis adventum recesserunt. Rex vero castrum victualibus et novis stipendiariis muniens, vulneratos, debiles, et infirmos, in Angliam secum duxit.

Council at Stamford. An embassy sent to the King of France.

Post festum Corporis Christi, Rex Angliæ apud Stamford magnum Consilium tenuit, nunciosque solemnes ad Regem Franciæ pro pace inter eos reformanda, videlicet, Episcopum Lincolniensem, Comites Sarum et Huntyngdoniæ, et alios [3]plures nobiles, transmisit. Qui, naves intrantes, apud Boloniam in principio mensis Junii applicuerunt. Intelligentes voluntatem Regis mutatam, transitumque suum fore periculosum, versus Comitatum Hanoniæ, quam citius poterant, properabant; cum Lodewico Duce Bavariæ, regnum Allemanniæ, et contra voluntatem Papæ, tunc occupante, et cum Comite de [4]Gelirs, ac aliis proceribus multis, fœdus in Regis Angliæ subsidium inierunt. Redeuntes vero duas naves de Flandria versus Scotiam navigantes, multitudine Scotorum oneratas, scilicet ducentorum et quinquaginta, capiunt. Reperti enim sunt ibi Episcopus Glascuensis, Johannes de Stuward, et alii filii nobilium de Scotia, scilicet David de la Hay, Hugo Gifford, Johannes de la Mor, Willelmus Baly, Alexander Frisel, cum duobus clericis, Magistro Thoma Figas, Magistro Willelmo Muffet, et uno monacho de Dunfernlyn, cum mulieribus quibusdam nobilibus; quibus fere omnibus interfectis, Episcopus obiit, letaliter in capite vulneratus.

Treaty with Louis of Bavaria.

Capture of two ships belonging to the Scots.

The March of Scotland entrusted to the Earl of Warwick and others.

Rex Angliæ custodiam Marchiæ Scotiæ Comiti Warwici et aliis proceribus commisit; qui [5]diversis vicibus Scotiam intrantes

---

[1] *Rifforde* in orig.; corrected from Hemingburgh and Roger of Chester.

[2] *et alia, invadentes*, Roger of Chester.

[3] *quosdam nobiles* in Hemingburgh.

[4] *Selirs*, by inadvertence, in orig.; *Gerls* in Roger of Chester, *Gelrs* in Hemingburgh; meaning the Count of Gueldres.

[5] *a diversis* in the printed texts.

Roger of Chester. Hemingb. II., p. 314. Roger of Chester.

A.D. 1337. The Scots again enter England.

modicum profecerunt; sed Scoti, ter Angliam intrantes, plura loca combusserunt, et castrum de Edimburgh obsederunt. [1] Rege tamen Scotiæ superveniente, obsidionem dimittere sunt coacti.

A marvel in the Diocese of Winchester.

[2] Hoc anno, in ecclesia de Edeligh, Wyntoniæ Diœcesi et Decanatu de Aultone, in die Palmarum, post prædicationem cujusdam sacerdotis [3] litterati, "Johannes de Vecca" nomine, mulier quædam Johanna, coram populo, a juventute sua corpus suum libidini et obscœnitati fuisse expositum, ac alia facinora lacrymabiliter confessa est inaudita; obnixe flagitans pœnitentiam a sacerdote prædicto sibi imponi salutarem. Sacerdos quoque, de divina misericordia confidens, post sacræ Scripturæ [4] nominata ne desperaret, sed in Domino, peccatores ad pœnitentiam misericorditer expectante, spem poneret, sex dierum in pane et aqua in suorum remissionem dixit delictorum. Illa quoque, pœnitentiam talem suorum respectu facinorum parum fore seu nihil asserente, pœnitentiam qualemcunque agere posset sibi injungi simpliciter exoravit. Ille vero, [5] dierum postea trium in petitione muliere perseverante, in expiationem omnium peccaminum suorum, [6] induxit jejunium. Prostrata vero illa coram imaginibus ecclesiæ, flens et ejulans, ac preces ad Deum devote fundens, pronamque in terra se prosternens, in Corporis Christi elevatione exanimis et albissima est reperta.

A fawn with two heads.

In foresta de [7] Walmer capta est hinnula, duo habens capita æqualis magnitudinis, cum duobus collis; cætera membra erant simplicia; nutrita autem aliquanto tempore, et custodita, in curia Edwardi de Sancto Johanne, militis, dictæ forestæ magistri.

Roger of Chester. Hemingb. II., pp. 314, 5.

A woman deluded by a spirit.

Hoc anno, nocte Pentecostes, in Parochia de Kyngeslay, Wyntoniæ Diœcesi, et Decanatu de Aultone, mulier quædam, "Johanna" nomine, in somniis amasium suum [8] Willelmum a quodam visitare monita, in crastino a spiritu incubo, dilecti sui [9] specie sibi apparente, in foresta de Wolmer est cognita. Redeunte autem ad domum suam, mulier gravissima infirmitate est detenta. Quod vero per spiritum malignum fuerat seducta, veritas per dilectum suum propalatur. Muliere autem ejulante

---

[1] This passage is not given in Hemingburgh.

[2] This seems to be only another version of the story repeated below.

[3] *litteræ* in orig.

[4] *monita* in Roger of Chester.

[5] *diebus postea tribus in petitione* in the printed texts; *quatuor dierum, postea trium, in petitione*, Roger of Chester. The letter *e* is placed before *dierum* in orig.

[6] *indixit* in the printed texts.

[7] *Wolemere* in Roger of Chester.

[8] *Willelmum forestarium*, Roger of Chester.

[9] *spem* in the printed texts.

A.D. 1337. Her horrible death. et devote [1] delicta confitente, intolerabili quasi fœtore domus repletur; post triduum toto corpore inflato, una cum ventre et labiis, [2] in nigredine, obiit; ab octo viris ad tumulum [3] est vix delata. Roger of Chester. Hemingb. II., p. 315.

A.D. 1338. Siege of the Castle of Dunbar. Hoc anno, Comes Sarum et multi nobiles Angliæ quinto Kalendas Februarii castrum de Dunbar obsident, septimanisque novemdecim [4] durat obsidio; acceptisque tandem treugis, sub certis pactis, Angliam redierunt. Quæ quidem obsidionis dimissio, et treuga, majoribus Angliæ et multis ibidem congregatis [5] plurimum displicuit. Fuerat enim, ut ferebatur, ipsa dispendiosa, nec honorifica nec secura, sed Scotis utilis atque grata.

A calf with two heads. [6] Hoc anno, mense Martii, in villa de Leghtone juxta Huntyngdone, ad sex milliaria, natus est vitulus duo habens capita et octo pedes.

Portsmouth burnt. Quædam naves et galeæ, ut ferebatur Normannicæ, in [7] Vigilia Annunciationis Beatæ Mariæ apud Portismudam applicuerunt; villam quasi totaliter, præter ecclesiam parochialem et hospitalem combusserunt, et illæsi cum spoliis ad naves regressi sunt.

Severity of the winter in England. Hoc anno, [8] hyems asperrima extitit in Anglia, et duravit gelu maximum a quinto Kalendas Decembris usque ad quartum Idus Februarii, et nives nullæ; unde et triticum carum, sed cætera blada abundanter terra produxit. Remarkable productions of nature. In multis locis Angliæ, salices in Januario flores protulerunt, rosis in quantitate et colore persimiles. Sambuci vero arbores fructus, [9] cerasis sine lapidibus tum simillimos produxerunt. [10] Interpretetur, qui poterit, signi prodigium.

King Edward sails from Orwell for Antwerp. Hoc anno, Rex Angliæ, cum Regina et Comitibus de Derby et Northamptone, ac Sarum, ac militia copiosa, Idibus Julii apud Orewell in mare se posuit contra Regem Franciæ. Hic, [11] transitoque prospere mari, apud Andewerp moram traxit; MS. Harl. 655. Hemingb. II., pp. 315, 6.

---

[1] *dilecto* in orig., and in the printed texts.

[2] *in nigredinem versis*, Roger of Chester and Hemingburgh.

[3] *propter ejus molem vix*, Hemingburgh.

[4] *duravit* in the printed texts.

[5] Omitted in the printed texts.

[6] For the variations between the Arundel MS. and the printed texts, from the beginning of the reign of Edward III. down to this point, see the Appendix.

[7] *Antevigilia*, Roger of Chester and Hemingburgh.

[8] *hiemps* in orig.

[9] *serosis* in orig.

[10] See this account repeated in page 223, *post*.

[11] *transito* in the printed texts.

MS. Harl. 655. Hemingb. II., p. 316. habitoque juxta Coloniam cum Lodowico de Bavaria consilio, de toto Imperio citra Coloniam ejus Vicarius factus est, et de omnibus Imperium tangentibus vicem ejus gerens. A.D. 1338. Louis of Bavaria appoints him his Vicar.

MS. Harl. 655. Misit quoque Rex Angliæ Summo Pontifici litteras jus suum in regno [1] Francorum declarantes, in hunc modum:—

MS. Harl. 655. Hemingb. II., p. 316. New Rymer, II., p. 1086. A.D. 1339. Letters of King Edward to the Pope and Cardinals, setting forth his title to the throne of France.

[2] "Amabilium Deo Patrum, sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ "Cardinalium, Collegio venerando, Edwardus, Dei gratia Rex "Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, salutem et "sinceræ dilectionis affectum. Sanctissimo Patri, Domino "Summo Pontifici, post debita reverentiæ munera, scripsimus "in hæc verba:—'Jus naturæ prævium, pariter animalia "'cuncta docens, contra violentas injurias licentiam defen-"'sionis indulsit, statuens universaliter jure factum, quod "'quisque, vim injuriamque propulsans, suam fecerit ad "'cautelam. Sane, cum dudum animosa guerrarum pericula, "'injuriosa damnorum discrimina, nobis mota fuerunt et "'illata, quæ, toti mundo notoria, [3] et nostra etiam intimatione "'frequenti Apostolicæ Sedi facta, satis pro constanti sup-"'ponitur beatitudini vestræ nota; nos, cor habentes paci-"'ficum, novit Deus, pro vitandis illis et pacificis subdu-"'cendis, obtulimus nos voluntarie persequenti, reverenter et "'humiliter forte nimis, amabiles vias pacis, non sine nos-"'trorum magno jurium interesse, ut, neglecta [4] prosecutione "'alia cujuslibet juris nostri, tempore illo justi doloris, quo "'propter accensam furoris Soldani Babiloniæ rabiem, et "'Crucis hostium aliorum, ex causa jurati contra eos passagii, "'et solemniter publicati in partibus transmarinis, peribant, "'et pereunt Christiani, et crescunt immaniter injuriæ cruci-"'fixi, possemus, sicut [5] debemus et propensius anhelamus, "'intendere causæ Christi, quæ negligitur, immo verius im-"'ponitur in magnam cujuslibet Christicolæ regis, maxime "'demerentis, infamiam et ignominiæ magnæ notam. Sed "'nescimus veniat quo peccato, quod de pacificis oblatis "'humiliter, ex quibus surgere debuit pacis amor, in eo qui "'nos sola voluntate persequitur, majoris iracundiæ majoris-"'que duritiæ crevit tumor. Contra nos tamen illum non pro-"'vocat, [6] Deo et conscientia nostra teste nobis, aliquod factum

[1] *Franciæ* in the printed texts.

[2] Reference is here made in the Arundel MS. to the end of the volume; where the Letter is inserted, but in a hand of the 16th century. Like the text, however, of this letter in the printed versions of Walsingham, it is transcribed with such singular inaccuracy, that the text of Hemingburgh and MS. Harl. 655 (a Continuation of Roger of Chester) has been adopted.

[3] *ex nostra*, Harl. 655.

[4] *persecutione*, Harl. 655.

[5] *deberemus*, Harl. 655.

[6] *Deus*, Harl. 655.

A.D. 1339. " 'nostrum, vel attentatum per nos [1]aliud contra eum; immo MS. Harl. 655. Hemingb. New Rymer.
" 'vident oculi mundi, publici testes nostri, præfatus perse-
" 'cutor noster, 'Franciæ Regem' se nominans, damnosis
" 'injuriis quot et quantis nos et nostra jura vulnerat et
" 'defalcat. Ipsius quidem regni Franciæ, quod ad nos omni
" 'successorio jure legitimo pertinere cognoscitur, est in-
" 'vasor et illicitus occupator; regnum ipsum, quod debuit
" 'nobis vocatis vel defensis legitime debito juris ordine
" 'petere, non veritus occupare, cum vir essemus et quod
" 'persona essemus cujus principaliter interesset, notorie
" 'certum esset, et in regno [2]ipsum jus nostrum foret
" 'tam notorium quam communi jure fundatum; supposito,
" 'sicut evidentia facti notorii præsupponit, quod celebris
" 'recordationis Philippus olim Rex Franciæ, pater claræ
" 'memoriæ Karoli Regis Franciæ immediate defuncti, et
" 'serenissimæ Dominæ Isabellæ, Reginæ Angliæ, matris
" 'nostræ, fuerit avus noster, cum eidem Karolo, tempore
" 'mortis suæ, ex descendentibus secum ab eodem Philippo
" 'masculus superstes proximior fuerit nullus nobis, et per-
" 'sona fœminea dicti regni, per jus in eodem regno servatum
" 'antiquitus, sit non capax, quod nos jus regni præfati fa-
" 'vorem in viam causæ finalis attendens, ne regnum ipsum
" 'sub fœminea fragili gubernatione labatur; et propter hoc
" 'personam mulieris excludens, non excludit personam mas-
" 'culi per sic exclusam fœminam descendentis; ne fiat, juribus
" 'semper odibilis, prorogatio odiorum, personæ videlicet ad
" 'personam, sexus ad sexum, causæ ad causam, odii ad
" 'favorem, neve, contra legum traditiones communes, fœmi-
" 'neum genus, ubi maxime de odio agitur, concipiat mascu-
" 'lum. Ad [3]hæc etiam, per jus memoratum a regno fragilitas
" 'muliebris excluditur, ut regno salubrius consulatur, et
" 'proximior masculus admittendus, alias admittatur potissime
" 'ad jus illud, quod primordialiter a matre sic exclusa non
" 'oritur, sed in nepotem propagatum ab avo originaliter
" 'derivatur. Alioquin sequeretur et alia iniquitatis absurditas
" 'per prorogationem odibilem supradictam, quod excluderetur
" 'collateralis conjunctior, ut remotior vocaretur, cum tamen,
" 'ipso jure gentium naturali, fratres et sorores eorumque
" 'filii, in successione mutua, collateralibus aliis alterius
" 'lineæ præferantur. Et unde dictum jus pro regni favore, ac
" '[4]odiis fœmineæ inhabilitatis ad [5]regendum, exoritur tam

[1] *aliquid*, Harl. 655.
[2] *ipso*, Harl. 655.
[3] *hoc*, Harl. 655.
[4] *odii*, Harl. 655.
[5] *regnum*, Harl. 655.

MS. Harl. 655. Hemingb. New Rymer. A.D. 1339

" 'juris quam descendentium, [ne] per fœmineam masculorum injuriam occasio nasceretur. Nec est putanda memorati juris intentio sic iniqua, ut matrem et filium [1] ratione contraria similiter damnet. Immo [2] e contra, juris ejusdem judicio quo mater a successione expellitur, filio gradum matris ingresso successio tunc differtur, similitudine filii, qui gradum parentis deficientis ingreditur, ut ad [3] patriam successionem cum patruis etiam admittatur, ut sic merito tristis mater, præfato rigore regia hæreditate nudata, substitutione taliter sibi [4] facta, de filio gaudeat consolata, nec afflictioni afflictionem accumulet, quod sancta consideratio legis [5] abhorret; sicut videmus etiam ubi onus afflictionis præamabile non intulit lex, sed casus in lege, scilicet quod consuetudinariam legem damnat, bona concedentem alii naufragorum; qua ratione quod in expresso legali pro vitanda afflictionis adjectione corrigitur, multo fortius in tacito prohibetur. Legi ergo regni [6] Franciæ sufficiat plus quam plene, matri, non suo vitio, sed naturæ facto, quæ fœminam fecit, illam radices regias succidisse, quodque mater expresse per legem ipsam exhæredationis propriæ, quasi quoddam naufragium patiatur, absque eo quod, ex legis præfatæ consequenti tacito, omni jure contrario, cum filio exhæredato iterum naufragetur, et sine culpa pœna inveniatur augeri; cum, ubi etiam culpa est, debeat emolliri. Aliter etiamsi pro eo quod mater ex jure non [7] admittetur ad regnum, repelli jure filius intelligeretur a regno, Judæorum regnum contra fidei fundamentum non pervenisset legitime ad Jesum, qui tamen natus Dei misterio, non virili consortio, ex [8] fœminea regali prole Davitica, Maria Virgine, ad regnum hujusmodi non admissa, nec etiam admittenda, per certam fidei veritatem, Rex verus et legitimus extitit Judæorum. Absit etiam, quod [9] Jesus filius David regalis successio legalis observantiæ, sive nodi, fuerit fractura sive solutio, cum [10] dicit legem non venerit solvere, sed [11] adimplere. Hoc autem excellentissimum legitimæ successionis exemplum rationabiliter imponit silentium loquacitati contrarii juri nostro in regno Franciæ memorato, ne quoad legitimum gradum et ordinem succedendi [12] superemur in

[1] *natione*, Harl. 655.
[2] *contrario*, Harl. 655.
[3] *patrui*, Harl. 655.
[4] Omitted in Harl. 655.
[5] *horret*, Harl. 655.
[6] Omitted Harl. 655.
[7] *admitteretur*, Harl. 655.
[8] *fœmina*, Harl. 655.
[9] An error for *Jesu filii David*; the same occurring in the printed texts of Walsingham.
[10] Omitted in Harl. 655.
[11] *implere*, Harl. 655.
[12] *separemur*, Harl. 655.

A.D. 1339. " 'constitutione vel interpretatione juris, quos quoad hoc pari- MS. Harl. 655. Hemingb. New Rymer.
" 'ficat indentitas rationis. Nedum autem debita nostri vocatio,
" 'nostraque defensio, ubi de tanto nostro agebatur præjudicio,
" 'est omissa, sed etiam nostri procuratores, qui in Franciam
" 'ierant, ut pro nobis et nostro jure legitime comparerent,
" 'non solum fuerunt in judicio non admissi, sed mortis hor-
" 'ribilis comminatione repulsi. Et sic nostrum memo-
" 'ratum titulum, factum duodecim parium Franciæ non
" 'excusat, qui quoad nos, quibus ætatis tenellæ minoritas
" 'tunc favebat, relictis partibus judicum, ex hoc functi
" 'partibus sunt prædonum. Quorum processum, factum
" 'in nostrum præjudicium, ipso jure nostra fecit invali-
" 'dum minor ætas; qui quoad majorem efficax non fuis-
" 'set, taliter defensione sublata, quæ competit homini
" 'ex jure naturæ, quod tolli nequit a principe nec a jure.
" 'Notum etiam communiter est ubique, qualiter in Aqui-
" 'tanniæ nostro Ducatu semper invaserit et colliserit jura
" 'nostra, terras nostras invadens et dissipans, quas capere
" 'potuit, aliis nostris terris quas occupavit adjungens, et, jus
" 'sibi dicens ad libitum, Dei timore postposito, sibi tenens.
" 'Scoti etiam, quos nostræ coronæ subjecerant jura temporum
" 'antiquorum, sed iniqua rebellionis [1]dementia, contra na-
" 'turalem dominum calcitrantes, [2]continuati in nostros præde-
" 'cessores et nos, læsæ majestatis criminis rei erant, ut contra
" 'nos nihil injuriæ omitteret, ad nostras injurias fœdere ad-
" 'junxit, in tanto crimine nostræ injuriæ fovens eos, qui jure
" 'sanguinis et naturæ debuit potius nos juvare. Cumque præ-
" 'missa omnia non implerent de nostris injuriis votum suum,
" 'collectis undique viribus, quicquid potuit, ut nos iræ suæ
" 'torrens absorbeat, aggregavit, tollere nos de mundo sol-
" 'licitus, ad illud non [3]intentos, forsitan ex intento facto suo
" 'contra nos, nostrum contra se metitus intentum, quod col-
" 'ligere vel metiri nequivit per alicujus actus nostri judi-
" 'cium nondum actum. Donum insuper nobis impensum
" 'divini muneris ægre ferens, extimare visus est suam
" 'injuriam in Angliæ regno nostro nos vivere super terram,
" 'etsi quantum dabat Dominus prospere, saltem per omnia
" 'pacifice quoad eum, quodque serviens nobis populus, vel
" 'verius, cui servimus, nostris temporibus, Dei dono, fuerit
" 'gloriosus. Hæc autem, non statim audita vel cognita,
" 'nos moverunt, sed illa sub dissimulatione transivimus,

[1] *dementiam*, Harl. 655.
[2] *contumaciter*, correctly, in the copy preserved in Avesbury.
[3] *intentus*, Harl. 655.

MS. Harl. 655. Hemingb. New Rymer.

" 'nulli parcentes oneri vel honori, ut contra nos persecutio A.D. 1339.
" 'sua injuriaque quiesceret, nostrumque cum eo pacificum
" 'tempus esset; donec propinquum nobis vidimus gladium,
" 'nostræ ac nostrorum neci et exterminio præparatum. Sed
" 'nunquid aliquis est, qui credat quod animus nobis cognitus
" 'principis tantæ potentiæ, [1]et sic, ut præmittitur, oc-
" 'cupatæ nobis, fuerit negligendus, qui suæ viribus volun-
" 'tatis armatus, potentia undique vocata vallatus, solum ut
" 'possit liberius pro sua voluntate nos persequi, juratam
" 'deserit causam Christi? Quid ergo pro suo jure suaque
" 'securitate non licuit regi, sui status suique populi peri-
" 'culum jam videnti, dicat qui noverit? Quid non liceat
" 'homini de vitandis injuriis damnisque [2]certanti, in illis
" 'præsertim quæ ad vitæ statusque radices securim ponere
" 'probabant? Levis ne timor dici poterit aut vanus, qui
" 'pro nobis [3]si potuit [4]conjunctorum nobis illustrium for-
" 'tiumque constantia corda concutere, multo fortius debuit
" 'etiam nos terrere, quos solos periculorum concepta moli-
" 'mina concernebant? Propter hoc igitur, jure naturæ
" 'dictante, facti tam nostri quam nostrorum jurium,
" 'non voluntarii sed necessarii defensores, ac opportunis
" 'cautionibus attendentes, juxta rei militaris documenta
" 'probata illustrium antiquorum, quod potentiæ magnæ
" 'pericula conspirata periculosius expectantur, in laribus
" 'illis nuper currentibus ad nostræ lucis et salutis occa-
" 'sum consultius venimus in occursum; ne contra nos forte
" 'discriminose procederent, sed sui ortus præfocarentur
" '[5]loca, eorum freti consilio et auxilio nobis oblato, quos
" 'nobis consanguinitas et affinitas conjungebat, et ad quos
" 'simul spectabant nobiscum periculis nostræ destructionis
" 'occurrere, illaque consiliis et auxiliis præcavere; ponentes
" 'in manu Dei, quam in manibus Apostolicæ Sedis vestræ,
" 'vel aliorum bonorum virorum communium, ponere quon-
" 'dam voluimus, justificatam, quantum potuimus, causam
" 'nostram, ut Ipse, rectum ex alto prospiciens, sententiam
" 'justam ferat, et in sui gladii viribus exequatur. Nec,
" 'credimus, alme pater, quod arbiter quivis rectus, vel etiam
" 'judex justus, sic interpretetur aut torqueat nostrum factum,
" 'ut quod pro nostrorum tuitione et assecutione jurium, in
" 'tanto discrimine nostram fecimus ad defensam, alterius,

[1] *etsi ut*, Harl. 655.
[2] *certatim*, Harl. 655.
[3] *se*, Harl. 655.
[4] *commentorum*, Harl. 655.
[5] *loco*, Harl. 655.

A.D. 1339. " 'quam non intendimus, non agimus nec agemus, putet MS. Harl. 655.
" 'injuriam vel offensam. Immo credimus, et certi sumus, Hemingb.
" 'quod facti nostri intentio attendetur, et quid, ubi, ac New
" 'propter quid fiat, debita consideratione librabitur, et justi Rymer.
" 'statera judicis appendetur, et, sicut sanctio legis docet,
" 'non factum ex dicto, sed dictum pensetur ex facto. Non
" 'esset equidem juris præsumptio nobilis, quod supponit
" 'factum ab homine fieri suo jure, non benigna interpretatio
" 'vel civilis, qualem semper fieri dictat censura legalis, si
" 'nostri juris usum notorium, nostræque defensionis com-
" 'pendium, dispendium offensionis illicite quis diceret alienæ.
" 'Cesset igitur, quæsumus, omnis conjectura in actibus
" 'nostris certisque, locum duntaxat [1]sibi vindicat in non
" 'certis. Denique, dicet forsitan accusator, calumniosus
" 'nostræ actionis interpres, quia suscepimus hominem, contra
" 'quem processisse fertur Ecclesia, vel non parentem
" 'Ecclesiæ Vicario; non dicet quod fratris et affinis vicibus
" 'fungimur, non ad juris habendum titulum necessarium
" 'nobis potentiæ solum usum [2]asciscimus, ut necessario fulti
" 'præsidio, ubi nunc sumus, nos a congestis in nostram
" 'ruinam periculis defendamus, et pro nostrorum justa
" 'jurium assecutione certemus. Non dicet, quod intendimus
" 'nos defendere, pro nostro jure certare, non Ecclesiam im-
" 'pugnare, vel ejus impugnationi favere, pro cujus utique
" 'certaremus honore, [3]nullius habita respectione periculi,
" 'sicut catholicam excellentiam regum decet, cum tamen ut
" 'omnis juris censet intentio, ac cujuslibet actionis finalis
" 'causa vel ratio principaliter attendenda, et ex notitia
" 'voluntatis atque propositi, surgat distincta certaque cog-
" 'nitio operis accusati, solumque de gestis hominum realis
" 'actio, non verbalis conceptio, ponderetur. Non dicet quod
" 'facimus de materia ista scutum contra eum, qui nostro
" 'prominebat capiti mortis ictum; quodque fecerimus
" 'medici sapientis exemplo, qui materiam morte plenam, cur-
" 'rentem ad partes corporis ubi vita se recipit, divertere
" 'facit ad membra, in quibus materia nequit fore suspecta,
" 'quæ ad proximum fuerat interitum præparata. Sic loqui-
" 'tur, Sancte Pater, sic loquitur propter vehementiam,
" 'qui in suis insidiis nos invenire quærebat incautos et
" 'penitus imparatos. Sed procuLdubio cautius fuit nobis,

---

[1] *igitur vendicat*, Harl. 655.
[2] Omitted in Hemingburgh and Harl. 655, and in the Arundel MS. of Walsingham; supplied from the printed texts.
[3] *ullius*, Harl. 654.

MS. Harl. 655. Hemingb. New Rymer.

A.D. 1339.

" 'juxta militarem theoricam edocentem, quod motæ guerræ " 'periculum plus evitat, qui eam a terræ suæ limit pro- " 'sequestrat, contra notorium hostem nostrum pro jure nostro " 'nos congredi, et terris potentum potentibus sociatos, quam " 'in propria persona nostra solos. Non igitur apud vestræ " 'viscera misericordiæ et sanctitatis locum inveniat detrahen- " 'tium informatio æmula vel sinistra facta, de filio, qui " 'suorum hæreditario jure majorum, in vestrorum prædeces- " 'sorum, vestra, et Apostolicæ Sedis, gratia et obedientia " 'semper inconcusse persistit et persistet. Immo, si quævis " 'de filio taliter facta suggestio pulsaverit vestræ beatitudinis " 'forsitan aures, non prius a vestra dignatione sancta cre- " 'dulitas illi detur, quam auditus sit filius qui tangetur, qui " 'confidit, et indesinenter intendit, ante Sanctitatis vestræ " 'judicium, omni præsidens creaturæ, (quod negare hæresim " 'est probare), justam dicere, vel justam facere quamlibet " 'causam suam. Illud demum dicimus, ad nostræ intentionis " 'majorisque devotionis evidentiam subjungentes, quod si " 'sit aliquis de nobis fœdere naturæ conjunctus, nobisque " 'ad nostram defensionem adjunctus, qui per viam obedientiæ " 'Apostolicæ Sedis vestræ non ambulet sicut debet, dare " 'intendimus, quam non parum utiliter dare posse confidimus, " 'operam [1] indefessam, ut, omni dimisso devio, ad viam " 'obedientiæ redeat, omnemque faciat semitam suam rectam. " 'Unum rursus, quod a multis audivimus, petita venia cum " 'reverentia, non tacemus, quod alias inauditum, quanto " 'consideratur attentius, pungit acutius mentem nostram; " 'videlicet quod adversarii nostri manus notorie nunc, ut " 'prius, [2] ad nostri tantum laborantis exitium, cum guerram " 'faceret nemo sibi nec ipso alii nisi nobis, de Christi patri- " 'monio sit armatus. Quod certe Reges Angliæ, nostros " 'prædecessores, illustres Christi pugiles, fidei athletas, " 'Sanctæ Romanæ Matris Ecclesiæ amantissimos zelatores, " 'ejusque mandatorum devotissimos servatores, vel nos etiam, " 'nec scimus nec credimus meruisse. Et licet propter hoc " 'dicatur a pluribus, non a nobis, quod contra nos facta " 'subventio, quoad nos, actus patris vel matris non extiterit, " 'sed novercæ; nihilominus tamen constanter asserimus " 'quod sumus, et perseveranter erimus, vestræ Sanctitatis,

---

[1] *indefensam*, in Hemingburgh (ed. Hamilton), but evidently an error; corrected from Harl. 655 and the printed texts.

[2] The reading here in the MSS. of Hemingburgh is "*ut nostri* " *ad tantum laborantis exercitium.*" That of Harl. 655 and Walsingham, as given, is preferable.

A.D. 1339. " 'vestræque Sedis, devotus et humilis filius, non privignus. MS. Harl. 655. Hemingb. New Rymer.
" 'Ex quo non sine ratione speramus, quod nostra humilitas, " 'facta major et firmior per illud quod non meruit nocumen- " 'tum, vestræ paternæ caritatis et gratiæ invenire debeat " 'exuberantius incrementum, ut quod nobis insontibus intulit, " '[1]quæ præcessit asperitas punctionis, sequens debeat et " 'compenset vestræ lenitas unctionis. Hunc autem nostræ " 'justitiæ, et contra nos injuriæ sic multiplicatæ, processum " 'præeminentiæ vestræ sancti culminis intimamus, ut vestra " 'summa sanctaque mensura boni et æqui, cujus a Deo sibi " 'competit dare claves, aperire et claudere in terra positis " 'portas cœli, prout exigit plenitudo suæ potestatis, et " 'præcellentia sui fori, quantum fuerit rationis, favere debeat " 'nostro juri, parati semper, nedum a vestro sancto cunctis " 'præsidente judicio, immo et a quolibet alio de veritate con- " 'trarii, si quis eam noverit, humiliter informari. Et qui " 'sponte rationi subjicimur, aliam datam nobis intelligi verita- " 'tem cum plena et humili gratitudine complectemur.' Quia " vero vos, Patres Conscripti, estis in partem sollicitudinis " et consilii dicti Domini Summi Pontificis condignis meritis " evocati, sibique lateraliter ad dandam plebi Christi salutis " scientiam assidetis, ista vestræ patere cupimus notitiæ, ut, " cognita causæ nostræ justitia, veritati possitis impendere, " quod debetis. Ad quod circumspectionem vestram providam, " quæ solet sine personarum acceptione jura singulorum æquo " libramine ponderare, votivis precibus excitamus. Et si " forsan in facto nostro quicquam appareat, cautelam expos- " cens consilii sanioris, a vobis super hoc cupimus salubriter " informari, parati in agendis nostris singulis cedere rationi. " Datum apud [2]Antewerpe, decimo sexto die Julii, anno " Domini millesimo trecentesimo tricesimo nono."

Letter of Pope Benedict, in answer.

[3]Rescripsit autem ei Benedictus Papa Duodecimus in hunc modum:—

[4]"Benedictus Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in " Christo filio [5]Edwardo, Regi Angliæ, salutem et Apostoli- New Rymer, II., p. 1096.

[1] The reading here in Harl. 655, Hemingburgh, and the printed texts of Walsingham is "*quæ non præces-* "*sit.*" The reading from Avesbury has been adopted in preference.

[2] *Andewerp*, Harl. 655.

[3] *Rescripsit ei Summus Pontifex in hunc modum*, in the printed texts and in Harl. 655.

[4] This letter is also inserted, in a later hand, at the end of the Arundel MS. As in the preceding instance, the text of Hemingburgh and MS. Harl. 655, for similar reasons, has in general been adopted.

[5] From this word down to "*bene* "*dictionem*," is omitted in the text of Hemingburgh.

MS. Harl. 655. Hemingb. New Rymer. A.D. 1339.

"cam benedictionem. Dudum te, fili carissime, clara imitari "vestigia progenitorum tuorum, Regum Angliæ, qui erga "Deum et Sacrosanctam Romanam Ecclesiam, velut peculia- "res ejus alumni et devoti filii, plenitudine devotionis et fidei "claruerunt, tuæque splendorem prosapiæ a quavis obfusca- "tione [1]nebulosi contagii [2]præservari, eaque in te prælucere "clarius cupientes clarius, [3]et ex paternæ caritatis et dilec- "tionis affectu, quo te statumque tuum prosequimur, nos- "tras tuæ celsitudini litteras [4]detexisse meminimus, inter "cætera recensentes qualiter excessus per nobilem virum, "Ludovicum de Bavaria, olim, ut asserebatur, discorditer in "Regem Romanorum electum, adversus Deum et eandem "Romanam Ecclesiam, ac felicis recordationis Johannem Papam "Vicesimum Secundum, prædecessorem nostrum, per coacer- "vationem multiplicium et atrocium offensarum, nequiter per- "petrati, tuum præterire nequibant auditum; quos velut toti "mundo notorios, non omnes, cum longa et prolixa nimis "eorum narratio extitisset, sed ex eis aliquos in eisdem litteris "providimus, ut sequitur, recitandos. Idem namque Ludovi- "cus, contra processus prædecessoris ejusdem, et inhibitiones "ipsius, de consilio fratrum suorum, ejusdem Romanæ Ecclesiæ "Cardinalium, factos et habitos, diversas spirituales et tem- "porales pœnas et sententias continentes, intravit Italiam, et "nonnullos hæreticos, de hæresi publice et notorie condem- "natos, in consortium publicæ participationis admisit, et asse- "rens hæreses manifestas, ac favendo secumque tenendo "hæreticos, publice dogmatizantes prædictarum hæresium "detestabiles et horrendos errores, hæretica quoque dogmata "scienter, immo potius dementer, approbans, et in evidentiam "approbationis hujusmodi, ea per diversas litteras, sigillo "suo noto munitas, deduxit in aliorum publicam notionem. "Sibi etiam nomen imperiale postmodum usurpare, et admi- "nistrare jura imperii in eadem Italia et Alamannia, contra "processus et [5]inhibitiones prædictos, detestabili temeritate "præsumpsit, ex hiis, præter pœnas alias, excommunicationis "et anathematis sententias incurrendo; et tandem ausus ausi- "bus, et excessus accumulando excessibus, se conferre non "expavit ad urbem, ubi in illam nequitiæ prorupit insaniam, "ut meditatus urbi et orbi [6]universali schismatis suscitare

---

[1] *nebuli*, Harl. 655.
[2] *præsentari*, Harl. 655.
[3] *et paternæ*, Harl. 655.
[4] *direxisse*, in Harl. 655 and the printed texts of Walsingham; a preferable reading.
[5] *prohibitiones*, Harl. 655.
[6] *universalis*, Harl. 655.

A.D. 1339. "dispendium, quendam hypocritam, diabolicæ præsumptionis MS. Harl. 655. Hemingb. New Rymer.
"virum, nomine 'Petrum de Corbaria,' velut abominationis
"horrendæ simulacrum, in Apostolica Sede pro Romano Pon-
"tifice statuere moliretur. Idque, quantum in eo fuit, pro-
"duxit in actum; fuit veneratus [1]in Papam, consecrationem-
"que, immo potius execrationem, ac diadema imperiale de
"facto recepit ibidem, ut de multis insanis aliis processibus,
"quinimmo detestandis excessibus, per eosdem Ludovicum
"et Petrum, præsumptione perpetratis hæretica, taceretur.
"Propter quæ, dictus prædecessor præfatum Ludovicum fore a
"Domino denunciavit omni honore et dignitate privatum, et
"in eum, tantarum hæresium et schismatum maculis irretitum,
"exercens gladium Apostolicæ potestatis, [2]cum omnibus qui
"adhærerent eidem, vel præstarent auxilium, consilium, vel
"favorem, seu pro Romano Rege aut Imperatore scienter
"haberent, tenerent, vel nominarent eundem, non solum ex-
"communicationis et anathematis, sed etiam alias pœnas et
"sententias, tanquam in fautores, hæreticos et schismaticos
"promulgavit, et a jure declaravit prolatas, sicut in diversis
"processibus, per præfatum prædecessorem habitis, seriosius
"continetur. Super quibus quidem pœnis, quantumcunque
"per ipsum Ludovicum promeritis, et in eum justo Ecclesiæ
"judicio promulgatis, si vere pœnitens se [3]humiliasset ad
"gratiam, benignam reperisset eandem Ecclesiam, quæ ipsum,
"tanquam filium prodigum de longinquo redeuntem, ad suum
"gremium apertis brachiis recepisset, immolatura pro eo, in
"ubertate divinæ laudis, vitulum saginatum. Rursus adje-
"cimus in litteris supradictis, quòd quanquam tam prædicto-
"rum excessuum quam eorundem processuum, per dictum præ-
"decessorem contra dictum Ludovicum, exigente justitia, post-
"modum habitorum notitiam habuissemus et etiam habemus;
"ut tamen ipsum, a peccatorum nexibus liberatum, de fauci-
"bus sempiternæ mortis possemus eripere, postquam fuimus
"ad Apostolatus Summi apicem assumpti, diversos nuncios
"ejus, diversis vicibus et temporibus ad nos missos, recepe-
"ramus benigne, ac pro reconciliatione ipsius per fructum
"veræ pœnitentiæ promerenda, prolocutiones varias habue-
"ramus cum eis, et tunc pendebat etiam ad proloquendum
"ulterius, terminis assignatis, in quo proculdubio per nos non
"stetit, quominus ulterius fuerit super negotio reconciliationis
"ejusdem processum. Quare, fili dilectissime, serenitatem

[1] *ut*, Harl. 655.
[2] *cum cum*, Harl. 655.
[3] *habilitasset*, Harl. 655.

MS. Harl. 655. Hemingb. New Rymer. "tuam requirendam tunc duximus per easdem litteras, et A.D. 1339.
"rogandam, ut prudenter advertens, et in scrinium internæ "considerationis adducens, gravitatem pœnarum in quas inci- "derent, et sententiarum quas incurrerent, quantisque peri- "culis et discriminibus [1]implicarentur, qui præfato Ludovico, "sic notorie et publice de [2]pravitate hæresis et sic "odiosi toti Christianitati schismatis condemnato, antequam "reconciliationis gratiam ejusdem Ecclesiæ meruisset, parti- "cipare præsumerent, sibique impenderent auxilium, consilium, "et favorem, vel sibi, tanquam Imperatori vel Regi Romano- "rum, reverentiæ cultum, seu titulum regalis vel imperialis "nominis assignarent scienter, ac cujuslibet participationis "fœdere contrahendo cum ipso, et exhibitione reverentiæ et "honoris sibi, tanquam Regi vel Imperatori, quousque dictus "Ludovicus reconciliationis ejusdem Ecclesiæ meruisset gra- "tiam obtinere, penitus te retrahere et totaliter abstinere "curares, ut tibi famæ integritas et illibata tui generis "claritas servarentur. Cum autem rumor implacidus et "admodum infestus ad nos perduxerit hiis diebus, quod "tu, fili, requisitionibus et rogationibus nostris hujusmodi, "utique salutaribus et de fonte prodeuntibus caritatis, non "sine detrimento tuæ salutis et famæ, quod dolentes referi- "mus, obauditis, non solum cum prædicto Ludovico, nondum "eidem reconciliato Ecclesiæ, nec a pœnis et sententiis, "quibus, propter præmissa et alia multa gravia commissa, per "ipsum prædecessorem nostrum implicatus esse noscitur, "liberato; nec etiam [3]processibus sæpefati prædecessoris, per "quos, ut præmittitur, adversus omnes et singulos cujuscun- "que præeminentiæ, dignitatis, conditionis, vel status, etiamsi "pontificali, regali, vel quacunque alia ecclesiastica seu "mundana dignitate fulgerent, præfato Ludovico adhærentes "seu præstantes directe vel indirecte, publice vel occulte, "consilium, auxilium, vel favorem, vel sibi, tanquam Impera- "tori aut Regi Romanorum, reverentiam exhibentes, seu "titulum regalis vel imperialis nominis assignantes seu ascri- "bentes, graves spirituales ac temporales pœnæ ac sententiæ "infliguntur, nequaquam relaxatis, immo sui roboris effi- "cacia perdurantibus, participationes, confœderationes inire "sibique adhærere, ac præstare favorem, auxilium, et consi- "lium, præsumpsisti; immo, quod perniciosius, proh dolor! et "damnabilius noscitur existere, si veritas relatibus suffrage-

[1] *implicarent*, Harl. 655.
[2] *pravitatibus*, Harl. 655.
[3] *processus*, Harl. 655.

A.D. 1339. "tur,[1] Vicariatus officium per totam Alamanniam et Germaniam, "ac universas et singulas earum provincias, sive partes, ab "eodem Ludovico, sub imperialis nominis titulo, ut asseritur, "suscepisti de facto; cum ipse Ludovicus nec Rex nec Impe- "rator sit, ut præfertur. Cujus prætextu, nonnullis prælatis "ecclesiarum et personis ecclesiasticis in terris Imperii "constitutis, ac in nostra et Ecclesiæ memoratæ devotione ac "fidelitate debitis persistentibus, sub pœnis gravibus, per "tuas eis litteras comminatis, mandasse diceris, et districtius "injunxisse, ut ad te, tanquam ejusdem Ludovici in Alaman- "nia et Germania, et partibus supradictis, Vicarium, et "audituri sententiarum et judiciorum ipsius Ludovici, tuorum- "que mandatorum, rectitudinem, ac præstituri eidem Ludovico, "vel tibi [1]ejus nomine, recognitiones, homagia de terris, "bonis, et juribus, quæ tenent ab Imperio, convenirent. De "te igitur, fili, ubi sit tua tuorumque consiliariorum prudentia, "ex [2]eo præsertim non sufficimus admirari, quod cum tu, "sicut audivimus, pro illorum repetitione jurium quæ ad "te asseris pertinere, non sine grandium personarum peri- "culis, ac expensarum et sumptuum profluviis, peregrinari ad "partes Alamanniæ curaveris, et multos super hoc feceris "apparatus, nunc spretis ejusdem prædecessoris processibus, "et deductis damnabiliter in contemptum pœnis et sententiis "supradictis, quibus te manifeste, si quæ nobis referuntur "vera sint, non absque horrenda nota, quæ non parum obfus- "cat tui claritatem generis, proculdubio [3]implicasti. Et "nihilominus, quamvis nos te nunquam offenderimus, nec "contra te aliquid fecerimus; quanquam et intelleximus falso "et mendaciter suggestum tibi per eos qui te, salutem, et "honorem tuum minime diligunt, fuerit, quod nos carissimo "in Christo, filio nostro Philippo, Regi Franciæ illustri, in "auxilium guerræ suæ, ingentem pecuniæ quantitatem de "nostra camera [4]dederimus, quodque institutionem per- "sonarum ecclesiasticarum concesseramus eidem in omnibus "ecclesiis regni sui, quæ omnimoda carere veritate noscuntur; "talia namque nunquam postulata fuerunt a nobis, nec ea "concessissemus quomodolibet cum quantacunque instantia "petita fuissent; nec decimas contra te Regi [5]Franciæ con- "cessimus, sed adversus Teutonicos Ludovico adhærentes "prædicto, ipsiusque Ecclesiæ Romanæ inimicos, qui ad in-

MS. Harl. 655. Hemingb. New Rymer.

[1] *hujusmodi*, Harl. 655.
[2] *ea*, Harl. 655.
[3] *multiplicasti*, Harl. 655.
[4] *dederamus*, Harl. 655.
[5] *Francorum*, Harl. 655.

MS. Harl. 655. Hemingb. New Rymer. "vasionem regni Franciæ se, ut habebat rumor publicus et A.D. 1339.
"notorius, disponebant, sicut in concessione decimarum ipsarum continetur expresse. Non fuit nempe nostræ intentionis adversus te fomentum ministrare discordiæ, vel [1] eam alicujus subsidii administratione fulcire; quinimmo statum regni tui, et etiam regni Franciæ, pacis et concordiæ prosperitate et unanimitate potiri summis desideriis affectantes, ad hoc, serenitati tuæ et dicto Regi Franciæ per nos sæpe directis litteris, et etiam nunciis, videlicet Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ad partes illas de latere nostro missis, votis ardentibus laboramus, et laborare non cessamus, nec cessabimus, ut inter te et Regem eundem, et utriusque regna, pacis et unitatis serenitas illucescat. Tu tamen, fili carissime, fide, ut videtur, adhibita prædictis falsis suggestionibus et mendosis, te nostrum et ejusdem Romanæ Ecclesiæ persecutorem et hostem, invadere ac occupare honores et jura nostra, et ejusdem Ecclesiæ, ad quos regimen et administratio Imperii Romanorum, eo vacante, sicut nunc vacare noscitur, pertinent pleno jure, moliris, molestando prælatos et personas ecclesiasticas in nostra et ipsius Ecclesiæ devotione ac fidelitate debitis, ut præmittitur, [2] persistentes, ipsosque ad obedientiam dicti Ludovici, de diversis, ut præmittitur, hæresibus et schismatibus, aliisque criminibus, sententialiter condemnati, ac jure regio et imperii, si quod forsan ad eum competierat, vel etiam competebat, justo Dei et Ecclesiæ judicio privati, ac præstationem hujus recognitionis et homagii sibi, vel tibi ejus nomine, faciendam, attrahere et inducere, coactivis impulsionibus et commonitionibus satagendo. Utinam, fili, antequam de hiis tam periculosis et detestandis [3] te involvas amplius, attente consideres, et matura deliberatione prævia constituas ante oculos mentis [4] tuæ circuitus periculosos et nodosos laqueos, quibus te, subtilibus ingeniis et fraudibus exquisitis, aliqui, de suis potius quam de tuis solliciti negotiis et commodis, præmissis involvere, tibique onus, quod a se quodammodo rejicere cupiunt, non minus leve, [5] sed diligenter circumstantias attendens, imponere moliti sunt, et non sine periculo tui præcipitii moliuntur. Nec te latere volumus, quod præfatus prædecessor olim per quandam constitutionem, ab ipso de dictorum fratrum suorum editam consilio, in

---

[1] *eas*, Harl. 655.

[2] This word is peculiar to the texts of Walsingham. From *præmittitur* down to *hæresibus* is omitted in Harl. 655.

[3] Omitted in Harl. 655.

[4] *ne circuitus*, Harl. 655.

[5] *si*, Harl. 655.

A.D. 1339. "omnes et singulos, cujuscunque status, dignitatis, vel conditionis existerent, etiamsi patriarchali vel quavis alia superiori, aut pontificali vel regali, dignitate fulgerent, et qui absque Sedis Apostolicæ licentia speciali, Vicarii seu cujuscunque alterius officii nomen in prædicti terris Imperii, eo vacante, sicut tunc vacabat, et nunc etiam vacat, ut præmissum est, assumere, vel assumptum ultra terminum duorum mensium præsumerent retinere, seu dimissum reassumere quoquomodo, ac in obedientes, parentes, et intendentes eisdem, excommunicationes ac alias graves sententias promulgavit. Nos itaque, qui erga te, fili, claudere viscera paternæ dilectionis nequivimus, et cordis dolore tangimur intrinsecus, cum talia percipimus ad tuum tuique honoris, status, salutis, et famæ dispendium machinari, tuam rogamus magnificentiam, requirimus, et in Domino attentius exhortamur, sano paternoque tibi nihilominus consilio suadentes, quatenus ea quæ [1] præmisimus, et alia quæ circa illa tibi possunt occurrere, deducens in rectæ deliberationis et discussionis examen, ac insuper tenens certius et attendens, quod dictus Ludovicus, ut præmisimus, nec Rex nec Imperator est, nec aliqua quæ ipse fecerit vel faciet, quamdiu [2] fuerit et erit dictis processibus ac pœnis et sententiis irretitus, quicquam valuerunt vel valent, nec sunt aut fuerunt alicujus auctoritatis, roboris, vel momenti; quodque tibi periculosum est, [3] et multipliciter formidandum, te bellorum subjicere discriminibus, maxime si esses supradictis processibus, pœnis, et sententiis, a quibus liberari non posses, nisi duntaxat per Sedem Apostolicam, quæ absolutionem earum sibi expresse retinuit, involutus, ac Dei et ejusdem Romanæ Ecclesiæ persecutor et hostis effectus, a quibus te misericordiarum Dominus protegat et defendat. Considerансque præterea diligenter, quod licet humanum sit peccare, in peccatis tamen perseverantia diabolica est censenda; te a præmissis singulis sic horrendis deviis, si ad illa forsan declinaveris serpentina deceptione seductus, antequam invalescant perniciosius, seu in conspectu Dei et hominum fœteant deterius et putrescant, resilire penitus, pedesque tuos ad viam rectam, Deo placitam, ac tuis statui, saluti, et honori congruam, dirigere quantocius non postponas; eorundem Cardinalium, qui te statumque tuum sincere diligunt, super reformatione pacis inter te dictumque

MS. Harl. 655. Hemingb. New Rymer.

[1] This and the three following words are omitted in Harl. 655.

[2] *fuit*, Harl. 655.

[3] *aut multipliciter*, Harl. 655.

MS. Harl. 655. Hemingb. New Rymer.

A.D. 1339.

"Regem mutuo placabili Deo et amabili hominibus adquiescens. Videtur equidem, [1] quod si etiam prædicti Vicariatus "valeret officium assignari, adhuc tamen tuum, qui tam magnus tantusque Rex et Princeps existis, tantoque nomine ac "titulo regio existere nosceris insignitus in orbe, non deceret "honorem quod nominareris Vicarius alicujus domini temporalis; quanto minus ergo tuam decuit vel decet excellentiam illius Vicarium appellari, qui auctoritate nulla, sicut "sæpedictum est superius, præminet, sed, proh dolor! tantorum existit respersus labe criminum, tantisque gravibus "pœnis et sententiis, cum omnibus sibi adhærentibus implicatus. Sciturus, fili amantissime, quod si monitis nostris "hujusmodi salutaribus adquieveris cum effectu, tibi, sic "impulso ut caderes, manum benignam porrigemus, quantum "cum Deo poterimus, sublevantem; alias autem non poterimus "desistere, cum id a vobis exigat officium Apostolicæ servitutis, quominus super prædictis providere de [2] opportunis "remediis, procedendo contra te, quod molestum et grave "nobis erit admodum, si necesse, quod absit, fuerit, prout, "exigente justitia, debebit et poterit fieri, procuremus. Datum "apud Avinionem, Idibus Novembris, Pontificatus nostri "anno quarto."

MS. Harl. 655. MS. Harl. 655. Hemingburgh, II. p. 336. MS. Harl. 655.

Edward assumes the title and arms of France.

Rex Angliæ Brabantiam, ut præmittitur, intrans, fidelitate sibi jurata, relicto domino naturali, in amicitiam suam Flandrenses attraxit; mutatoque sigillo et armis [3] propriis utriusque regni, Francorum [4] et Anglorum, arma integra, more [5] tamen quadripartito, sibi appropriavit; "Regem Angliæ et "Franciæ" [6] cum litteris se vocavit; misit quoque litteras suas patentes, sigillo suo [7] signatas, locis Flandriæ conterminis, inter cætera continentes, [8] quod Rege Francorum, Domino Karolo, viam universæ carnis ingresso, ipsi tanquam vero ac propinquiori hæredi, germanæ sororis dicti Karoli, sine liberis

A.D. 1340. Issues a manifesto, asserting such title.

---

[1] *quod etiamsi*, Harl. 655.

[2] *optimis*, Harl. 655.

[3] *suis*, Hemingburgh.

[4] *scilicet et* in the printed texts.

[5] *tum* in the printed texts.

[6] *in litteris suis se scribi jussit*, Hemingb.; *in litteris suis se vocavit*, MS. Harl. 655.

[7] *novo signatas*, Hemingb.

[8] This letter is given in full in the text of Hemingburgh, II. pp. 337–340, dated at Gaunt (Ghent) the 8th of February, in the 14th year of this reign. There is a copy of it, in the original French, in MS. Cott. Calig. D. III. 23 (the date varied to 18th February); which Mr. Hamilton has inserted in his edition of Hemingburgh, II. 336–338. The Latin text is also copied in the New *Fœdera*, II. p. 1109.

A.D. 1340. decedentis, filio, regnum Franciæ hæreditarie fuerat devolutum. Insuper, quod Dominus Philippus de Valesio, filius avunculi dicti Regis Karoli, in longinquiori gradu persistens; dummodo minor ætas ipsum Edwardum fovebat, contra dominium et justitiam [1]regimen Franciæ memoratum per potentiam occupavit, et injuste detinere non desistit. Ipse quoque Edwardus, grandi mediante deliberatione, regni sæpedicti regimen assumpserat, et nomen. Sed quia Rex Francorum superiorem in [2]temporibus non recognoscit, nec etiam processus neque judicium inpræsentiarum injuste regnum occupantem amovere valerent; idcirco nulli mirandum foret, si in manu armatorum valida regnum intraret: sed veraciter gentium mortalitatem neque depopulationem se quærere asserebat. Verum etiam de [3][gratia] sua speciali concessit, quod omnes de dicto Francorum regno, cujuscunque forent status aut conditionis, qui ipsum verum dominum recognoscerent, bona sua omnia [4]vi vel pace possiderent. Litteras quoque talia continentes, in portis ecclesiarum Rex affigi fecit. MS. Harl. 655.

A.D. 1339. Edward and his allies enter France, and ravage the country.

Rex Angliæ, cum militia sua, una cum Duce Brabantiæ, Comite Gerlensi, Gillers, ac multis nobilibus, in mense [5]Octobris cum exercitu maximo Franciam intravit, et ferme, ut dicebatur, mille villas combussit igni, et damna non modica in bladis, bestiis, et aliis, in pagis Cameracensi [6]et Vermundinensi intulit. MS. Harl. 655. Hemingburgh, II. p. 340.

The King of France challenges Edward to a battle.

Quibus auditis, Rex Franciæ, innumerabili quasi exercitu congregato, usque ad Sanctum Quintinum pervenit. Misit quoque Constabularius exercitus Francorum, jussu Regis, litteras Anglorum Regi, inter cætera continentes, quod si Rex Angliæ locum arboribus, fossatis, et aquis, nequaquam munitum, præeligeret, certo die Rex Franciæ cum illo bellum committeret. Illud idem Rex Boemiæ et Dux Lothoringiæ litteris, sigillis suis roboratis, affirmarunt. Adveniente autem certaminis die, Regeque Angliæ ad bellum in campo cum suis parato, Rex Franciæ ad unum milliare et amplius, ut dicebatur, [7]cum exercitu persistens, nescio quo infortunio, metu sive terrore ductus, mille equis subito et repentino regressu in palude quadam, et eo amplius, collapsis, in Franciam MS. Harl. 655.

But finally retreats.

[1] *regnum* in Harl. 655, Hemingburgh, and the printed texts.

[2] *temporalibus*, Harl. 655.

[3] Supplied from Harl. 655.

[4] *in*, in Harl. 655 and the printed texts, in place of these two words.

[5] *Septembris* is the reading in Hemingburgh, *Octobris* in Harl. 655.

[6] These two words are omitted in Hemingburgh.

[7] Repeated in orig. by inadvertence.

remeavit; quo comperto, Rex Angliæ in Brabantiam regressus est. A.D. 1339.

MS. Harl. 655. Hemingburgh. New Rymer, I. p. 1103.

Letter of Pope Benedict XII., offering his mediation.

Cito post hæc, Papa Regi Angliæ scripsit in hunc modum:—

"[1]Benedictus Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in "Christo filio Edwardo, Regi Angliæ illustri, salutem et "Apostolicam benedictionem. Dum diligenter attendimus, "et profundis cogitationibus meditamur, quanta summi et "æterni Regis fuerit benignitas, et misericordissimæ afflu-"entia pietatis, quod pridem tuis, carissime fili, et carissimi "in Christo [2]nostri illustris Franciæ Regis, ejusque col-"ligatorum, ordinatis aciebus, et multum ex propinquo ad "confligendum terribiliter et animose dispositis, hinc et inde "secuta non extiterint pericula, quæ tantus fragor armorum et "armatorum impetus minabatur; Eidem laudum exsolvimus "præconia, cum et hoc ad donum Dei maximum, et grande "operatum misericorditer a clementia divinæ providentiæ, "quæ in sui dispositione non fallitur, miraculum reputetur. "[3]Ex hoc quidem colligi potest etiam apertius, quod Altissimo "qui bella conterit, et gentibus ea volentibus, per prophetam, "dissipationis exterminium comminatur, tanta sanguinis re-"demptorum pretioso cruore Dominico quantam fudissent, si "conflictum sibi dedissent acies prædictæ tunc temporis, in totius "Christianitatis damnum et opprobrium, ac animarum multarum "periculum, effusio non placebat. Regalis quoque circum-"spectio potest etiam advertere diligenter, quantum [4]et cum "Rex prædictus indignationem haberetis formidare divinam, si "[5]plures de eis quos ipse a periculis animarum et corporum "eripuit sic benigne, iterum simili subjicere discrimini cura-"retis; timendum esset, proculdubio, ut adeo accenderetur, et "præsertim vehementius contra illum qui hujusmodi discrimini "daret ampliorem operam, [6]ira Dei, ut tanta strages tantaque "confusio sequeretur quod tota concuteretur Christianitas, et "reformatio pacis et concordiæ, [7]non difficilis sed impos-"sibilis, quod non sinat miserator et misericors Dominus con-"tingere, redderetur. Et insuper, nec minus considerandum "videtur, quantum, occasione guerrarum præsentium, multis

---

[1] Inserted at the end of the Arundel MS, in a hand of the 16th century. A copy of this Letter, with some variations, is printed in Rymer (New *Fœdera*, II. p. 1103), from MS. Cotton. Otho, D. II., now lost. The text of Hemingburgh and MS. Harl. 655 has been adopted.

[2] *filii nostri*, Harl. 655.

[3] *Et hoc*, Harl. 655.

[4] *tu et rex*, in Rymer; a preferable reading.

[5] *populos Dei quos*, in Rymer; a preferable reading.

[6] *et ira*, Harl. 655.

[7] *non solum*, Harl. 655.

A.D. 1369. " et variis modis, ut fertur, regii subditi non modicum sunt exhausti pecuniis et aliis bonis suis; [1]et etiam si continuatione talium onerum, quod absit, amplius gravarentur; quodque bellorum eventus est dubius, et multum, ubi Dei timetur indignatio, formidandus. Ideoque regiam magnificentiam rogamus in Domino attentius, et hortamur, nihilominus per Dei misericordiam obsecrantes, quatenus præmissa et alia quæ possunt occurrere circumspectioni regiæ in hac parte, revolvens infra claustrum regii pectoris, et deducens in exactæ deliberationis examen, ad reformandam pacem cum Rege præfato vel treugas ineundas, ut tuis, dilectissime fili, tuorumque obvietur periculis, et Deo, qui pacem diligit et in viris pacificis delectatur, magis placeas, teque acceptiorem Eidem efficias, animum habilites regium et inclines, dilectorum filiorum nostrorum, Petri, tituli Sanctæ Praxedis Presbyteri, et Bertrandi, Sanctæ Mariæ in Aquiro Diaconi, Cardinalium, Apostolicæ Sedis nunciorum, zelatorum utique regii honoris et commodi, quos dudum ad partes illas propter ea de consilio fratrum nostrorum destinavimus, monitis et salutaribus circa hæc persuasionibus effectualiter nihilominus adquiescens. Sane cum præter ea quæ præmissa sunt, et [2]quod hujusmodi et aliis innumeris periculis ex guerris prædictis imminentibus, [3]obviare salubriter [4][possimus], et ut inter te, fili amantissime, dictumque Regem, nexu propinquo sanguinis et affinitatis conjunctum, pacis plenitudo et mutuæ caritatis dilectio vigeant, pacis reformationem hujusmodi ferventibus desideriis peroptamus, si forsan per eosdem Cardinales ad pacem illam attingi non possit in illis partibus, tuque, [5]præcarissime fili, et Rex prædictus, vos ad mutuam habilitantes concordiam, Deo placabilem, hominibus amabilem, Christianitati utilem, ac utrique vestrum multipliciter opportunam, consentire volueritis, ut nos ad pacem ipsam reformandam, tanquam tractatores amicabiles, propria persona intendamus, et, initis aliquibus invicem treugis vel concessis sufferentiis ab invasionibus et commotionibus bellicis, usque ad tempus opportunum, infra quod tractatus pacis inchoari, continuari, et, si misericordiarum Dominus dederit, ad finem possit deduci felicem [6]et votivum, nuncios nostros, mandatis MS. Harl. 655. Hemingb. New Rymer.

---

[1] *et etiam quod si continuatio talium onerum sequeretur*, Rymer.

[2] *quia hujus*, Harl. 655.

[3] *obviari*, Harl. 655.

[4] Supplied from the printed texts of Walsingham; as the sense seems to require it.

[5] *præclarissime*, Harl. 655.

[6] *id est, votivos nuncios nostros*, Harl. 655.

MS. Harl. 655. Hemingb. New Rymer.

A.D. 1339.

"suffultos idoneis, ad vos propter ea destinando. Nos, licet "arduis et importabilibus agitemur continue supra vires, "paratos ob desiderium pacis prædictæ nos offerimus, aliis, "quantum commode cum honestate fieri poterit, prætermissis, "efficaciter super reformatione [1] hujusmodi pro quiete, utili- "tate, ac honore utriusque partis, interponere, sicut præmisi- "mus, prout ex alto nobis ministrabitur, sollicitudinis nostræ "partes; super quibus, matura deliberatione prævia, rescribat "nobis, quæsumus, regalis magnificentia suæ beneplacitum "voluntatis." [2]

Rescripsit autem summo Pontifici Rex Angliæ in hæc verba:—

MS. Harl. 655. Hemingburgh. New Rymer, I. p. 1107.

A.D. 1340. King Edward's Answer to Pope Benedict.

"[3] Reverenter et devote recepimus Sanctitatis vestræ litteras "ultimo nobis missas, per quas pacem reformandam, vel "treugas ineundas, cum Domino Philippo de Valesio, nobis "vestra benignitas persuasit, clementer adjiciens vos velle ad "ipsam pacem reformandam in propria persona, tanquam "tractator amicabilis, intendere, si nos et Philippus prædictus "[4] in hoc voluerimus consentire. Nos quidem, sanctam affec- "tionem vestram de filiorum quiete sollicitam in Domino "contemplantes, de salubri persuasione [5] et vestra oblatione "in tanta tamque pia, grates et gratias vobis humiliter ex- "solvimus quas valemus, et sub firma dilectionis rectitu- "dinisque vestræ fiducia, sanis vestris cupimus inhærere con- "siliis, nosque sanctis beneplacitis vestris specialiter con- "formare. Sed in publicam notitiam jam devenit, qualiter "idem Philippus regnum nostrum Franciæ, ad nos per mortem "celebris memoriæ Domini Karoli, ultimi Regis Franciæ, "avunculi nostri, legitime devolutum, sibi contra justitiam "usurpavit; et, eo non contentus, terras nostras in Ducatu "Aquitaniæ sibi attraxit juxta vires; insulas nostras in mari, "et etiam regnum nostrum Angliæ, invadens hostiliter cum "navigio, quod sub colore Sancti Passagii transmarini parare "se finxerat, [6] deformat, quam juraverat, causam Christi; "Scotos etiam in nostri rebellionem perperam concitavit, "machinans omnino nos deprimere, ut sic dictum regnum

---

[1] *hujus*, Harl. 655.

[2] The date is supplied in Rymer,—"*Datum apud Avinionem* xii. "*Kalendas Januarii, pontificatus* "*anno quinto.*"

[3] Inserted at the end of the Arundel MS. in a hand of the 16th century. A copy of this letter, with some variations, is printed in Rymer, (New *Fœdera*, ii. p. 1107,) from MS. Cotton. Otho D. II. The text of Hemingburgh and MS. Harl. 655 has been adopted.

[4] *ad*, Harl. 655

[5] Omitted in Harl. 655.

[6] *et deformat*, Harl. 655.

A.D. 1340. "nostrum Franciæ, et alias terras nostras hæreditarias, juxta "insatiabile suum dominandi desiderium liberius possit re- "tinere. Cui, sicut alias Sanctitati vestræ scripsisse nos "meminimus, plures obtulimus amabiles vias pacis, volentes "ab eo pacem redimere cum non modico nostrorum jurium "detrimento; sed ipse per tractatus varios diu protrahens "sub incerto, et magnis sumptibus nos exponens, ut nostrum "exhauriret ærarium, et sic nos ad nostrorum recuperationem "jurium efficeret impotentes, finaliter aliquid nobis facere "non curavit, sed semper in nos per amplius persecutio sua "crevit. Propter quod, impellente necessitate, ad partes "venimus transmarinas, ad inducendum amicorum nostrorum "potentiam pro reformandis illatis, et propulsandis inferendis, "per eum nobis injuriis, et juribus nostris hæreditariis "obtinendis; [1]pro certo negligere non intendimus, sed ea, "nisi aliam viam congruam potuerimus, prosequemur pro "viribus, Deo duce. Et licet coram reverendis patribus, "Petro, tituli Sanctæ Praxedis Presbytero, et Bertrando, "Sanctæ Mariæ in Aquiro Diacono, Cardinalibus, et Sanc- "titatis vestræ nunciis, qui circa pacis negotium lauda- "biliter et sollicite laborarunt, petitum sit nostro nomine "dictum regnum Franciæ, quod ad nos pertinere noscitur "omni jure, nosque præfatis Cardinalibus, sub certis viis pacis, "velle nostrum bona fide fecerimus aperire, offerentes sem- "per ad omnem viam pacis rationabilem nos paratos, pro "certo tamen de voluntate partis adversæ, nec per [2]prædic- "tos Cardinales, nec per alios, hucusque scire nequivimus "quod idem Dominus Philippus quicquam nobis facere volue- "rit, vel offerre. Et revera, si nobis oblationem [3]et medio- "crem tunc fecisset, ad vitanda guerrarum discrimina et ex- "pensarum profluvia, super eam [4]rationabilem fecissemus deli- "berationem; sed jam non videmus quid per viam pacis "ulterius cum honore nostro facere valeamus. Si tamen adhuc "[5]placeat præfato Domino Philippo nobis offerre rationabilem "viam aliquam, vel etiam vestra consideratio provida, seu dicti "Domini Cardinales, hujusmodi viam congruam, cui prædictus "Dominus Philippus consentire voluerit, nobis fecerint aperiri, "statim, cum de illa constiterit, deliberationem habere volumus "super ea, ac [6]cum omni celeritate facere responsionem, quæ

MS. Harl. 655. Hemingb. New Rymer.

[1] *quæ pro*, Harl. 655.
[2] *dictos*, Harl. 655.
[3] *etiam*, Harl 655.
[4] *responsionem rationabilem fecissemus*, Harl. 655.
[5] *placet*, Harl. 655.
[6] *talem in omni*, Harl. 655.

MS. Harl. 655. Hemingb. New Rymer. "Sanctitati vestræ et cunctis consideratam, rectam, et ordinatam [1] rationem habentibus, videri debeat rationabilis et accepta. "Et si forsitan in supradicta via nostrorum amicorum et fidelium foret requirendus et obtinendus assensus, circa illum "obtinendum poneremus omnem diligentiam quam possemus, "ita quod per nos non stabit quin concordia bona fiat, si pars 'altera velit condescendere rationi. Supplicamus igitur vestræ clementiæ toto corde, quatenus vestras justitiam et intentionem, in veritate fundatas, velitis, si placet, debite ponderare, nosque vos et [2] Sanctam Romanam Ecclesiam in omni "devotionis plenitudine, et solidæ dilectionis et favoris gratia, "incidenter confovere, de nobis, ut de filio devotissimo, sentientes. Nam testis est nobis conscientiarum Dominus quod "honores et libertates ecclesiasticas extollere cupimus et "tueri, et, si Deus nobis [3] prosperare concesserit, ad ipsius "bella contra inimicos fidei peragenda devotis et humilibus "affectibus aspiramus. Conservet, etc." A.D. 1340.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Anno gratiæ millesimo trecentesimo tricesimo [4] septimo, qui est annus [5] Regis [6] Edwardi undecimus, [7] fuit Rex ad Natale [8] apud Rokesburghe. A.D. 1337.

Dissensions between the Kings of England and France. Hoc anno villa de Southamptone per galeas Regis Franciæ fere totaliter est combusta; quo anno orta est grandis discordia inter Reges Angliæ et Franciæ, eo quod Rex Franciæ multas terras et oppida in Wasconia improbe usurpaverat. Qua de causa, Rex Angliæ plures oblationes humiles Regi Franciæ fecerat, si saltem sic posset recuperare terras suas; sed cum nil proficeret, collectis undecunque pecuniis, mare transire disposuit. Nempe in Parliamento apud Notyngham exegit quintum-decimum denarium de communi plebe, decimumque de burgis.

Parliament at Nottingham.

The woollen manufacturers of Flanders admitted into England. In [9] Parliamento ordinatum est, ut omnes lanifici Flandriæ aliarumque terrarum, volentes inhabitare Angliam, pacifice advenirent. Revera per tres annos elapsos, ut dictum fuerat, passagium de lanis cessabat, ut citius Flandrensium superbiam Rex devinceret, qui plus saccos quam Anglicos venerabantur.

---

[1] Omitted in Harl. 655.

[2] *Sancta Romana Ecclesia*, Harl. 655.

[3] *prosperari*, Harl. 655.

[4] The narrative reverts here to an earlier date, and the compiler again draws his matter from MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[5] *regni Regis* in the printed texts.

[6] *Edwardi a Conquæstu Tertii* in the printed texts.

[7] *tenuit Rex Natale* in the printed texts.

[8] The locality is omitted in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[9] *hoc Parliamento* in the printed texts.

A.D. 1337. Confiscations in England. Eodem anno, propter instantem guerram inter regna, Rex Angliæ confiscari fecit bona Longobardorum, et Cluniacensium monachorum et Cisterciensium, per totum regnum. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Appearance of a comet. Circa Kalendas Augusti, id est, per quindenam præcedentem et quindenam sequentem, cometa apparuit, præsignans fortassis durum bellum futurum inter regna; quæ partim radios emittebat circa Orientem, et partim versus Austrum.

Hoc anno, concessa fuit Regi decima Ecclesiæ Anglicanæ per tres annos sequentes.

Transit annus iste fruges et fructus faciens copiose; Anglis, Francis, et Scotis, sumptuosus, dispendiosus, et odibilis, propter guerras motas.

A.D. 1338. Anno gratiæ millesimo trecentesimo tricesimo octavo, qui est [1] regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, duodecimus, tenuit idem Rex Natale apud Rokesburgh.

Dissension between the Archbishop of Canterbury and the Papal Nuncios. Hoc anno, cum compertum fuisset Cardinales, qui pro pace venerant reformanda inter Reges Angliæ et Franciæ, plus favere Regi Franciæ quam Regi Angliæ, ut patebat in sermone unius Cardinalis ad clerum habito, surrexit Archiepiscopus Cantuariensis, et prædicavit publice assertiones Cardinalis fore vanas. Et post modicum [2] tempus manifeste dicebatur per totam Angliam, quod Rex Angliæ habuit jus in regnum Franciæ, quod prosequi intendebat.

Probitas Walteri Manni.

Attack upon Sir Walter Manny, and capture of the brother of the Count of Flanders. Eodem anno Dominus Walterus Manny, ductor navigii Regis Angliæ versus terram Hanoniæ, cum applicuisset ad quandam insulam, vocatam "Ageneys," pro aqua recenti haurienda, et sui fuissent dispersi per insulam, mox insulani dederunt insultum super eos, cum fratre Comitis Flandriæ, qui fuit dux eorum; ubi, post multa discrimina hostium, virtute sagittariorum superati sunt, ita quod dictus frater Comitis Flandriæ reddidit se Waltero, et populus universus. Qui quidem frater Comitis ductus est in Angliam, et regiæ traditus voluntati. Quidam vero de insulanis, cum ad quandam ecclesiam confugissent, a Wallicis qui cum nostris profecti fuerant, circa tria millia, cum ecclesia conflagrati sunt.

Council held at Bury. Post festum Pentecostes, habuit Rex Consilium apud Bury de transfretando ultra mare, et subsidio sibi conferendo; et in

---

[1] *annus regni* in the printed texts. | [2] *temporis* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1338.

illis partibus usque ad suum transitum morabatur; ubi Wallici multa damna fecerunt per illam moram; qui noxii sunt ubique.

Excesses committed by the Welsh.

Interea, cum nunciatum fuisset Duci Bavariæ, qui se appellavit Imperatorem, quod Rex Angliæ advenisset, accersiri eum jussit, et circa Kalendas Augusti occurrit sibi juxta Coloniam, ubi cum maximo apparatu et gloria se invicem salutarunt. Quidam autem ferebant, quod Bavarus indigne ferebat, quod Rex Angliæ non se submisit ad oscula pedum suorum. Cui responsum fuit, quod Rex Angliæ erat inunctus, et habet vitam et membrum in potestate sua, et idcirco non debet se submittere tantum sicut rex alius non inunctus. Post mutuam collocutionem et pristinæ confœderationis renovationem, dictus Bavarus, qui se dicit Imperatorem, constituit Regem Angliæ Vicarium suum, et rediit ad loca sua. Rex vero Brabantiam est regressus, ubi per annum jugiter moram traxit; maximam partem exercitus et familiæ suæ propriæ remisit in Angliam, una cum Wallensibus, qui in omni loco erant importabiles et nocivi. Rex autem Angliæ per hanc moram [1] Brabantiæ, consilio Brabantinorum et Flandrensium, arma Franciæ suis armis immiscuit, et Boreales partes Franciæ, usque ad Tornacum, incendit et vastavit.

Conference between Edward and Louis of Bavaria.

Edward assumes the arms of France.

Eo tempore natus est Regi filius tertius apud Andewerp,— et vocatus est "Lionellus"—in Vigilia Sancti Andreæ. Hic postea Comes fuit Ultoniæ, et tandem Dux Clarentiæ est creatus.

Birth of Lionel, Duke of Clarence.

Hoc anno Cardinales prædicti de Anglia sunt egressi.

Eodem anno, a quinto Kalendas Decembris usque [2] quarto Idus Februarii, gelu maximum duravit in Anglia, et nives nullæ; quo anno prodigium apparuit in hac terra; salices nempe in mense Januario flores protulerunt, [3] rosis in quantitate et colore persimiles, quanquam eo anno fuisset [4] hyems tanta, quanta non fuerat per transactos retro viginti annos. Interpretetur qui poterit signi prodigium, cujus relator esse delegi potius quam expositor.

Intense frost in England; and remarkable vegetable productions.

Hoc anno Rex Edwardus se Regem Franciæ et Angliæ constituit appellari.

Edward assumes the title of King of France.

Transit annus iste frugifer satis et fructifer, temperatus æstate, hyeme vero gelidus supra modum; Francis invisus, dispendiosus, sollicitus; Anglis honorificus; Scotis in utrumque.

---

[1] *in Brabantia* in the printed texts.

[2] *quartum* in the printed texts.

[3] This has been already stated from another source. See p. 200, *ante*.

[4] *hiemps* in orig.

A.D. 1339. Anno gratiæ millesimo trecentesimo tricesimo nono, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, tertius-decimus, tenuit idem Rex Natale in [1]Brabantia apud Andwerp, cum Regina Philippa, et multis proceribus illarum partium et exercitu Anglicano. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Edward returns suddenly to England.

Circa festum Purificationis, Rex Edwardus redivit in Angliam; uxorem tamen suam apud Andwerp in Brabantia dimisit, cum liberis, quasi in sui reditus assecurationem; pervenitque ad Turrim Londoniarum subito nocte media, et non invenit in eodem nisi pueros suos et tres servientes. Cujus Constabularius erat tunc Matthæus de la Beche. Rex igitur offensus,

And places many of his officials under arrest.

accersiri fecit Majorem Londoniarum; quem mox direxit pro Cancellario, et Thesaurario Domino de la Wake, Johanne de Sancto Paulo, Michael le Wathe, Philippo Thorp, Henrico de Stratforde, Johanne de Stonore Justiciario de Banco; et hos omnes, præter Cancellarium et Thesaurarium, arestavit et imprisonavit. Et expost in diversis regni partibus fecit arestari Johannem de Pulteney, Willelmum de la Pool, Willelmum [2]Schirshull, Ricardum Willughby, Johannem de [3]Scherdelowe, et Thomam de [4]Farrariis, qui omnes diversis custodiis missi sunt; sed cito post, [5]Dominus de la Wake honorifice deliberatus est.

A Parliament held at Westminster; and certain grants made to the King.

Eodem anno, factum est Parliamentum apud Westmonasterium, in quo concessa sunt Regi nonum vellus, nonus agnus, nona garba, per biennium, ab omnibus qui [6]baroniam tenerent et ad Parliamentum venire tenerentur; et prælati, religiosi, ac cæteri de clero, ut præmittitur, solventes decimam Regi ante concessam, solvere minime artarentur illa vice. Insuper, illi qui ad Parliamentum venire non consueverant, prælati scilicet [7]et religiosi, et cæteri de clero, solum decimas, antea Regi concessas, solvere tenerentur. Pro hac autem concessione, MS. Harl. 655. Hemingburgh, II. p. 354.

Certain grants and immunities.

remisit Dominus Rex, et [8]condonaret omnia catalla felonum et fugitivorum, evasiones incarceratorum, fines, exitus, et forisfactiones, et amerciamenta murdrorum, et omnia alia delicta infra forestas facta adjudicata vel adjudicanda, relevia, scutagia,

---

[1] *Selandia apud Andwerp*, MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] *Schishull* in the printed texts; *Scharshull*, MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] *Schardelow* in the printed texts and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[4] *Ferrariis*, MS. Bibl. Reg. 13 E. ix., and in the printed texts, correctly.

[5] Inserted in a later hand.

[6] *per baroniam* in the printed texts.

[7] This word is omitted in the printed texts, and in Hemingburgh and Harl. 655.

[8] *condonavit* in the printed texts.

MS. Harl. 655. Hemingb. II. p. 355. MS. Harl. 655. usque ad passagium suum versus Brabantiam, videlicet [1] sextum-decimum diem Julii, anno regni sui duodecimo: et insuper, auxilia faciendi filium suum militem, et filiam suam maritandi pro toto tempore suo. Insuper condonavit et remisit omnimoda [2] debita computata, id est, arreragia firmariorum, et compotum quocunque modo sibi [3] debitum de tempore [4] progenitorum suorum, quam tempore suo usque ad annum regni sui decimum. MS. Harl. 655. Hemingburgh, II. p. 355. Insuper concessit, quod debita terminata in Scaccario ante tempus suum, et in tempore suo de debitis antiquis ante tempus suum debitis, essent condonata, remissa, et adnihilata in perpetuum. Ita tamen, quod terminamenta facta de debitis sibi debitis, et suo tempore ortis, starent in robore suo. Confirmavit etiam Magnam Chartam de Foresta et aliqua alia.

A.D. 1339. Conceded by him in return.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Eodem tempore, Dux Austriæ requisivit a Rege Angliæ ejus filiam suo filio desponsandam, mittens sibi litteram, cujus styli principium tale fuit:—

Proposals by the Duke of Austria, for the marriage of a Princess to his son.

"Excellenti et magnifico Principi, Domino Edwardo, Regi
"Angliæ illustri, [5] sincero et amico suo carissimo, Otto, Dei
"gratia Dux Austriæ, Stiriæ, et Karinthiæ, Dominus Carniolæ,
"Marchiæ, ac Portusaonis, Comes in Hapesburgh et in Chi-
"bugh, necnon Landagravius [6] Alsatiæ, cum sinceræ dilec-
"tionis affectu, votivorum successum continuum incremen-
"tum, etc."

Per idem tempus civitas Burdegaliæ fuit obsessa per militiam Regis Franciæ. Cives vero, tanquam invalidi ad resistendum, cautelose finxerunt se velle reddere dictis Francis, et apertis januis intromiserunt multos de Gallicis, et arma Regis Franciæ in turribus erexerunt. Quod videntes, tam qui intus erant quam de foris, deposuerunt arma sua, civitatem captam et eis redditam æstimantes. Dominus Oliverus de Ingham, miles nobilis, et Custos dictæ civitatis et terræ, subito cum magna manu irruit super eos inermes, et cum civium adjutorio magnam eorum multitudinem interemit; unde Rex Angliæ promisit eis auxilium affuturum in proximo, tam per terram quam per mare, ita scribens:—

The French defeated by Oliver de Ingham, at Bordeaux.

Edward congratulates the people of Bordeaux thereon.

"Gaudere debetis, quia per magnanimitatem vestram et con-
"stantiam comparastis vobis nomen per sæcula gloriosum,

---

[1] *octavam diem* in Hemingburgh.

[2] *condebita* in orig.; by inadvertence.

[3] *debitatatam* in orig.; by inadvertence.

[4] *primogenitorum* in orig.; erroneously.

[5] *socero* in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.; erroneously.

[6] *Absatiæ* in the printed texts.

A.D. 1339. "quod semper extollere laboretis; et sic vos remunerare "curabimus, quod exemplo retributionis vestræ reddentur alii "promptiores ad exponendum pro nobis se et sua, etc." MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The Earl of Salisbury and other nobles, taken prisoners at Lille.

Sub eodem tempore Comes Sarum, Willelmus de Monte Acuto, et Comes Southfolchiæ Robertus de Ufford, post Regis Angliæ recessum in transmarinis moram continuantes, inconsulte convolarunt ad arma, ut cum Flandrensium adjutorio inimicos contererent regis sui, et post multas peractas victorias nimis de semetipsis præsumentes, ad urbem, "[1] Lile" vocatam, accesserunt, ut eam ab oppressione Gallicorum liberarent; ubi Francorum nimia multitudine occurrente, dum neuter vellet cedere, captus est uterque, et ad Regem Franciæ in Ramis Palmarum Parisius destinatus. Qui quamvis lætus effectus esset de ipsorum præsentia, eos tamen arcte [2] carcerali custodiæ commendavit.

A.D. 1340. Birth of John of Gaunt.

Hoc anno natus est Domino Regi Angliæ quartus filius apud [3] Gandavum, et vocatus est "Johannes;" qui postea factus est Comes Richemundiæ, et tandem Dux Lancastriæ est effectus.

Transit annus iste opulentissime frugifer, et abundanter fructifer apud Anglos; nam tanta fuit rerum copia et æris inopia, quod quarterium frumenti Londoniis duobus solidis vendebatur, et ad dimidiam marcam bos pinguis. Fuit autem annus iste Anglis honorificus, Francis decorosus, Scotis sub quiete decursus.

A.D. 1340. Anno gratiæ millesimo trecentesimo quadragesimo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu, Tertii, quartusdecimus, tenuit idem Rex Natale Londoniis, cum familia multa nimis.

King Edward receives intelligence of the designs of the French and Normans.

Hoc anno, cum Rex Edwardus firmiter proposuisset in animo iterum transfretare, circa festum Sanctæ Trinitatis suscepit nova de Comite de Gileres de conspiratione Francorum et Normannorum contra eum, qui jam cum ducentis navibus et multis galeis, necnon viginti quinque millibus electorum pugnatorum, portum de Sclus occupaverant, parati ad eum capiendum, et Philippo Regi Franciæ, juxta tenorem juramenti quod sibi præstiterant, vivum vel mortuum præsentandum. Rex vero, ne suo proposito frustraretur, licet ipse jam ducentas naves adunasset, et multam valentem militiam, misit tamen Dominum Walterum de Bureghwash, Episcopum

---

[1] *Lisle* in Parker's text, *Lisse* in Camden's text.

[2] *carcerali custodi* in the printed texts.

[3] *Caudanum* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1340.

Lincolniensem, ad Australes partes regni, et ipsemet Gernemutham accessit personaliter, pro majori parte navium [1] et militiæ numero congregando. Deinde in Vigilia Sancti Johannis Baptistæ ingressus est mare versus Flandriam profecturus, et aura sibi, immo Deo, favente, cœpit prospere navigare. Et cum pervenisset juxta maritima Flandriæ, classem Francorum copiose instructam obviam mox habebat. Qua de causa, per totum diem illum cum suis deliberans, in crastino superveniente in ejus auxilium nobili milite Roberto de Morleya, cum Boreali classe Angliæ, commissum est bellum navale cruentissimum, quale circa oras Angliæ, Franciæ, sive Flandriæ, nusquam visum fuit; ubi favore divino Franci et Normanni, acriter sagittati, per Anglos sunt gloriose devicti. Qui, partim cæsi, partim [2] gratis submersi, partim capti sunt, navibus eorum, exceptis paucis quæ [3] aufugerant, totaliter occupatis, Franci utique et Normanni, cum vidissent suos ita copiose cadentes a sagitta volante in die illo, et ubertim sterni ab ense et securi furente, elegerunt potius in mari semetipsos mergere, quam tam horribilibus ictibus subjacere. Ceciderunt [4] ergo ibi in ore gladii vel securis, sagittæ volantis et saltus præcipitis, triginta millia hominum armatorum; unde expost, cum nullus auderet referre belli præsentis exitum Regi Franciæ, [5] familiares quemdam stultum ejusdem Regis subornaverunt, ut per ejus verba quodammodo Rex intelligeret quod factum fuit. Nempe dictus fatuus, in Regis præsentia constitutus, cœpit vehementer vituperare vecordiam Anglicorum, et hujusmodi materia multiplicare verba. Rex autem ignorans quid sibi vellent verba morionis, interrogat quare dicit Anglicos tam vecordes. Cui ille, "Quia," inquit, "timidi sunt, et in mare "saltare non sunt ausi, ut fecerunt nostri Normanni et Gallici "generosi;" per quod verbum illico Rex suos intellexit fore devictos, et Anglicos fore victores. Ceperunt autem Anglici in dicto conflictu ducentas naves, in quarum una quadraginta corpora Normannorum repererunt, cæteris eorum navibus in fugam conversis.

A naval victory is gained by the English at Sluys (Ecluse).

The news thereof broken by stratagem to the King of France.

Eodem anno, cum Papa vidisset Regem Angliæ in suis actibus prosperari, Flandriam supposuit interdicto, quia, domino capitali relicto, auxilium præstiterant Regi nostro. Quam sententiam parvipendentes Flandrenses, responderunt, quod

Flanders is placed under Interdict.

---

[1] Repeated in orig.; by inadvertence.

[2] *sponte* in the printed texts; *gratis* in Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] *affugerant* in orig.

[4] *igitur* in the printed texts.

[5] *a familiares*, in orig.; *affamiliares* in the printed texts.

A.D. 1340. quamvis Philippo de Valeys, eo quod se Regem esse prætendebat, homagium fecerant, tamen non Regi, cum ipse coronam injuste detineret, et regni dominationem indebite vendicaret. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Birth and death of the Princess Blanche.

Hoc anno peperit Regina Philippa, postquam in Angliam est reversa, filiam in Turri Londoniarum, vocatam "Blanchiam," quæ, inter lactandum defuncta, apud Westmonasterium est sepulta.

The English besiege Tournay.

MS. Harl. 655. Hemingburgh, II. pp. 360, 1.

Eodem anno, [1] mensibus Julii, Augusti, et Septembris, Rex Angliæ Edwardus cum sua militia Franciam intravit, villas non paucas incendio deformavit, blada vastavit, prædas egit, civitatem Tornacensem, victualibus et armatis optime munitam, obsedit. Rex autem Franciæ, collecto exercitu quasi innumerabili, et nostris temporibus inaudito, juxta Tornacum ad tria milliaria, aqua profunda utrumque exercitum secernente, loco, ut ferebatur, paludibus [2] circumsepto, castrametatus est. Sed tandem, mediante præcipue Comitissa Hanoniæ, adjectis conditionibus nonnullis, captivisque interim partis utriusque libere dimissis, usque ad festum Johannis Baptistæ initæ sunt treugæ; quibus elapsis, paceque inter Reges nondum reformata, ad carceres captivi redirent, vel redemptiones [3] solvent prætaxatas; sicque Comites duo, Sarum et Southfolchiæ, qui dudum cum paucis villæ, quæ "Insula" dicitur, minus provide appropinquantes, a loci incolis conclusi fuerant et capti, Parisiusque diu in carcere detenti, initis treugis libere dimissi, Angliam intrarunt. Ferebant enim nonnulli pecuniæ inopiam Regem plurimum coartasse; si enim thesaurum habuisset, treugis nunquam consensisset. Posuerat quoque in regno suo custodes et ministros, avaritiæ suæ, ut videbatur consulentes; profectibusque propriis inhiantes, [4] qui salutis honorisque regii parum curantes, Regem quasi pecunia destitutum dimiserunt, et egenum. Re enim vera, si gesta regum a monarcha primo Anglorum revolvissent, accurateque considerassent præteritorum filum viginti octo annorum, [5] talem insulam produxisse minime reperissent.

A truce is concluded, through the mediation of the Countess of Hainault.

Alleged faultiness of King Edward's ministers.

Challenge sent by King Edward to Philip de Valois.

Ante Tornaci obsidionem, miserat Rex Angliæ Francorum Regi litteras, ipsum nullatenus Regem, sed "Philippum de "Valesio," nominando, inter cætera talia [6] continentes, quod

[1] See page 230, *post.*

[2] *circumcepto* in orig.

[3] *solverent* in the printed texts.

[4] *inhiantes, salutem honoremque regium,* in the printed texts.

[5] *tam strenuum, misericordem, et humilem insulam,* Hemingburgh. The reading in MS. Harl. 655 is similar to the text.

[6] This challenge is printed in the New *Fœdera,* II. p. 1131, dated at "*Chyn, sur les Champs de Lees Tour-"noy, le* xxvi. *jour du moys de "Juille,*" 1340.

MS. Harl. 655. Hemingburgh, II. p. 361. A.D. 1340.

quia per nuncios suos plures rationabiles vias ei pro jure suo in regno Francorum hæreditateque debita recuperandis sive possidendis, hactenus ab ipso contra Deum et justitiam detentis ac occupatis, obtulisset, nec ei rationem neque justitiam, ut videbatur, facere decrevisset, idem Rex Angliæ per medium Flandriæ, sicut dominus superior, transierat; collectaque secum terræ ejusdem fortium potentia, versus ipsum se attraxerat in jure suo, finem Deo placabilem affectans facere breviorem. Et quia causa inter ipsos duos fuerat mota, pro oppressione populi, vastatione, ac strage evitandis, etiam ipsorum, bellum faceret singulare. Et si via forte ista sibi contingeret non placere, ex parte utraque centum, cum Rege suo, fortiores ac validiores convenirent, bellumque committerent. Quod si ista Philippus prædictus acceptare non curaret, infra decem dies juxta civitatem Tornacensem cum universo exercitu suo bellum daret. Et quid prædictorum eligere deliberaret, ei per litteras suas [1] remittere sine mora.

MS. Harl. 655. Hemingburgh, New Rymer, II., p. 1131.

Philip's answer to the Challenge.

Rescripsit Rex Franciæ in hunc modum.—

"Philippus, Dei gratia Rex [2] Francorum, [Edwardo Regi An-" gliæ. Litteras vestras, Curiæ nostræ Philippo de Valesio " missas, aliquas petitiones dicto Philippo factas continentes, " perspeximus. [3] Sed quia [4] litteræ nec petitiones [5] prædictæ, " sicut illarum tenore evidenter apparet, nobis missæ nequa" quam fuerant, nec factæ, vobis nullatenus respondemus. " Et quia per prædictas litteras, et aliter, intelleximus, quod " regnum nostrum Franciæ in manu armatorum valida in" trastis, damna non modica nobis, regno nostro ac populo, " voluntate ductus, non ratione, ea quæ homo ligius domino " suo facere tenetur minime considerando, intulistis; intrastis " siquidem dudum homagium nostrum ligium, nos, sicut ratio " exigit, Regem Franciæ recognoscens, obedientiam qualem " ligio domino suo quis promittere tenetur, sicut litteris " vestris patentibus magno sigillo vestro signatis, quas penes

---

[1] *remitteret* in the printed texts, and in Harl. 655.

[2] After this word, in the Arundel MS. the reader is referred to the end of the volume—" *quære reliquum in fine libri*;" where however it is not to be found. The present copy has been inserted from the text of Hemingburgh and MS. Harl. 655. The letter is also given by Avesbury in the original French, (reprinted in the New *Fœdera*, II. p. 1131), and is dated, " *Donne soutz les Campes, pres de la Priorie Saint Andreu, soutz le seal de nostre secret, en labsence de nostre graunt seal, le* XXX. *jour de Juyl, lan du Grace* MCCCXL."

[3] *Et*, Harl. 655.

[4] *litteræ prædictæ*, Harl. 655.

[5] Omitted in Harl. 655.

A.D. 1340. "nos habemus, et etiam vos habere debetis, liquet manifeste, "promisistis; nostra vero existit intentio, cum aptum nobis "decreverimus ad honorem nostrum, regni nostri populique "commodum, vos de regno nostro ejicere ac effugare; et ad "hoc quoque complendum perficiendumque, firmam spem, a "quo nobis data est potentia, habemus in Christo. Per ves- "tram quippe guerram voluntarie irrationabiliterque motam, "[1]passagium ultramarinum retardatur, non modica Chris- "tianorum copia [2]morti subitur, servitium divinum minoratur, "Sanctaque Ecclesia [3]minis tenetur. Quod vero asseritis, "[4]Flandrensium animos sive auxilia [5]vos possidere,—æstima- "vimus certi esse quod probi patriæque communitas erga "consanguineum nostrum Comitem Flandriæ, dominum suum, "nosque superiorem dominum, taliter se habebunt, quod "honorem suum fidelitatemque servare non omittent; et "quod hucusque commissum esse dinoscitur, per malum "eorum consilium qui commune commodum sive utilitatem "non considerant, sed proprium, perpetratum est."] MS. Harl. 655. Hemingb. New Rymer.

Siege of Tournay. [6]Eodem anno, mensibus Julii, Augusti, et Septembris, Rex Angliæ, assistentibus sibi Duce Brabantiæ, Comite Hanoniæ, civitatibusque et villis de Bruges, Gaunt, et Ypres, Boreales partes Franciæ iterum [7]est ingressus, et civitatem Tornacensem obsidione vallavit. Interim Comes Hanoniæ, et Dominus The adjoining country laid waste by the English. Walterus Manny, et Reginaldus de Cobham, plusquam trecentas villas, magnas et parvas, prædis et spoliis, hominibusque armorum plusquam mille peremptis, igne devastarunt. Rex Francorum interea cum magno exercitu se tenuit a remotis; resistere non est ausus, sed pluribus sui exercitus fame et siti A truce is concluded. mortuis, per duos Cardinales treugas dari potiit in ecclesia de Espletelyn, die Lunæ, vicesimo quinto die mensis Septembris anno Domini proximo supradicto. Rex autem Angliæ, ob defectum pecuniæ, quam sui segnes procuratores in Anglia misissent, et non miserunt, obsidione dimissa, treugas concessit, et sic uterque Rex ad propria remeavit. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

King Edward removes his ministers, and substitutes lay- Rex Edwardus Angliam intravit, ministros suos, videlicet Cancellarium, Thesaurarium, et alios amovit, non clericos, MS. Harl. 655. Hemingburgh, [p. 363.

---

[1] *sanctum passagium*, Harl. 655.

[2] *morti est addicta*, Harl. 655.

[3] The reading here in the printed texts of Walsingham, on comparison with the original French, is greatly preferable to that of Hemingburgh and Harl. 655,—"*minus* "*æstimatur*:" "*minus reveretur*" in Harl. 655.

[4] *vos Flandrensium*, Harl. 655.

[5] Omitted in Harl. 655.

[6] The narrative of page 228 is here given over again; though in a different form.

[7] *et ingressus*, in orig.; by inadvertence.

MS. Harl. 655. Hemingburgh, II. p. 363.

immo sæculares, ad placitum suum substituit; nonnulla, ut in sequentibus patebit, fautorum ductus consilio inchoavit; unde et Johannes, Cantuariensis Archiepiscopus, ei litteram scripsit, in hunc modum.—

A.D. 1340. men for ecclesiastics.

MS. Harl. 655. Hemingburgh. New Rymer, II. p. 1143.

A.D. 1341. The Archbishop of Canterbury's Letter to the King.

"Carissime Domine, dominationi vestræ scire placeat, quod "res [1] excellentissima, [quæ reges et principes debito opportunoque detinet statu, sapiens est consilium. Et ideo "dicit [2] Sapiens, 'Ubi multi consiliarii'—videlicet, boni—"'ibi salvatio.' Scribitur enim Libro Regum, quod Salomon, regum sapientissimus, seniores sapientioresque terræ "suæ ascivit, provido quorum consilio sensuque proprio "totam terrram Israel in pace obtinuit, et quiete, omnesque "reges sibi conterminos voluntati suæ tributarios habuit, et "subjectos. [3] Illo autem viam universæ carnis ingresso, regnavit filius suus Roboam, qui prætermisso seniorum qui "cum patre [4] fuerant consilio, juvenibus sibi placere volentibus "adhæsit, unde et terram Israel, præter duodecimam partem, "sibi a Domino reservatam, juste amisit. Multique reges "Israel, terrarum insuper aliarum, malo ducti consilio, ad "magnas inopias devenere. Et ne vobis, Domine, displiceat, "recolitis quidem, quod per iniquum consilium dudum Domini "nostri [5] Regis patris vestri, quem Deus absolvere dignetur, "contra leges terræ Magnamque Chartam, majores terræ "aliosque cepit, morti adjudicavit, bona diripuit, nonnullos "redemptionibus gravissimis vexavit. Et [6] quid illa de causa "acciderit, vobis manifestum est. Post [7] ejus tempus per consiliarios vobis adhærentes fere corda populi terræ [8] vestræ "amisistis, a quibus, ut sibi placuit, vos eripuit Jesus Christus. "Post hæc autem, per bonam circumspectionem discretionemque prælatorum, magnatum, ac terræ sapientum, negotia "vestra taliter sunt deducta, ut integre corda populi vestri "possidetis, et ita clerici, sicut et laici, magis quam alicui "progenitorum vestrorum manus porrexerunt adjutrices. "Sicque sano mediante consilio, populi vestri suffragio,

[1] After this word, reference is made in the Arundel MS. to the end of the volume, "*quære in fine*"; where however, this Letter is not to be found. It has been supplied here from the text of Hemingburgh, and MS. Harl. 655. The Letter, in the original French, is also given in the Chronicle of Avesbury, and is printed in the New *Fœdera*, II. p. 1143.

[2] *Prov.* xi. 14; xxiv. 6.

[3] *Illoque viam* Harl. 655.

[4] *steterant* Harl. 655.

[5] This and the two following words are omitted in Harl. 655.

[6] *quid sibi illa*, Harl. 655.

[7] *ejus vero tempus* Harl. 655.

[8] Omitted in Harl. 655.

A.D. 1341. "gratia necnon vobis a Deo collata, de inimicis vestris Scotiæ "et Franciæ gloriose triumphastis, inter Christianos [1]princi-"pes nobilior reputati estis. Sed impræsentiarum, per ini-"quum quorundam terræ vestræ consilium, [2]qui commodum "proprium sive utilitatem [3]magis quam honorem vestrum, "populive salutem, affectare noscuntur, clericos et alios terræ "vestræ capi facitis, processus contra leges terræ, quas per "sacramentum in Coronatione vestra [4]præstitum custodire "tenemini, peragitis indebitos, necnon contra Magnam Char-"tam, contra quam venire præsumentes per prælatos Angliæ, "Bullamque Papalem, quam penes nos habere dinoscimur, "sunt excommunicati. Quæ quidem in animæ vestræ non "modicum periculum, status honorisque detrimentum, proh "dolor! [5]acta sunt. Et quanquam iidem qui rectores terræ "[6]magis quam statui illorum congruit, se faciunt et consilia-"rios, intelligere vos conantur quod ea quæ in præsenti [7]agitis, "populo vestro [8]complacere debent, certissime tamen asseri-"mus, modo nullatenus inchoato, et hoc reperietis. Dubitamus "enim non modicum, quod si modum prosecuti fueritis jam "inceptum, corda gentis vestræ necnon auxilia, bonam ac "rectam amittetis et querelam, taliterque citra mare vos im-"plicabitis, quod guerram vestram perficiendi nequaquam "vires possidebitis nec potestatem, inimicis vestris occa-"sionem insurgendi contra vos dabitis, et destruendi, bonam-"que famam vestram ac terram, quod Deus avertat, amit-"tendi. Quare, Domine, ob honoris vestri terræque salva-"tionem, querelam vestram necnon confovendam, magnates "terræ ac sapientes coadunare, et ut negotia vestra felicem "sortiantur effectum, seniorum ac magnatum secundum "assensum, quorum sine consilio auxilioque, terram ves-"tram regere, nec etiam querelam potestis perficere, velitis "[9]et operari. Et quia aliqui vobis collaterales [10]sive faventes "proditionem nobis et falsitatem imponere non formidant, eos "excommunicatos fore denunciamus, et sicut pater vester "spiritualis pro talibus eos tenere velitis exoramus. Ob "quorundam insuper vobis ministrantium inertiam, iniquum

MS. Harl. 655. Hemingb. New Rymer.

---

[1] *princeps*, Harl. 655.

[2] *aliorumque qui magis commodum*, Harl. 655. On comparison with the original French, both texts seem to be faulty.

[3] Omitted in Harl. 655.

[4] *factum*, Harl. 655.

[5] *exacta*, Harl. 655.

[6] *magis etiam quam*, Harl. 655.

[7] *peragitis*, Harl. 655.

[8] *complacebunt*, Harl. 655.

[9] Omitted in Harl. 655.

[10] *adulantes sive*, Harl. 665.

MS. Harl. 655. Hemingb. New Rymer.

A.D. 1341.

"[1]etiam vestri absentia sive famulatum, villam Tornacensem "alios necnon honores quamplurimos, amisisse nos asserunt et "imponunt, velitis, Domine, si placeat, prælatos, magnates, "terræque nobiles, ubi cum prælatis secure convenire poteri- "mus, loco competenti congregare, et in quorum manibus ab "initio guerræ vestræ, lanæ, denarii, et alia quæque, usque "in hodiernum diem vobis concessa, devenerunt, qualiterque "ministrata fuerunt, per quorumque defectum Tornacensis "civitas non subacta, sed taliter extiterat dimissa, diligenter "inquirere, et, velut dominus æquus et justus, secundum leges "terræ, prout demerita exegerint, culpabiles castigare. Et "quantum nos attinet, judicio parium nostrorum, Sanctæ "Ecclesiæ statu ac ordine nostro, alias sicut sæpe scripsimus, "semper salvis, in omnibus nos submittere parati sumus. De "nobis itaque, nec aliis terræ vestræ [2]fidelibus ac probis, "priusquam veritas cognoscatur, nisi bonum credere, [3]nec "cujusquam dictis fidem adhibere, velitis. Si enim gentes sine "responso, veritate [4]nec agnita, puniantur, de bonis et malis, "reis et insontibus, unum judicium foret et idem. Inimicos "[5]insuper Galliæ et Scotiæ adeo fortes attentius matureque "considerare curetis; si enim prælati, magnates, ac totius terræ "vestræ sapientes, die [6]nocteque sine divisione [7]seu discep- "tatione, una voluntate forent congrua et assensu, negotia "vestra, supra modum ardua, discrete ac circumspecte ordi- "nandi, guerram vestram jam inceptam, honorem vestrum "terræque salvationem conservandi, satis modicum [8]fore "videretur. Nec vobis displiceat, Domine reverende, quod "veritatem vobis simpliciter sic mittimus et grosse. Affectio "[9]enim magna quam erga vos habemus, habuimus, et semper, "Deo auctore, habebimus, honoris vestri ac terræ conservatio, "et, quanquam indigni, Primas tamen totius Angliæ existimus, "et pater vester spiritualis, excitare vos dinoscitur, pericula "animæ vestræ ac status detrimentum [10]denunciare, mandare, "ac præmunire cum effectu. Spiritus Sanctus, Domine, "corpus [11]vestrum et animum salvet et custodiat, gratiamque "bonum consilium habendi et sanum, ac credendi, victoriam

---

[1] Omitted in Harl. 655.
[2] *legalibus ac*, Harl. 655.
[3] *vel etiam cujusque*, Harl. 655.
[4] *ne*, Harl. 655.
[5] *siquidem nostros Galliæ*, Harl. 655.
[6] *noctuque*, Harl. 655.
[7] *aliqua seu*, Harl. 655.
[8] *foret et exile*, Harl. 655.
[9] *siquidem*, Harl. 655.
[10] *dicere Galliæ*, Harl. 655.
[11] Omitted in Harl. 655.

A.D. 1341. "necnon inimicorum [1] vestrorum vobis concedere dignetur. MS. Harl. 655.
"[2] Datum Cantuariæ, primo die Januarii."]

Rescripsit etiam idem Archiepiscopus Cancellario Angliæ, in hæc verba:— Hemingburgh.

The Archbishop of Canterbury's Letter to the Chancellor of England, as to undue exactions from the Clergy.

"Johannes, permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus, "totius Angliæ [3] Primas [et Sedis Apostolicæ Legatus, Domi- "no Roberto [4] le Bourser, Cancellario Angliæ, libertates Sanctæ "Ecclesiæ et terræ leges illibatas conservandi voluntatem. "Dicit enim Sapiens, quod veritas præcognita ac prævisa "pericula non modica evadere facit post futura; ideoque vos "intelligere volumus, quod decimæ Sanctæ Ecclesiæ per "unum annum per clerum nostræ Cantuariensis Provinciæ "Domino nostro Regi ultimo concessæ, citra festum Sancti "Johannis Baptistæ proximo futurum, certis terminis cum "aliis decimis a retro existentibus persolvendæ, sub certis "concessæ fuerant conditionibus, certisque articulis a Domino "nostro Rege dicto clero concessis, et per chartam suam con- "firmatis. Et insuper, quod dictus clerus nulla alia portione "seu contributione, Domino Regi faciendis, vel etiam conce- "dendis, illa vice foret oneratus. Post hæc quoque, in "Parliamento apud Westmonasterium in Quadragesima proximo "elapsa, congregato, concessa sunt Regi nonum vellus, nonus "agnus, nona garba; certis tamen modis et conditionibus ad- "jectis, videlicet, quod nulli prælati, nec etiam aliquis de "clero prædicto, ad hujus nonæ contributionem portionis "aliquatenus tenerentur, nisi tantum illi qui per baroniam "tenerent, et ad Parliamentum [5] venire solent. Quodque ad "solutionem decimæ, ut præmittitur, concessæ, prælati et "cæteri de clero nonam portionem prædictam solventes, nul- "latenus forent astricti. Sed quidam nostræ dictæ Provinciæ "nonæ portionis collectores, a prælatis et cæteris de clero "qui decimam antedictam solvunt, et per baroniam de Rege "nihil tenent, nec ad Parliamentum venire astricti sunt, "nonam, ut præmittitur, concessam, levare, et per districtiones "varias nituntur exigere. Insuper, et ab hiis qui ad solu- "tionem hujus nonæ astringuntur, contra Deum et justitiam, "ac concessionem sæpedictam, viros ecclesiasticos onerando,

---

[1] Omitted in Harl. 655.

[2] The date is supplied from the printed texts of Walsingham and MS. Harl. 655.

[3] The remaining portion of this Letter, which is omitted in the Arundel MS., is supplied from the text of Hemingburgh and MS. Harl. 655.

[4] *de*, Harl. 655.

[5] *tenentur venire*, Harl. 655.

MS. Harl. 655. Hemingb. A.D. 1341.

"decimam exigunt memoratam. [1]Quocirca in Domino vos "hortamur, et requirimus, quatenus personas religiosas et "ecclesiasticas, nisi secundum formam et concessionem ante-"dictas, onerari vel vexari nullatenus permittatis, nec etiam "consilium seu assensum, in dictæ chartæ præjudicium, seu "privilegiorum ac libertatum ecclesiasticarum subversionem, "præbeatis quoquomodo; si vero breve, commissio, præcep-"tumve aliud, contra formam Magnæ Chartæ, privilegia, [2]ac "libertates antedictas, a Cancellaria hucusque fuerint emissa, "infra decem dies post harum receptionem litterarum, sicut "tenemini, revocari et annullari faciatis; voluntas [3]etenim "Domini nostri Regis Chartam præfatam, privilegia, ac liber-"tates ecclesiasticas, ut certi sumus, fovere existit, ac con-"servare: nec est siquidem voluntatis ejus, nec esse debet, "quod clerus ultra concessionem suam spontaneam, a quoquam "oneratus sit, vel gravatus; hoc enim in præjudicium Sanctæ "Ecclesiæ, quod tolerare non possumus, non modicum [4]ver-"teretur, et gravamen. [5]Si autem, ut præmittitur, prædicta "revocare nequaquam curaveritis nec annullare, remedium, "quale Sancta Ecclesia permittere poterit, apponere non "omittemus. Et quid in præmissis feceritis, velut filius spiri-"tualis, fidelis, ac Deo acceptus, [6]infra octo dies post harum "receptionem litterarum per litteras vestras nos certificare "curetis. Spiritus Sanctus, sicut justitias suas sibi, [7]quantum "in vobis est, servaveritis illibatas, corpus vestrum et ani-"mam salvare dignetur, et custodire. Datæ Cantuariæ, vice-"simo octavo die mensis Januarii, anno ut supra, et [8]trans-"lationis nostræ septimo."]

Misit quoque Archiepiscopus Regi ac Consilio suo cedulam, sive bullam, in hunc modum continentem:—

MS. Harl. 655. Hemingburgh

The Archbishop of Canterbury's Letter to the King and Council as to.

"Domino nostro Regi, Consilioque [9]suo, [ac omnibus et "singulis dicti Consilii sui personis, monstramus nos Johannes, "permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus, totius "Angliæ Primas et Sedis Apostolicæ Legatus, quod cum "omnes clericos capientes, in carcerem invito mittentes, [10]seu "detinentes, ac eos quocunque voluerint libere ire non per-

[1] *Quare*, Harl. 655.

[2] *nec*, Harl. 655.

[3] *revera*, Harl 655.

[4] *vergeret*, Harl. 655.

[5] *Si vero prædicta*, Harl. 655.

[6] *post tempus supradictum, infra octo dies per litteras vestras*, Harl. 655.

[7] This and the three following words are omitted in Harl. 655.

[8] *consecrationis nostræ*, Harl. 655

[9] Omitted in the Arundel MS., and supplied from the text of Hemingburgh and MS. Harl. 655.

[10] *sive*, Harl. 655.

A.D. 1341. MS. Harl. 655. Hemingb.

alleged imprisonment of the Clergy.

"mittentes, illos clericos et publice ac notorie pro talibus "reputatos, scientes, et ut clericos se habentes, qui crimina "non confessi, nec de criminibus convicti nec [1]judicati, nec "etiam notorie in criminibus sunt deprehensi, a Canone latæ "sententiæ existunt innodati; illam sententiam in ecclesia nos-"tra Cantuariæ publicavimus, et per omnes fratres nostros et "Suffraganeos Provinciæ nostræ Cantuariæ fecimus publicari. "Post cujus siquidem sententiæ [2]publicationem, ut præmit-"titur, factam, capti sunt, et in castellis diversis et locis "aliis Angliæ in carceres missi, ac invite detenti, Johannes "de Sancto Paulo, Michael de Wath, Robertus de [3]Chickwell, "Johannes de Thorp, et Henricus de Stretford, in præju-"dicium Dei et Sanctæ Ecclesiæ, [4]et contra leges ac cleri-"corum privilegia omnium, necnon animarum illorum in "periculum qui talia commiserunt, consilium dederunt et "assensum. Quare Domino nostro Regi, qui libertates Sanctæ "Ecclesiæ, prout in actibus suis Dominus Deus temporibus "elapsis feliciter monstravit, clarumque fecerit, et jura ac "privilegia semper conservare curavit illibata, exoramus, "quatenus dictorum clericorum et singulorum contra Chartam "Magnam, leges terræ, ac consuetudines, detentorum, erepti-"onem a carcere, sive deliberationem, dominationi suæ præ-"cipere placeat indilate. Rogamus insuper et [5]hortamur in "Domino omnes consiliarios illos qui talia committendi con-"silium Domino Regi dare præsumpserunt, deliberationi de-"tentorum præfatæ nullatenus obviare. Dissimulare enim non "valemus, quin ea quæ nobis incumbunt, faciamus in hac "parte. Item, quod personæ laicæ, hominesque liberi, contra "Magnam Chartam, leges ac terræ consuetudines, capti ad-"huc que in carcere detenti, ejiciantur, libereque abire permit-"tantur; prædictaque [6]et alia [7]secundum formam in Bulla "Innocentii Quarti contentam, per quam omnes contra Mag-"nam Chartam venire præsumentes, seu illam violantes, "sententiam excommunicationis incurrunt, Dominus Rex re-"formare placeat ac emendare. Item, cum non solum ministri "sui diversæque conditionis officiales, terram peragrantes, "domos, grangias, ac alia loca Archiepiscoporum, Episco-"porum, religiosorum aliorum, necnon virorum ecclesiasti-"corum, intrant, sine custodum firmariorumve voluntate,

---

[1] *indictati*, correctly, Harl. 655.

[2] *denunciationem sive publicationem*, Harl. 655,

[3] *Chigwelle*, Harl. 655.

[4] Omitted in Harl. 655.

[5] *excitamus*, Harl. 655.

[6] Omitted in Harl. 655.

[7] *ac secundum*, Harl. 655.

MS. Harl. 655. Hemingb. "bona pro libito capiunt, invitoque asportant; immo præmissa A.D. 1341.
"fieri præcipientes, actaque suo nomine rata habentes et "grata, sæpefata sententia sunt innodati, Dominus Rex reme-"dium apponere placeat opportunum; dissimulare enim non "possumus, quin contra tales, prout pastoralis officii cura "exegerit, et per fratres nostros et suffraganeos, quod nobis "et eis incumbit, exequamur. Nostræ tamen intentionis non "est Dominum nostrum Regem, Dominam Reginam, aut liberos "eorundem, dictis sententiis involvi seu comprehendi, quate-"nus de jure poterunt excusari."]

MS. Harl. 655. Misit quoque idem Archiepiscopus [1] Episcopo Londoniensi litteras in hunc modum.—

MS. Harl. 655. Heming-burgh, II., pp. 375–380.

Sentence of Excommunication pronounced by the Archbishop of Canterbury against the violators of the liberties of the Church.

"Johannes, permissione divina, Cantuariensis Archiepiscopus, "totius Angliæ [2] Primas [et Apostolicæ Sedis Legatus, vene-"rabili fratri nostro, etc. Sacrosancta Ecclesia, quæ debet "libera esse, variis exactionibus indebite, et angariis infestis, "opprimitur hiis diebus; cujus bona, ad quæ laica manus "non [3] deberet extendi, pro libito diripiuntur in prædam; "clerusque nostræ Cantuariensis Provinciæ vexatur injuste, "ac probroso contemptu nequiter conculcatur; justitia, quæ "principaliter elucere deceret, et quæ regibus dat regnare, "ac populo quietem præparat opportunam, debito cultu non "colitur, sed ad injurias et oppressiones iniquas multorum "frænum laxatur impune. Nos, oppressorum gemitibus pa-"terno compatientes affectu, attendentes [4] quod ad Apostolicam "dignitatem nos ideo divina clementia sublimavit, non ut "dies nostros in quiete et deliciarum affluentia duceremus, "sed ut ex injuncto nobis administrationis officio, nostrorum "prædecessorum exemplis salubriter instructi, pro domo Do-"mini ascendentibus ex adverso nos murum inexpugnabilem "præparemus, ut errantes ad viam veritatis, inspirante Domino, "reducamus, quasdam excommunicationum sententias a sanctis "patribus et prædecessoribus nostris in subscriptis casibus "adversus delinquentes hactenus promulgatas, per denuncia-

[1] The Letter *to the Bishop of London* as given by Hemingburgh (II. p. 371) differs from the one given here; which is described by Hemingburgh as having been addressed by the Archbishop to "*all* "*his brethren and suffragans.*" See, however, the statement made at the end of the Sentence of Excommunication.

[2] After this word reference is made in the Arundel MS. to the end of volume—"*quære in fine libri;*" where however the sentence is not now to be found. It has been inserted from the text of Hemingburgh and MS. Harl. 655.

[3] *debent*, Harl 655.

[4] *ac considerantes attente quod*, Harl. 655.

A.D. 1341. "tiones publicas in locis eminentibus faciendas per vos et "cæteros confratres ac Suffraganeos nostros, palam duximus "omnibus intimare, ne ignorantiæ affectatæ nebulose valeant, "qui nequam sunt, aliqualiter excusare prætextu veritatis "[1]occultatæ, et ut decet minime publicatæ, sed ut singuli melius "sibi caveant pro futuro. Nostræ tamen intentionis non ex- "istit, Dominum nostrum, Regem Angliæ illustrem, Dominam "Reginam, aut liberos eorundem, dictis sententiis, [2]aut "aliqua earum, involvi, seu sub denunciatione hujusmodi "comprehendi, quatenus de jure excusari poterunt in hac parte. "Mandantes etc., quatenus etc." MS. Harl. 655. Hemingburgh, II., pp. 375–380.

Tenor vero hujusmodi Articulorum talis est.—

"In Dei nomine, Amen. Nos Johannes, permissione divina, "etc. Omnes et singulos qui ecclesias suo jure privare, vel "per malitiam infringere seu perturbare præsumunt libertates "et liberas consuetudines earundem, et [3]eos præcipue qui anti- "quas libertates aut liberas consuetudines nostræ Cantuariensis "ecclesiæ violaverint, seu in aliquo diminuerint, vel contra pri- "vilegia eidem indulta scienter venerint, aut contra ea fecerint, "necnon et illos qui pacem et tranquillitatem Regis [4]aut regni "Angliæ nequiter et injuriose perturbare præsumunt, seu ad "hoc dederint consilium, auxilium, vel favorem, Majoris Ex- "communicationis sententia, sicut sunt a sanctis patribus, "innodatos et excommunicatos fuisse et esse denunciamus, "et a liminibus Sanctæ Matris Ecclesiæ sequestramus, aucto- "ritate Dei Patris Omnipotentis, Beatæ Mariæ Virginis, matris "suæ, Beati Thomæ Martyris gloriosi, Sanctorumque omnium, "publice et solemniter in hiis scriptis.

"Item, cum in Magna Charta Henrici, quondam Regis An- "gliæ, sit concessum ac etiam ordinatum, quod nullus liber "homo regni Angliæ capiatur vel imprisonetur, aut dissei- "siatur de libero tenemento suo, vel libertatibus aut liberis "consuetudinibus suis, seu outhlagetur vel exulet, aut aliquo "alio modo destruatur; quodque super liberum hominem "hujusmodi Rex non ibit vel mittet, nisi per legale judicium "parium suorum, vel per legem terræ Anglicanæ; et quod "Rex nulli negabit, nulli vendet, vel differret, rectum vel "justitiam; quodque civitas Londoniarum habeat omnes an- "tiquas [5]et liberas consuetudines suas; aliæque nonnullæ "libertates et liberæ consuetudines in dicta Charta regno

[1] *vecorditer occultatæ*, Harl. 655.
[2] *vel aliqua*, Harl. 655.
[3] *illos*, Harl. 655.
[4] *ac*, Harl. 655.
[5] *libertates et*, Harl. 655.

MS. Harl. 655. Hemingburgh, II., pp. 375–380.

"Angliæ, ad Dei laudem et gloriam, Ecclesiæ Catholicæ pacem, A.D. 1341.
"et regni quietem, provide sunt concessæ, et ab Archiepi-"scopis et Episcopis dicti regni, excommunicati, anathemati-"zati, et a liminibus Sanctæ Matris Ecclesiæ fuerunt seques-"trati, qui post concessionem dictæ Chartæ libertates et liberas "consuetudines in ipsa et in Charta de Foresta contentas et "concessas Ecclesiæ Anglicanæ, quacunque arte vel ingenio "violaverint et infregerint, diminuerint, seu [1] imminuerint, "clam vel palam, facto, verbo, vel consilio, contra illas, vel "illarum aliquam in quocunque articulo temere veniendo: "quamplures nihilominus præmissorum [2] contra dictas chartas, "libertates, et liberas consuetudines, in chartis hujusmodi "concessas, venire temere jam conantur, et eas infringere "[3] plures sunt moliti.—Nos, ipsorum ausus nefandos opprimere "cupientes, ac velatam ignorantiam et captatam fugare, ad "omnium notitiam deducentes præmissa, monemus in [4] genere "omnes et singulos qui contra præmissa fecerint in aliquo "quovismodo, aut contra dictas chartas, vel earum alteram, "statuta ediderint, vel edita servaverint, consuetudines in-"troduxerint, vel servaverint introductas, scriptores etiam "statutorum, necnon consiliarios et executores, et qui secun-"dum ea præsumpserint judicare, quod debite se corrigant, "et ordinariorum arbitrio plene satisfaciant de commissis "infra quindecim dies, a tempore monitionis nostræ continue "numerandos; quos non parentes, ex tunc in dictam Majoris "Excommunicationis sententiam, per Innocentium Papam "Quartum ex certa scientia confirmatam, denunciamus publice "et solemniter incidisse.

"Item, omnes et singulos, qui de domibus, maneriis, grangiis, "aut locis aliis, ad Archiepiscopos, Episcopos, vel alias personas "ecclesiasticas, pertinentibus, quicquam præter voluntatem "dominorum, vel eorum qui sunt hujusmodi rerum custodes "deptutati, abstrahere, capere, consumere, vel contrectare "præsumpserint, capi, consumi, seu contrectari fecerint, vel "hujusmodi abstractionem, captionem, consumptionem, aut "contrectionem, suo nomine, vel a familiaribus suis factam, "ratam habuerint, ecclesiasticæ libertatis et immunitatis "violatores existere, et Excommunicationis Majoris sententiam "contra violatores libertatum Ecclesiæ in Concilio Oxoniensi "latam, ipso facto incurrere denunciamus publice et solemniter "in hiis scriptis.

---

[1] *irritaverint*, Harl. 655.
[2] *non ignari contrà*, Harl. 655.
[3] *plurimi*, Harl. 655.
[4] *guerræ*, Harl. 655; by inadvertence.

A.D. 1341. "Item, quia temporis malitia clericis laicos reddit infestos, "adeo quod ipsos capiunt et detinent invitos, aut quò voluerint "abire libere non permittunt; nos omnes et singulos clericos "et laicos, nostræ Cantuariensis Provinciæ subditos, qui "scientes esse clericos, et publice ac notorie pro clericis "habitos et reputatos, et etiam se gerentes de crimine non "confessos, non convictos, nec etiam indictatos, in custodia "vel carcere ponunt et detinent ausu sacrilego invitos "temerarie, in casu a jure vel consuetudine regni Angliæ non "permisso, in cleri opprobrium et injuriam manifestam, "Majoris Excommunicationis sententia, a Canone lata in hac "parte, denunciamus publice et solemniter involutos. MS. Harl. 655. Hemingburgh, II., pp. 375–380.

"Item, [1]omnes et singuli qui in nostra Cantuariensi Pro-"vincia alicui vel aliquibus crimen falso ex odii fomite mali-"tiose imponunt, cum super crimine sic imposito apud bonos "et graves prius non fuerant infamati, cujus impositionis occa-"sione quovismodo graventur majoris excommunicationis sen-"tentia, in Concilio Oxoniensi contra defamatores hujusmodi "a sanctis patribus rite lata, sint et fuerint innodati, ac delin-"quentes scienter in Archiepiscopos aut Episcopos, patres "spirituales, Christi legatos, Ecclesiæ columnas, ex dignitate "offensorum, culpam graviorem committant, adeo quod in ipsos "acerbioris debet indignationis, si poterit, aculeus merito desæ-"vire, auctoritate qua fungimur, omnes et singulos qui in "nostra Provincia Cantuariensi Archiepiscopo vel Episcopo, "vel alii cuicunque, crimen proditionis seu aliud quodcunque "falso, nequiter, et malitiose, hactenus imponere temere ac "publice præsumpserint, vel in futurum imponent, contra "constitutionem prædictam, dicta Majoris Excommunicationis "sententia, in præfato Concilio proinde lata, denunciamus "publice innodatos, et a Sanctæ Matris Ecclesiæ liminibus "sequestratos."]

Letters containing such Sentence, sent to each of his Suffragans. Misit insuper Archiepiscopus antedictus litteram istam præcedentem ad omnes confratres et Suffraganeos suos, ut et ipsi etiam in suis Diœcesibus et locis singulis sententias, ut præmittitur, publice [2]promilitarent, mandatumque suum executioni demandarent. MS. Harl. 655.

Auditis itaque litteris Archiepiscopi, et singulis intellectis, aliis insuper nonnullis ab [3]aulicis regiis, ut putabatur, Archi- MS. Harl. 655. Hemingb. II., p. 380

---

[1] *cum omnes*, Harl. 655.

[2] *promulgarent* in the printed texts, and in Harl. 655.

[3] Corrupted into *Anglicis* in the original and in the printed texts; *aulicis* in Hemingburgh and Harl. 655.

MS. Harl. 655. Hemingburgh. New. Rymer II., p. 1147.

A.D. 1341.

episcopo impositis, Rex Edwardus misit Episcopo Londoniarum litteram, ut subsequitur, continentem:—

Letter of King Edward to the Bishop of London, complaining of the proceedings of the Archbishop of Canterbury.

"Edwardus, Dei gratia etc., venerabili in Christo patri [[1] Radulpho, eadem gratia Episcopo Londoniensi, salutem. Veteribus probatur historiis, et ex hiis quæ quotidie geruntur clarius elucescit, quomodo multi, probitate principum et honore qui in eis collatus est in superbia abutentes, nituntur interdum malitiæ suæ commentis regum laudabilia studia [2] depravare. Et ut manifestius quod dicimus cunctis fidelibus nostris innotescat, a vestra et eorum memoria non credimus excidisse, quod nos dudum in annis adolescentiæ ad regni solium exaltati, in ejusdem suscepto regimine, sanis consiliis dirigi cupientes, quia Johannem, tunc Wintoniensem, nunc vero Cantuariensem Archiepiscopum, fidelitatis et discretionis virtute credebamus aliis præeminere, ejus consilio super hiis quæ animæ nostræ saluti expediunt, et regni nostri augmentum et conservationem respiciunt, spiritualiter et temporaliter usi sumus, et in tantam familiaritatem est a nobis susceptus, ac illam in se humanitatem expertus, ut pater noster vocaretur et adoraretur ab omnibus post Regem secundus. Cumque postmodum regnum Franciæ ad nos jure successorio fuisset devolutum, et a Domino Philippo de Valesio de facto notorie [3] usurpatum, idem Archiepiscopus nobis importuna instantia persuasit cum principibus Alemanniæ contra dictum Philippum fœdus inire, et guerrarum dispendiis exponere nos et nostra; promittens et affirmans quod expensas ad hæc necessarias, de terrarum nostrarum proventibus, et aliunde quæsitis subsidiis, abundanter faceret ministrari; adjiciens insuper quod solummodo de personis ad bella doctis et strenuis solliciti essemus, quia ipse pecuniam necessariam pro nostris necessitatibus et eorum stipendiis efficaciter procuraret. Unde nos, mari transito, manum ad ardua misimus, et circa bellicosos apparatus immensas, ut oportuit, expensas fecimus, et confœderatis nobis in maximis pecuniarum summis nos obligavimus, de promisso nobis auxilio, ut præmittitur, confidentes. Sed heu! quoniam illusoris baculo arundineo cum, juxta sententiam [4] propheticam, si innixus fuerit homo, intrabit in manum ejus et perfora-

[1] This letter, which is omitted in the Arundel MS., is supplied from the text of Hemingburgh and MS. Harl. 655. It is also given in the New *Fœdera* II. p. 1147.

[2] Incorrectly written *deprivare* in the MSS. of Hemingburgh; *depravare*, Harl. 655.

[3] *occupatum*, Harl. 655.

[4] 2 *Kings* xviii. 21, *Isaiah* xxxvi. 6.

A.D. 1341. "bit eam, fiduciam posuimus, et subtracto nobis, utinam "non fraudulenter, sperato subsidio, necessitate compulsi, "sub usuris gravissimis quasi importabilia contraximus "onera debitorum, et sic retardata expeditione ulteriori, "coacti sumus ab inchoatis magnanimiter hostium ag-"gressibus ea vice desistere, et in Angliam remeare; ubi "expositis præfato Archiepiscopo nostris ærumnis mul-"tiplicibus et infortuniis memoratis, convocatoque super "hoc Parliamento, [1]Proceres, Barones, Prælati, cæterique "fideles ejusdem regni nostri, nonæ partis garbarum, agno-"rum, et vellerum suorum, præter decimam nobis a clero "concessam, tale nobis dedere subsidium, quod si fideliter "collectum fuisset congruo tempore, et obtentum, ad expedi-"tionem dictæ guerræ, debitorum solutionem, et inimicorum "confusionem, non modicum adminiculum præstitisset; et "forte, multorum secundum opinionem, verisimiliter suffecis-"set;—idem Archiepiscopus ad dicti subsidii collectionem, et "aliorum nobis necessariorum subministrationem, iterum pro-"misit efficaciter inteponere partes suas. Unde nos, ejus pro-"missionibus inhærentes, resumptis viribus, navigio ad hoc "congregato, versus Flandriam navigantes, commisso gravi "prœlio navitico cum hostibus, qui in nostram et totius "gentis nostræ Anglorum perniciem conjuraverunt; miseri-"cordissima Ejus clementia qui ventis et mari imperat, non "nostris meritis, [2]obtinuerimus de tantorum hostium multi-"tudine numerosa victoriam et triumphum. Quo peracto, cum "prægrandi exercitu, pro jurium nostrorum recuperatione, "exinde progredientes, castrametati sumus prope civitatem for-"tissimam Tornacensem, in cujus obsidione aliquamdiu jugiter "occupati, et continuatis expensis et laboribus fatigati, præ-"stolantes in silentio promissum nobis adjutorium, sperabamus "indies ministerio dicti Archiepiscopi in tot et in tantis "nostris necessitatibus relevari; tandem spe concepta frustati, "licet per plures nuncios et diversas litteras plene signi-"ficaverimus præfato Archiepiscopo, et aliis consiliariis nos-"tris sibi adhærentibus, nostras indigentias et pericula varia "quibus expositi fuerimus propter defectum promissi subsidii "memorati, utilitatem insuper et honorem quos ex succursu "pecuniæ [3]conscripsimus nos posse faciliter obtinere; nul-"lum tamen ab eis emolumentum recipere potuimus, quia "sua, non nostra, negotia curantes, et commoda propria

MS. Harl. 655. Hemingh. New Rymer.

[1] *prælati, proceres, cæterique fideles*, Harl. 655.

[2] *obtinuimus*, Harl. 655.

[3] *conspeximus*, Harl. 655.

MS. Harl. 655. Hemingb. New Rymer.

A.D. 1341.

" [1]curantes, frivolis excusationibus et fucatis verborum phaleris, suam desidiam, ne dicamus fraudem vel malitiam, palliabant, similes illusoribus qui, ut ait Isaias, deridendo ludificant, dicentes '[2]Manda remanda, manda remanda, [3]expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi;' unde, proh dolor! factum est ut dum triumphandi super inimicos nostros arrideret nobis gratiosissime spes propinqua, prævalente penuria, cogeremur inviti treugis initis consentire, cum verecunda nostræ expeditionis retardatione, et exultatione non modica æmulorum. Reversis nobis [4]in Flandriam, cum essemus pecunia vacui, et æris alieni [5]mole pressi, nec superesset quicquam in nostris aut nostrorum marsupiis unde possemus nostris necessitatibus consulere, et debita stipendia nostro obsequio militantibus erogare, compulsi sumus usurarum voragini [6]submergere, et humeros supponere cumulatis generibus debitorum. Tandem convenerunt ad nos amici fideles, peregrinationis nostræ comites, et tribulationis nostræ participes, cum quibus tractatum habuimus diligentem super optatis remediis, quibus a tanta infortuniorum tempestate possemus commodius respirare. Visum est omnibus præfatæ retardationis eventum tristibilem et egestatis nostræ incommoda multiplicia, culpa vel desidia, ne dicamus malitia, præfati Archiepiscopi, de cujus discretione tota regni nostri dispositio pendere videbatur, et cæterorum officialium quos ejus consilio super nostri regni negotia constituimus, accidisse; et vehementer mirantes, ac contra nos murmurantes, super hoc quod dictorum Archiepiscopi et officialium insolentiam regia mansuetudo tanto tempore relinquere voluit incorrectam, sunt publice protestati quod, nisi super hiis faceremus congruum remedium celeriter adhiberi, oporteret eos de nostris obsequiis se subtrahere, et ab inito fœdere retroire, et hoc utique in regni nostri [7]subversionem et nostram perpetuam ignominiam, et nationis Anglicanæ sempiternum opprobrium redundare; quod avertat temporibus nostris clementissimi Patris benignitas, in cujus soliditate fixa est immobiliter an-

[1] *procurantes*, Harl. 655.

[2] In allusion probably to *Isaiah* xxviii. 10, 13.

[3] These four words are omitted in Hemingburgh's text, but are given in the printed texts of Walsingham and MS. Harl. 655.

[4] Omitted in Harl. 655.

[5] *more*, Harl. 655; by inadvertence.

[6] *nos submergere*, Harl. 655.

[7] The MSS. of Hemingburgh have incorrectly *submersionem*. Amended from MS. Harl. 655, the printed texts of Walsingham, and Rymer.

A.D. 1341. " chora spei nostræ. Unde nos ad disciplinam et correctionem " hujusmodi nostrorum officialium mentis aciem dirigentes, " quosdam ex eis quos ex causis probabilibus de mala ad- " ministratione, justitiæ subversione, ac subditorum nostrorum " oppressione, acceptorum munerum corruptione, ac aliis " offensis gravibus, suspectos habuimus, a suis fecimus officiis, " prout nobis licuit, amoveri; alios quoque inferioris gradus, " in præmissis culpabiles, sub tuta custodia detineri, [1] ne si " [2] libertatem solitam potirentur, supplantaretur eorum astutia " justitiæ executio, et deluderetur callide inquisitio veritatis. " Quoniam [3] cum ex dicti Archiepiscopi animi latebris eo cer- " tius et plenius elicere crederemus, quo nihil eorum quæ ad " informationem nostram in hac parte conferre poterant, ipsum " verisimiliter latere debuerat, cui totius reipublicæ nostræ " administrationem et summam rerum gerendarum a multo " tempore duximus committendam, sibi per fidelem nostrum " Nicholaum de Cantilupo, ad hoc specialiter destinatum, " mandavimus quod ad nostram præsentiam, quia ejus per- " sonali colloquio [4] frui volebamus, Londonias venire matu- " rius non tardaret. Ipse vero, semper tumidus in prosperis " et timidus in adversis, trepidans timore ubi non erat timor, " sibi periculum per aliquos nobis assistentes intentatum et " comminatum, si ab ecclesia Cantuariensi recederet, immi- " nere minus veraciter allegavit, quia hoc, teste Deo et pura " conscientia, nunquam in mentem nostram cecidit, nec alicujus " nobis assistentis, ut credimus, tetigit cogitatum, [5] quanquam " clero et populo regni nostri malignitatis suæ merito se red- " didit odiosum. Nos autem qui cunctos ad nostram præsentiam " accedere, [6] præcipue nostris ad hoc litteris vel nunciis [7] ad- " vocatos, plena volumus securitate gaudere, ad convincendam " ejus malitiam, dilectum et fidelem nostrum [8] Radulphum de " Stafforde, hospitii nostri Senescallum, ad ipsum destina- " vimus, ut ei securum conductum offerret et faceret; regias " super hoc nihilominus litteras patentes, sigillo regio con- " signatas, ei fecimus præsentari, iterato mandantes, quod " ad nos personaliter accederet, inchoatam sollicitudinem " nostram informaturus super regni negotiis, quæ longo tem-

MS. Harl. 655. Hemingb. New Rymer.

---

[1] For this word, *ille* is incorrectly given in the MSS. of Hemingburgh. Amended from Harl. 655, the printed texts of Walsingham, and Rymer.

[2] *liberatione solita*, Harl. 655.

[3] Omitted in Harl. 655.

[4] *perfrui*, Harl. 655.

[5] *et quanquam*, Harl. 655.

[6] Omitted in Harl. 655.

[7] *convocatis*, Harl. 655.

[8] Omitted in Harl. 655.

MS. Harl. 655. Hemingb. New Rymer.

A.D. 1341.

"pore gesserat, ut præfertur. Ipse vero, precum et mandatorum nostrorum lenitate contempta, vultu et animo indignato respondit, quod se nostris conspectibus seu colloquiis nequaquam conferret, nisi in pleno Parliamento nostro, quod in hiis diebus, ex causis rationabilibus, nullatenus expedit convocari. Sicque idem Archiepiscopus, quem regalis benignitas beneficiis et honoribus magnificis ampliavit, et in suæ familiaritatis sacrarium, et unanimitatem amicitiæ, et vinculum fœderis, accersivit, super quem, sicut patrem carissimum, noster spiritus et animus requievit, quinetiam dum ejus voluntatibus per omnia adquievimus, sophisticæ dilectionis faciem fuco mendacis benevolentiæ palliatam, more patris amabilis, nobis prætendere consuevit, subito in vitricum onerosum et [1] gravamen crudeliter est conversus, [2] pro beneficiis acceptis ingratus, tumoris arrogantia beneficium persequitur, et illam nobis retributionem [3] reddidit, quam, juxta vulgare proverbium,—'Mus in pera, serpens in 'gremio, ignis in sinu,' suis consueverunt hospitibus exhibere. Nam licet nobis ad regale fastigium, jure hæreditario, divina cooperante gratia, sublimatis, detestabile semper sit et fuerit abuti potentiæ magnitudine, qui summis desideriis affectamus clementia et lenitate cum moderamine justitiæ gubernare subjectos, [4] ut optata mortalibus cunctis pace [5] populus fruatur; ipse tamen nostram innocentiam, ac consiliariorum et officialium nostrorum regalem justitiam prosequentium, fidelitatem et diligentiam convitiis lacerat, publice prædicando, et suis litteris patentibus in diversis partibus publicare mandando, quod potestate regia, [6] nostris temporibus, contra justitiam opprimitur populus, clerus confunditur, regnum variis exactionibus [7] et talliis prægravatur. Et quia nomen boni pastoris, quo hactenus semper caruit, cum sit revera juxta communem opinionem et confessionem propriam, publice, ut fertur, emissam, notorie mercenarius, fallaciter nititur usurpare, fucatum zelum vulpinæ calliditatis fuco perizomate palliatum, ad liberationem Ecclesiæ, cujus vexationes, si quas in rebus vel personis nostro tempore sustinuit, præfati Archiepiscopi duntaxat remissioni, et callidis adinventionibus et reprobis

[1] *grave*, Harl. 655.

[2] *et beneficiis*, Harl. 655.

[3] This and the following word are omitted in Harl. 655.

[4] *et* in the MSS. of Hemingburgh; *ut* in Harl. 655, the printed texts of Walsingham, and Rymer.

[5] Omitted in Harl. 655.

[6] *modernis*, Harl. 655.

[7] *collectis et*, Harl. 655.

A.D. 1341. "consiliis sunt veraciter ascribendæ, nequiter simulat se "habere, et quasdam excommunicationum sententias, in ec- "clesiasticæ libertatis et Magnæ Chartæ violatores in genere, "dudum latas, ad suggillandam opinionem regiam, et præfatos "ministros regios diffamandos, ac seditiones in populo nobis "commissio proditorie suscitandas, et devotionem Comitum, "Procerum, et magnatum regni nostri, majestati regiæ sub- "trahendam, specificatis nonnullis articulis, præter et contra "solitum modum in Concilio Provinciali traditum, mandavit "per suas litteras in pluribus locis insignibus publicari. "Quamobrem nos volentes, ut tenemur, integritati famæ "nostræ prospicere, et præfati Archiepiscopi malitiæ obviare, "paratosque nobis et nostris ab ipso laqueos cautius declinare, "providimus, præter ea quæ superius expressa sunt, ut ad "præsens de multis ejus actibus taceamus, aliqua deducere "in publicam notionem: nempe, ejus improvido consilio et "succursu in minori ætate constituti, tot donationes prodigas, "ac alienationes prohibitas, ac gratias fecimus excessivas, quod "per eas ærarium nostrum totaliter est exhaustum, et fiscales "redditus sunt enormiter diminuti; [1] ipsaque munerum accep- "tione corruptum, magnas pecuniarum summas nobis debitas "quibusdam, sine rationabili causa, cum id nulla necessitas "vel utilitas exposcebat, comperimus remisisse, et plurimos "proventus et redditus, qui pro nostris utilitatibus et neces- "sitatibus conservari debuerant, suis suorumque usibus "applicasse, et aliis personis male meritis erogasse. Qui "etiam, nedum munerum, sed etiam personarum, [2] acceptor, "contra votum nostrum et præstitum nobis fidelitatis jura- "mentum solitum, ad officia publica in terris nostræ ditioni "subjectis, dignis et benemeritis postpositis et [3] repulsis, "indignos admisit; multaque alia animo [4] infrenato temere "attentare præsumpsit, in status nostri detrimentum et dig- "nitatis regiæ læsionem, ac populi nobis subditi damnum "non modicum et gravamen, potestate tradita et commisso "sibi officio abutendo; [5] qui si in elata obstinatione, et obstinata "rebellione et continuata, persisterit, congruis loco et tempore "intendimus apertius declarare. Vobis, firmiter injungendo,

MS. Harl. 655. Hemingb. New Rymer.

---

[1] *ipsumque*, Harl. 655.

[2] Amended from Rymer; Hemingburgh, MS. Harl. 655, and the printed texts of Walsingham, read *acceptores*.

[3] Amended from Rymer; Hemingburgh and the printed texts of Walsingham read *repulsos et*, erroneously; MS. Harl. 655 has been altered in a later hand.

[4] *infirmito*, Harl. 655.

[5] *quod*, Harl. 655.

MS. Harl. 655. Hemingb. New Rymer.

A.D. 1341.

" mandamus, quatenus hæc omnia et singula singillatim et " clare, locis quibus [1] expederitis, publicetis et faciatis per " alios publicari; piam intentionem quam habemus ad sub- " ducenda incommoda et promovenda commoda subditorum, " ipsis, juxta datam et vobis a Deo sapientiam commendantes, " et in hiis taliter vos habentes quod vestram debeamus solli- " citudinem merito commendare. Teste meipso apud West- " monasterium, [2] duodecimo die Februarii, anno regni nostri " quinto-decimo."]

Scripsit Lodowicus, Dux Bavariæ, regnum Alamanniæ occupans, Anglorum Regi Edwardo, sub hac forma:—

MS. Harl. 655. Hemingb. New Rymer, II. p. 1166.

Letter of Louis of Bavaria to King Edward, revoking his appointment as Vicar of part of his Empire.

" Lodowicus, Dei gratia Romanorum Imperii semper Au- " gustus, Edwardo Regi [3] Anglorum, [fratri suo carissimo, " salutem et fraternæ dilectionis affectum. Licet innumera " grandiaque negotia nostris incumbant humeris, et circa illa " multipliciter et assidue distrahamur, tamen cum discordia " inter te et Philippum, Regem [4] Franciæ, affinem nostrum " prædilectum, orta, tibi et tuo regno quamplurium personarum " et rerum dispendia, ipsa non sedata, in futurum poterit " generare, et nostris se repræsentat obtutibus, mentemque " nostram specialiter angit, et excitat ut ad tollendam ipsam " studium et operam nostræ sollicitudinis apponamus. Propter " quod te scire volumus, quod præfatus Philippus, ad requisi- " tionem nostram, dedit nobis suis litteris potestatem tractandi " inter te et ipsum super discordia inter vos suscitata. Quam " et tibi et tuo regno, pensatis diligenter omnibus conditioni- " bus tuis et alligatorum tuorum, multipliciter expedire cre- " dentes, amicitiæ tuæ persuademus, teque cum diligentia " hortamur, ut ad hoc tuum assensum præbeas, quod te " et ipsum revocare possimus ad concordiam, et inter vos " pacis fœdera ordinare, ad quæ libenti animo vacare " volumus et impendere onerosa prosecutione labores. In " quo, si consiliis nostris consentire volueris et acquiescere, " ut speramus, [5] placeat et nobis tuis litteris dare potestatem " præmissam tractandi concordiam, et treugas ad annum vel " biennium ordinandi. Nec te moveat amicitia inter nos et

---

[1] *expedire videritis*, Harl. 655.

[2] This date is supplied from MS. Harl. 655 and the printed texts of Walsingham. The copy in Rymer is dated the 10th of February, at Langele (Langley).

[3] After this word, the remaining portion of the Letter is omitted in the Arundel MS.; and is here supplied from the text of Hemingburgh and MS. Harl. 655. It is also printed in the New *Fœdera* II. p. 1166, from MS. Cotton. Otho. D. II.

[4] *Francorum*, Harl. 655.

[5] *placeat tibi nobis litteris tuis*, Harl. 655.

A.D. 1341. " Philippum Regem Francorum inita et contracta; nam ex quo " in treugas et certos terminos ad tractandum de concordia " inter te et prædictum Regem [1]Franciæ accepisti, absque " nostro scitu, voluntate, et assensu, de consilio nostrorum " principum, qui ligias, pacta, et uniones nostras noverunt, " quibus visum fuit quod hoc salvo honore nostro facere pos-" semus, concordiam et amicitiam cum dicto Rege [2]Franciæ " contraximus, et unionem univimus; Vicariatum, tibi per " nos commissum, ex causis revocavimus prænotatis. Pro " firmo *sciturus*, quod in tractatibus nostris sic tibi fraterne " providebimus, quod si nostris consiliis acquiescere volueris, " causa tua ad finem bonum, mediante nostro consilio, per-" ducetur. Super quibus tuam amicitiam de nostra intentione " plenius informandam, religiosum virum Fratrem Ebarhar-" dum, Lectorem Ordinis Fratrum Heremitarum Sancti Augus-" tini, specialem nostræ Curiæ Capellanum, tuæ fraternitati " transmittimus; quem petimus, super præmissis, celeriter " expeditum remitti. Datam Fraunchunfordiæ, etc., anno " imperii nostri [3] septimo-decimo.] MS. Harl. 655. Hemingb. New Rymer.

Rex autem Angliæ Edwardus Lodowico prædicto rescripsit in hæc verba :—

King Edward's Answer to Louis of Bavaria.

"Serenissimo Principi, Domino Lodowico, Dei gratia Roma-" norum [4]Imperii [semper Augusto, Edwardus eadem gratia " Rex Franciæ et Angliæ, et Dominus Hiberniæ, salutem, et " votivis semper successibus gratulari. Serenitatis vestræ " litteras reverenter recepimus, inter alia continentes, quod " [5]Philippus de Valesio ad tractandam inter nos et ipsum con-" cordiam dedit vobis, ad requisitionem vestram, suis litteris " potestatem. Et, si placeret nobis potestatem hujusmodi vobis " dare, libenti [6]daretis animo labores et operam ad dictam " concordiam reformandam; et quod amicitia inter vos et " [7]Philippum inita minime nos [8]admoveret; nam ex quo, " sine scitu et assensu vestro, treugas ac terminos ad trac-" tandum de pace inter nos et dictum Philippum accepimus, " dictam amicitiam cum eo de consilio principum vestrorum, MS. Harl. 655. Hemingburgh. New Rymer, II. p. 1167.

---

[1] *Francorum*, Harl. 655.

[2] *Francorum*, Harl. 655.

[3] This is incorrect. In Rymer, the copy of this letter is correctly dated—" xxv. *die mensis Junii*, " *anno regni nostri* xxvi., *imperii* " *vero* xiv." In MS. Harl. 655, it is " *imperii nostri* 27."

[4] The rest of this letter is omitted in the Arundel MS.; and is here supplied from Hemingburgh and MS. Harl. 655. It is also printed in the New *Fœdera* (II. p. 1167) from Rot. Claus. 15 Edw. III.

[5] *præclarus Philippus*, Rymer.

[6] *vacaretis animo ad*, Rymer.

[7] *præfatum Philippum*, Rymer.

[8] *moveret*, Harl. 655 and Rymer.

MS. Harl. 655, Hemingb. New Rymer. " quibus visum [1] fuerat quod hoc, salvo honore vestro, possetis facere, contraxistis, Vicariatum per vos nobis [2] commissum revocastis. Et quidem zelum quem habetis ad faciendam dictam concordiam, plurimum commendamus; [[3] volentes vestræ patere notitiæ quod nos pacem rationabilem habere cum dicto Philippo semper optavimus, et optamus; quam, in quantum decuit, sumus cum instantia prosecuti]. Et revera votivum nobis foret admodum et acceptum, si posset fieri per tanti mediatoris instantiam pax optata; sed quia scimus jus nostrum in regno Franciæ satis clarum, illud arbitrio dubio non proponimus ducere alicui per litteras nostras committendum. Verum, dum attenta meditatione pensamus, qualiter vestra consideratio circumspecta, videns patentem nostram justitiam, et dicti Philippi duritiam obstinatam et injuriam, nobiscum contra dictum Philippum, vestri gratia, ligam [4] fecistis, velut in specialem adoptionis filium de dilectionis exuberantia nos [5] admittentes, ut cum pace vestra loquamur, mirari non sufficimus, quod præpotens vestra sublimitas, quæ ad laudem bonorum et vindictam malorum est divinitus instituta, contra nos dicto Philippo, injuriatori nostro notorio, se ligavit. Et [6] illud quod dicitur, nos sine scitu et assensu vestro cum præfato Philippo treugas et tractatum pacis iniisse, non debuit, consideratis facti circumstantiis, rationabiliter [7] movisse; quia dum obsidebamus civitatem Tornacensem, oportuit nos eorum sequi consilia qui nobis comitivam et [8] auxilia tunc fecerunt, et [9] hyemis subita vicinitas ac locorum distantia vestram super hoc consulere celsitudinem mimine permiserunt. Immo nobis alias, si recolitis, concessistis, quod [10] si opportunitas arrideret, tractare possemus de pace vobis inconsultis; ita tamen, quod sine consensu vestro pacem finalem cum dicto Philippo nullatenus faceremus; quam nunquam facere [11] proponemus, priusquam vestrum super hoc habuissemus providum consilium et assensum. [12] Sed in votis gessimus vobis in omnibus facere quod debuimus juxta vires; sperantes quod [13] fraternæ vestræ plentitudo benevolentiæ nos ad tempus A.D. 1341.

[1] *fuerit*, Rymer.

[2] *concessum propter hoc revocantes*, Rymer.

[3] Omitted in the MSS. of Hemingburgh and Harl. 655; supplied from Rymer.

[4] *fecit*, Rymer.

[5] *admittens*, Rymer.

[6] *id*, Harl. 655 and Rymer.

[7] *vos movisse*, Rymer.

[8] *auxilium*, Rymer.

[9] *et imminens subita necessitas*, Rymer.

[10] *cum opportunitas*, Rymer.

[11] *proponebamus*, Harl. 655; *proposueramus*, Rymer.

[12] *Sed semper in*, Rymer.

[13] *paternæ*, Rymer.

A.D. 1341. "benignius supportasset. Videtur etiam aliquibus, quod revocatio dicti Vicariatus facta fuerat præmature; [1] juxta sponsionem super hoc per imperiales apices nobis factam, non debuisset fieri, quousque regnum Franciæ, vel majorem partem ejusdem, [2] fuissemus adepti. Præmissa, quæsumus, velit [3] vestra nobilitas debite ponderare, et ulterius facere quod debebit; quia, per Dei gratiam, vobis et vestris semper, juxta mensuram [4] impensæ nobis [5] benevolentiæ gratis faciemus pro viribus repensivam. Celsitudini vestræ donet Altissimus votivæ felicitatis [6] augmentum. Datum [7] Londoniis, anno regni nostri Franciæ secundo, regni vero nostri Angliæ quinto-decimo."] MS. Harl. 655. Hemingb. New Rymer.

A.D. 1342. Death of Pope Benedict XII.; and accession of Clement VI. Mortuo Benedicto Papa Duodecimo, successit Clemens Sextus. Hic de Abbate Ordinis Sancti Benedicti factus est Attrabatensis Episcopus; postea, successive ad [8] Archiepiscopatus Senonensem et Rothomagensem assumptus, deinde ad Cardinalatum, et tandem ad Papatum, ascendit. MS. Harl. 655 Hemingburgh II. p. 393.

A.D. 1343. Hoc anno inita est treuga inter Reges Franciæ et Angliæ, mediantibus duobus Cardinalibus, in hunc modum; videlicet:—

Articles of the Truce between England and France. "Quod super omnimodis controversiis et dissensionibus mittantur ad Curiam Romanam aliqui de sanguine Regum prædictorum nobiles, et alii habentes potestatem concordiam ordinandi, affirmandi, et roborandi, super causis a partibus ostensis, secundum tractatum Domini Papæ et nobilium prædictorum. Et poterunt partes dicere et proponere rationes suas coram Domino Papa, non tamen ad finem dissensionis et dandi sententiam, sed pro facienda pace meliore et tractatu. Item, quod antedicti nobiles, qui ad Curiam mittentur Romanam, sint in Curia citra festum Sancti Johannis Baptistæ proximo futurum, negotiaque præfata, divino mediante suffragio, Summi necnon Pontificis instantia, citra festum Natalis Domini, etiam de assensu dictorum nobilium, termino illo nullatenus prolongato, maneant expedita. Si vero Dominus Papa fuerit impeditus, vel pacem MS. Harl. 655. Hemingburgh II.; pp. 397–400.

---

[1] *cum juxta*, Rymer.

[2] *pacifice fuissemus*, Rymer.

[3] *innata vobis nobilitas*, Rymer.

[4] *impensæ vestræ*, Rymer.

[5] *gratam faciemus*, Rymer.

[6] *augmenta*, Rymer.

[7] The locality given in Rymer (from Rot. Claus. 15 Edward III.) differs from this.—"*Datum apud Westmonasterium*, xiv. *die Julii.*" The printed texts of Walsingham and most MSS. of Hemingburgh agree with MS. Harl. 655, in the text given above.

[8] Apparently written *Archipantis* in the original.

MS. Harl. 655. Hemingburgh II, pp. 397–400.

A.D. 1343.

" et concordiam inter Reges præfatos reformare non poterit, " treugæ nihilominus usque ad terminum infra positum perse- " verent, et firmiter ab [1][omnibus] conserventur. Ad finem quo- " que illum, quod negotia supradicta meliorem plenioremque " sortiantur effectum, concedantur treugæ [2]ad festum Sancti " Michaelis in mense Septembri proximo futurum, et a festo illo " usque ad finem trium annorum proximo sequentium, inter " prædictos Reges Angliæ et Franciæ, [3]Regem Scotiæ, Comi- " tem Hanoniæ, Duces Brabantiæ et Gelræ, Marchionem de " Gillers, Dominum Johannem de Hanonia, et gentem Flandriæ, " omnesque eis adhærentes in omnibus terris eorundem a " tempore datæ treugarum præsentium, per totum tempus " supradictum. Insuper, Rex Scotiæ, Comes Hanoniæ, et " dictis Regibus cæteri nobiles alligati, mittant nuncios suos " ad Curiam præfatam, cum potestate consentiendi et affir- " mandi, secundum tractatum coram Domino Papa habendum, " in quantum eos attinet, citra festum Sancti Johannis præno- " tatum: si vero dictorum nobilium aliqui nuncios, ut præmit- " titur, ad Curiam Romanam mittere non curaverint, negotia " supradicta nequaquam ob hoc maneant prolongata. Conser- " ventur quoque prædictæ treugæ in Britannia inter supra- " dictos et eis adhærentes, quanquam in Ducatu illo jus se " dixerint possidere. Durante vero treuga, civitas de Vanes " in manibus Cardinalium, nomine Domini Papæ, detineatur; " elapsisque treugis, de urbe illa suam faciant voluntatem. " Cardinales insuper partes suas diligenter apponant, pro " absolutione Flandrensium, et sententiis quas incurrerunt " amovendis, et, quod via bona et rationabilis inveniatur, " curiose studeant laborare. Comes Flandriæ, sicut dominus " sine medio, et medius velut superior, durante treuga, rema- " neat in Flandria; ita tamen, quod hoc fiat de assensu populi " Flandriæ. Si vero aliqui in Wasconia, vel alibi, durante " treuga, vicinis suis vel inimicis partis alterius guerram susci- " tent, dicti Reges per se, [4]vel per alios, directe vel indirecte, se " nullatenus intromittant, nec ob hoc treugæ violatæ sint [5]vel " infectæ. Dicti vero Reges partes suas diligenter sine fraude " apponant, nec unius partis [6]subditi, durante treuga, parti al- " teri in Wasconia et Britannia guerram moveant quoquomodo;

[1] Supplied from the printed texts of Walsingham, and from Hemingburgh.

[2] *ut ad* in the printed texts; *usque ad* in Hemingburgh and Harl. 655.

[3] *Regemque* in the printed texts, and in Hemingburgh and Harl. 655.

[4] *nec* in the printed texts.

[5] Omitted in the printed texts; *nec* in Hemingburgh and Harl. 655.

[6] *subdite* in orig.; by inadvertence.

A.D. 1343. " nec aliquis uni parti obediens, pendente treuga, parti alteri " fœdus sive amicitiam inire permittatur; nec detur vel pro- " mittatur quicquam, durante treuga, directe vel indirecte pro " guerra suscitanda, et tam per terram quam per mare treugæ " firmiter ab omnibus sint conservatæ. In Wasconia vero et " in Flandria infra [1] tres dies, in Anglia et in Scotia infra " [2] quadraginta quatuor dies, treugæ fiant proclamatæ. Omnes " captivi partis utriusque, a Dominica ante festum Sancti " Vincentii proximo præterita, usque ad diem præsentem, de " carceribus ejiciantur, bona rapta reddantur, et liberi, prout " ratio exigit, dimittantur. Nulla nocumenta vel invasiones, " durante treuga, inter partes in præjudicium treugæ fiant, " vel [3] despectum. Dicti quoque Reges, et eis adhærentes, " durante treuga, in tali remaneant possessione et seysina, qua " hodie persistunt, in omnibus bonis, terris, et possessionibus, " quas detinent vel adquisierint quoquomodo. Et secure de " una terra in alteram redibunt; et omnes mercatores cum " mercibus, et cæteri singuli fideles, tam per terram quam " per mare et aquas, [4] consuetis tamen in regno persolutis, " ita libere veniant, et secure, sicut tempore prædecessorum " dictorum Regum ire solebant et redire, exceptis bannitis " dictorum regnorum pro aliis causis et pro guerris Regum " supradictorum. Sed Barones Vasconiæ, et cæteri de Ducatu " eodem banniti, in dicta [5] treuga continentur, et ire [6] [et] " redire poterunt, durante treuga sæpedicta; banniti vero et " fugitivi patriæ Flandrensis, qui fuerunt ex parte Regis " Franciæ, durante treuga, Flandriam intrare non [7] poterunt. " [8] Dictæ vero treugæ continebunt et comprehendent Hispanos, " Cathalanos, Januenses, Provinciales, Episcopum Cameracen- " sem, [9] Capellanum Cameracum, Castra Pagi Cameracensis, " Dominum de Brete, Vicecomitem de [10] Fronsas, Dominum de " Tynbone, Dominum Johannem de Vernun, Dominum de Roya. " Dominus vero Odo Dux Burgundiæ, Dominus Petrus Dux de

MS. Harl. 655. Hemingburgh II. pp. 397–400.

[1] *quindecim dies* in the printed texts, Hemingburgh, and Harl. 655.

[2] *quadraginta dies* in the printed texts, Hemingburgh, and Harl. 655.

[3] *despectant* in orig.; by inadvertence.

[4] *consuetas* in the printed texts; *consuetis* in Hemingburgh and Harl. 655.

[5] *guerra* in orig., and in the printed texts; by inadvertence.

[6] Supplied from the printed texts, Hemingburgh, and Harl. 655.

[7] *poterant* in the printed texts; *poterunt, nec venire* in Hemingburgh and Harl. 655.

[8] *dictæ quoque*, Hemingburgh and Harl. 655.

[9] *et Capitulum Cameratum* in the printed texts; *et Capitulum Cameracum* in Hemingburgh and Harl. 655.

[10] *Fronsak* in Hemingburgh.

MS. Harl. 655. Hemingburgh II. pp. 397–400.

"Burboun, in animam Domini Philippi, Regis Franciæ, et "Dominus Henricus Lancastriæ, Dominus Willelmus de Boun, "Dominus Willelmus de Monte Acuto, Comites, in animam "Domini Edwardi, Regis Angliæ, secundum mandatum eis "per Reges sæpefatos factum, tactis Sacrosanctis Evangeliis, "juramentum præstiterunt [1] corporale. Data in Prioratu "Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Maletrete, Ordinis Sancti Bene- "dicti, Diœcesis [2] Vanete[nsis], nono-decimo die [3] Januario, anno "Domini millesimo trecentesimo quadragesimo secundo." A.D. 1343.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo quadragesimo primo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, quintus-decimus, tenuit Rex Natale apud Wyndeshores. A.D. 1341.

Eodem anno, Rex Edwardus cum suo navigio Britanniam navigavit, ubi per cibos et potus incongruos plures amisit de suis. Quo tempore missi sunt ad eum duo Cardinales, qui ex parte Papæ treugas triennales indixerunt inter Reges; sub quo spatio, de jure quod Rex Angliæ vendicavit in regnum Franciæ, discuti posset ad plenum. In redeundo quoque de Britannia, maxima incommoda per marinam tempestatem perpessus est, quæ utique [4] dicebatur per nigromanticos Regis Franciæ procurari.

King Edward crosses over to Bretagne, where he suffers great loss.

Hoc anno, quinto die Junii, apud manerium regium de Langelee, juxta Sanctum Albanum, Domina Philippa Regina peperit filium, qui baptizatus est a Domino Michaele Abbate de Sancto Albano, et nominatus est: "Edmundus."

Birth of Edmund of Langley.

Transit annus iste frugifer et fructifer, rerum venalium copiosus; regionibus Franciæ atque Scotiæ otiosus; Angliæ laboriosus, sumptuosus, et studiosus.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, sextus-decimus, tenuit Rex Natale apud Kenyngtone solemniter, cum multitudine tam incolarum quam alienigenarum magna nimis. A.D. 1342.

Hoc anno, Lodowicus de Bavaria, qui se Imperatorem appellavit, fœdifragus et falsus, Vicariatum citra Coloniam, a Rege Angliæ, ut ferebatur, minus consulte susceptum, per suas litteras revocavit, et, spretis fœderibus Regi Angliæ sacramento firmatis, amicitias contraxit cum Rege Francorum. A.D. 1341.

Louis of Bavaria revokes the Vicarship conferred upon Edward.

Sub eodem anno, Rex Angliæ transfretavit in Britanniam Armoricam iterato, recepto prius homagio de Domino Johanne de Monte Forti pro Ducatu Britanniæ, qui fuit verus A.D. 1342.

Edward again crosses

[1] *concordale* in the printed texts; *corporale* in Hemingburgh and Harl. 655.

[2] *Navet* in the printed texts; erroneously.

[3] *Januarii* in the printed texts.

[4] *dicebantur* in the printed texts.

A.D. 1342. hæres Ducatus ejusdem; volens juvare ipsum contra Dominum Karolum de Bloys, qui desponsavit filiam alterius fratris germani; ubi Rex Edwardus plures villas, munitiones, et castra rebellantia fortiter conquisivit, et post obsedit ibidem villam de Vanes. Et quamvis Philippus de Valeys, Rex Franciæ, sibi [1] cum glomerosa multitudine occurrisset, et treugas fecisset, nihilominus remansit villa prædicta Regi Angliæ subjugata.

over to Bretagne, to aid John de Montfort against Charles de Blois.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1343. Anno gratiæ millesimo trecentesimo quadragesimo tertio, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, septimusdecimus, tenuit Rex Natale apud Wodestok, cum Regina Philippa et filiis eorundem, ac primogenito suo, Principe Walliæ, et Comitibus ac Baronibus multis valde.

A.D. 1342. Eodem anno, Clemens Sextus, quondam Rothomagensis Archiepiscopus, successit Benedicto Duodecimo. Iste Clemens vir insignis litteraturæ fuit, sed prodigalitatis profusissimæ; adeo ut dignitates ecclesiasticas, vacantes in Anglia, suis conferret Cardinalibus, novosque pro eis in Anglia titulos moliretur imponere; qua de causa Rex Angliæ offensus, provisiones per Dominum Papam factas [2] cassavit. Et ne quis deinceps tales provisiones afferret, sub pœna carceris atque capitis interdixit.

Accession of Pope Clement VI. King Edward annuls the provisions made by him in England.

A.D. 1343. Hoc anno per totum regnum Angliæ decimæ tam [3] temporalium quam spiritualium Regi solutæ sunt.

Tenths paid to the King.

Eodem anno, Dominus Henricus de Lancastria, Comes de Derby, cum Comitibus de Glovernia, de Warwico, Northamptonia, et Oxonia, Barone de Stafforde, Roberto de Ufford juniore, et aliis multis valentibus, et exercitu numeroso, profectus est versus Scotiam, ad dissolvendum obsidionem quam Scoti plantaverant circa castellum de Lowhmaban; quod quidem castrum commissum fuerat custodiæ Comitis de Northamptonia, Willelmo de Boun, qui quendam militem, dictum "Walterum de Selby," custodem in eodem castro constituerat loco suo: sed [4] probitate dicti Walteri et Episcopi Karleolensis, necnon Domini de Lucy, fuerat obsidione liberatum, antequam supradicti heroes advenissent; sic quod redierunt, negotio nullo facto.

The siege of Lochmaban Castle is raised.

Circa præsens tempus, [5] Henricus Burghwashe, Lincolniensis Episcopus, in Flandria, apud Gandavum, diem clausit extremum; cui successit Thomas le Bek, clericus nobilis et

Death of Henry de Burghwashe,

---

[1] *conglomerosa* in the printed texts.

[2] *cessavit* in orig., and in the printed texts.

[3] In the original, the word *templuriorum* has been altered by a later hand to *temporalium*.

[4] *probitati* in orig.

[5] In reality, this prelate died in December 1340.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1343.

Bishop of Lincoln.

excellens. Iste Henricus, quondam Lincolniensis Episcopus, cupidus et avarus, apud prædium suum de Tynghurst parcum fecerat, et suorum terras contiguas, ipsis [1] invitis, eidem parco adjecerat, et sepibus ac fossatis incluserat: non sine diris illorum increpationibus [2] advenerat terras suas. Post mortem vero suam, apparuit cuidam ex armigeris suis quondam, cum pharetra et arcu, sagittis et cornu, indutus brevi tunica, et ipsa viridi, et ait ei,—"Nosti quod non sine Dei "offensa et injuria pauperum clauserim istum parcum; datus "sum igitur non sine pœna ad custodiam hujus parci, prout "vides, quousque terræ isthic inclusæ pristinis possessoribus "restituantur. Vade ergo ad fratres meos, Lincolnienses "Canonicos, et roga eos ex parte mea, ut hæc omnia pau-"peribus possessoribus redonentur, a quibus cum injuria ea "tuli." Canonici vero hæc audientes, et injuriam prælibatam non ignorantes, miserunt unum de Canonicis, "Willelmum "Bacheler" appellatum, ad restituendum sua singulis, et sepes extirpandas fossataque complananda; qui rediens per Abbatem de Sancto Albano, Michaelem, sibi narravit hæc omnia seriatim.

His punishment after death for cupidity.

Restitution made to those who had suffered therefrom.

Eodem anno, Papa Clemens iterum fecit in Anglia provisiones duobus Cardinalibus de beneficiis proximo vacantibus, præter Episcopatus et Abbathias, ad extentam duorum millium marcarum. Quod Rex et tota regni nobilitas pati noluit; sed procuratores dictorum Cardinalium, sub pœna carceris, Angliam exire coegit. Et cito post, Rex direxit Papæ illam famosam Epistolam pro libertate Ecclesiæ Anglicanæ contuenda, quam præsentibus duximus inserendam:—

King Edward again annuls the provisions made by the Pope in England.

Epistola missa Papæ Clementi pro libertate Ecclesiæ Anglicanæ, plena fructu; cui pro tunc Papa aut Cardinales respondere rationabiliter nesciebant.

MS. Harl. 655. Hemingburgh, II. pp. 403–407. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

King Edward's Letter to the Pope, against Provisors.

"Sanctissimo in Christo, patri ac domino, Domino Cle-"menti, divina providentia Sacrosanctæ Romanæ ac uni-"versalis Ecclesiæ summo Pontifici, Edwardus, ejusdem gratia "[3] [Rex Angliæ et Franciæ, et Dominus Hiberniæ, devota "pedum oscula beatorum.] Pensata Sedis Apostolicæ cle-

---

[1] *junctis* in the printed texts; but erroneously.

[2] *ademerat* in the printed texts, and in Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] Supplied from Hemingburgh and Harl. 655.

A.D. 1343. "mentia, [1][quæ de fomento devotionis Christi fidelium et "animarum salute solet esse summe sollicita, non quærens "quæ sunt sua, sed quæ sunt potius Jesu Christi, tenet proba- "biliter nostra fiducia, quod vestra maturitas in specula "celsitudinis Apostolicæ, præclaritate meritorum et scientiæ "divinitus jam erecta, ea quæ decus Ecclesiæ et devotionem "plebis attenuant, ac animarum et rerum pericula commi- "nantur, curabit misericorditer reformare. In publicam autem "non ambigimus notitiam pervenisse, qualiter ab exordio "nascentis Ecclesiæ in regno nostro Angliæ, progenitorum "nostrorum Regum Angliæ, et procerum ac fidelium dicti "regni, digne recolenda, prioritas propter divini cultus aug- "mentum construxit ecclesias, et ipsas [2]amplis dotavit pos- "sessionibus, [3]privilegiis communivit, et ponens in eis "ministros idoneos, qui fidem Catholicam in subjectis sibi "linguis et populis feliciter propagarunt, per quorum curam "et sollicitudinem vinea Domini Sabaoth in cultu et fructu "ibidem mirifice fœcundavit: sed, quod dolendum est, ipsius "vineæ propagines degenerantur in labruscas, et exterminant "[4]illam apri de sylva, singularesque feræ depascunt eam, dum "[5]impositiones et provisiones Sedis Apostolicæ, quæ solito "gravius invalescunt, ipsius peculium, contra piam volun- "tatem et ordinationem donatorum, manus occupant indig- "norum, et præsertim exterorum, et ejus dignitates et bene- "ficia pinguia personis conferuntur [6]indignis ac alienigenis, "plerumque nobis suspectis, qui non resident in dictis bene- "ficiis, et vultus commissorum eis pecorum non agnoscunt, "linguam non intelligunt, sed animarum cura neglecta, velut "mercenarii solummodo temporalia lucra quærunt, et sic dimi- "nuitur Christi cultus, animarum cura negligitur, subtra- "hitur hospitalitas, ecclesiarum jura depereunt, ruunt ædificia "clericorum, attenuatur devotio populi, clerici dicti regni, "viri magnæ litteraturæ et conversationis honestæ, qui curam "et regimen possent salubriter peragere, et forent pro nostris

MS. Harl. 655. Hemingb. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[1] Reference is here made in the Arundel MS. to the end of the volume, — "*quære reliquum in* "*fine libri*"; where, however, this Letter is not to be found. It is supplied from the text of Hemingburgh, MS. Harl. 655, the printed texts of Walsingham, and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] *amplius* in Hemingburgh and Harl. 655; *amplis* in the printed texts of Walsingham, and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] *et privilegiis*, Harl. 655 and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[4] *eam* in the printed texts.

[5] *per impositiones* in the printed texts of Walsingham and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[6] *indignis ac* omitted in the printed texts of Walsingham, Harl. 655, and Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Harl. 655. Hemingb. MS. Bibl. Reg. 13, E. ix.

"et publicis consiliis opportuni, studium deserunt, propter A.D. 1343.
"promotionis congruæ [1]spem ablatam, quæ divinæ scimus "non esse placita voluntati. Quinimmo grave nostrum et "fidelium nostrorum versatur [2]in præjudicium et inæstimabile "periculum, nisi super hoc citius et consultius caveamus. "Nam jus patronatus, quod nos et fideles nostri in talibus "obtinemus beneficiis, enervatur; Curia nostra, in qua duntaxat "causæ super jure patronatus dictorum beneficiorum tractari "debent, deluditur; et sic jura coronæ nostræ tam probrose "quam damnose depereunt, et regni thesaurus ad extraneos, "ne dicam nostros malevolos, asportatur, subtili forsan con-"jectura, et regni depresso sacerdotio, et ejus exhausto thesauro, "redditur regnum [3]debile in adversis, quæ singula et alia quæ "ex præmissis sequuntur incommoda, fuerunt nuper coram "nobis in Parliamento nostro generali [4]per communitatem "dicti regni palam exposita, unanimi et ferventi petitione "subjuncta, ut prædictis dispendiis quæ [5]prædictæ com-"munitati videntur intolerabilia celeriter occurramus. Nos "autem Anglicanæ depressionem Ecclesiæ, et exhæredationem "[6]coronæ regiæ, ac mala prædicta quæ dissimulata diutius "adjicerent verisimiliter graviora, patulo cernentes intuitu, "ad vos successorem Apostolorum Principis, qui ad pascendum, "non ad tondendum, oves Dominicas, ac ad confirmandos, non "ad deprimendos, fratres suos, mandatum a Christo suscepit, "ista deferimus, votivis affectibus supplicantes, quatenus præ-"missis debite ponderatis, ac considerato, quod de jure "creandi sunt de vico populi magistratus, et, juxta dictum "Prophetæ, dandi sunt de [7]sedentis loco populi [8]munitores, "quod per beatos Apostolos legitur esse factum, dum gentibus "viros linguarum suarum habentes notitiam transmiserunt; "pensata etiam devotionis plenitudine, qua domus nostra "regia, et clerus et populus dicti regni perstiterunt hactenus "in obedientiam dictæ Sedis, propter quod non haberet pater-"nus affectus eis onera et gravamina cumulare, [9]velitis, ut "pater filiis thesaurizans, [10]alleviare dictarum impositionum

---

[1] *speciem*, Harl. 655.

[2] Omitted in the printed texts, Harl. 655, and Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] *debilius* in the printed texts and Bibl. Reg. 13 E. ix.

[4] *pro communitate* in the printed texts and Bibl. Reg. 13 E. ix.

[5] *dictæ* in the printed texts and Bibl. Reg. 13 E. ix.

[6] *coronæ nostræ* in the printed texts and Bibl. Reg. 13 E. ix.

[7] *eodem loco* in the printed texts and Bibl. Reg. 13 E. ix.

[8] *vinitores* in the printed texts, and apparently in Bibl. Reg. 13 E. ix.

[9] Omitted in the printed texts and Bibl. Reg. 13 E. ix.

[10] *allevians* in the printed texts and Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1343. "et provisionum, ac onerum, jam per Sedem Apostolicam "invalescentium, gravitatem, permittentes ulterius ut patroni "patronatus sui solatium non amittant, ecclesiæque cathedrales "et aliæ dicti regni liberas electiones et earum effectum "habeant; quas quidem ecclesias dicti progenitores nostri "dudum [1] in singulis vacationibus earundem personis idoneis "jure suo regio libere conferebant, et postmodum ad rogatum "et [2] instantiam dictæ Sedis, sub certis modis et conditionibus "concesserunt, quod electiones fierent in dictis ecclesiis per "Capitula earundem; quæ [3] concessio fuit per Sedem Apo-"stolicam ex certa scientia confirmata. Sed contra formam "concessionis et confirmationis prædictarum, dicta Sedes per "reservationes et provisiones suas dictis Capitulis electiones "adimit supradictas, et nobis jus et prærogativam, quæ juxta "formam dictæ concessionis nobis competunt in hac parte, "propter quod, juxta legem dicti regni nostri, ex quo lex in "concessione posita non [4] servatur, concessio resolvitur, et "res statum revertitur in primævum. Super præmissis itaque "dignetur, quæsumus, vestra benignitas, ad honorem Dei et "salutem animarum, necnon ad [5] tollenda scandala, præjudicia "prælibata, festinum et salubre temperamentum apponere, "ut nos et nostri [6] personam vestram sanctissimam et Sanctam "Romanam Ecclesiam revereri cupimus, ut debemus, ces-"santibus dictis malis intolerabilibus, in paternæ vestræ "dilectionis dulcedine quiescamus, [7] revirescatque vestra de-"votio per ostensam nobis piæ moderationis vestræ clementiam "recreata. Conservet vos Altissimus ad regimen Ecclesiæ "suæ sanctæ per tempora prospera et longæva. Datum apud "Westmonasterium vicesimo sexto die Septembris, anno regni "nostri Franciæ quarto, regni vero nostri Angliæ, decimo "septimo."]

MS. Harl. 655. Hemingb. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

---

[1] Omitted in the printed texts and Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] *ad instantiam* in the printed texts and Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] From this word, down to *et provisiones*, is supplied from the printed texts of Walsingham and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. (fol. 226 b.)

[4] *observatur* in the printed texts and Bibl. Reg. 13 E. ix.

[5] *tollendum scandala et præjudicia* in the printed texts and Bibl. Reg. 13 E. ix.

[6] *qui personam* in the printed texts and Bibl. Reg. 13 E. ix.

[7] *revirescat nostraque,* Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Epistola Regi Edwardo pro Cardinalibus quibus provisiones prius fecerat, expulsis de suis provisionibus, [1] Domini Papæ directa.

A.D. 1343. Letter of Pope Clement VI. to King Edward, in behalf of two Cardinals who had been deprived of the provision made for them.

"Clemens Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in "Christo filio, Domino Edwardo, [Regi Angliæ illustri, salu- "tem et Apostolicam benedictionem.] Dudum post creationem "[2][novorum Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, pro- "vida et matura deliberatione prævia per nos facta, honoribus "Dei et Ecclesiæ suæ sanctæ, ac utilitati reipublicæ, convenire, "quod Cardinales ipsi qui super expediendis negotiis ad alveum "Apostolicæ Sedis undique confluentibus nobiscum labores et "onera partiuntur, et haberet congrue unde suis valeret neces- "sitatibus, secundum status sui decentiam providere. Demum "excogitatis viis et modis licitis, quibus absque minori ecclesi- "arum et personarum ecclesiasticarum gravamine hujusmodi "provisio sequi posset de beneficiis ecclesiasticis tunc in "diversis regnis in partibus Christianitatis vacantibus, et in "antea vacaturis, usque ad certam summam, pro singulis "eorundem novorum Cardinalium, et sub certis formis et limi- "tationibus præfatis Cardinalibus distinctis eis, prout expedire "vidimus, provinciis, gratias fecimus speciales. Cum autem "duobus ex eis Ducatu Aquitaniæ oriundis, videlicet dilectis "filiis nostris Adamaro, titulo Sanctæ Anastasiæ, et Geraldo, "titulo Sanctæ Sabinæ, Presbyteris Cardinalibus, de hujus- "modi beneficiis in regno et terris tuis, fili carissime, consis- "tentibus in forma pro ipsis et aliis prædictis Cardinalibus "cum magna deliberatione consilii ordinata, gratias hujusmodi "providerimus faciendas, ipsique pro eis consequendis gratiis "certos procuratores et nuncios suos ecclesiasticos, viros "scilicet prudentes et litteratos, ad partes regni tui Angliæ "destinarent, ipsi procuratores et nuncii postquam ad regnum "pervenientes prædictum, inceperunt ibidem dominorum suo- "rum prædictorum negotia prosequi supradicta, per gentes et "officiales regios non solum impediti super eis, quinimmo "captivati, et tandem de regno prædicto expulsi cum ignomi- "nia, sicut infestis nimis relatibus percepimus, extiterunt. "Profecto, fili dilectissime, si præmissa, quæ de procuratori- "bus prædictis præmittimus, veritate nituntur attenta, devo-

[1] The words *Domini Papæ* are omitted in the printed texts.

[2] The remaining portion of this Letter is omitted in the Arundel MS. and is here supplied from MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1343. "tione sincera, quam ad Dominum et socrosanctam Romanam "Ecclesiam, matrem tuam, gerere dinosceris, sicut claræ memoriæ progenitores tui, Reges Angliæ, gesserunt, dum in "humanis agerent, ea de tua processisse conscientia faciliter "credere non valemus. Certum est autem, quod non solum "in regno et terris tuis prædictis, immo quasi in omnibus "regnis et partibus, tam propinquis quam remotis, ubi "Catholicæ fidei viget cultus, aliis novis Cardinalibus con"similem gratiam fecimus, in quibus rebellionem aliquam "præter prædictam, quam, si vera sit, cum dolore cordis "referimus factam, nullatenus audivimus usquequaque; satis "namque honoribus et commodis regiis credebamus et "credimus expedire, quod Cardinales, et illi maxime, qui "naturaliter afficiuntur ad honores et commoda tua regia, in "regno et terris tuis beneficia obtineant ecclesiastica, quia "ex hoc proculdubio libentius et frequentius ad promovendos "profectus regios inducuntur, et utinam illi qui nutriti de "micis ejusdem Romanæ Ecclesiæ, et ad honores et status "exaltati per eam, impedimenta et alia prædicta procurasse, "non absque magnæ ingratitudinis vitio, et aliis suis peri"culis verisimiliter existimantur, ex quibus, præter hoc ex"communicationis et aliis pœnis et sententiis promulgatis "adversus tales a canonibus, se periculose nimium subje"cerunt, quæ salutis, famæ, et honoris regii felicia respiciunt "incrementa, fidelibus intenderunt studiis, et contrarium "acceptando nequaquam lucra propria sub manu regia vena"rentur. Demum, regiam rogamus excellentiam, et in Domino "attentius exhortamur, quatenus hiis quæ præmisimus, et "aliis quæ in hac parte circumspectioni regiæ possunt "occurrere, diligenti præmeditatione intra pectoris regii "claustra discussis, ea quæ contra dictos procuratores et "quosdam alios præfati Adamari Cardinalis, qui postmodum "in eodem regno capti et detineri dicuntur, facta fuerunt, "reparari et revocari decenter et benigne faciat, ipsosque "procuratores regio favore suffultos, circa prosequenda in "eodem regno supradicta negotia plena securitate gaudere, "pro divina et nostra dictæque Sedis reverentia faciat regia "celsitudo, aures non accommodando regias illis, aliquam in "Dei offensam, Ecclesiæ prædictæ contumeliam, ac honoris, "salutis, et famæ tui culminis læsionem, possent quomodo"libet redundare, ut Dominum tibi semper propitium, et "Sedem prædictam super tuis opportunitatibus constituas "promptiorem; rescripturus nobis, fili dilectissimo, quæ tua "regalis circumspectio circa hæc providerit ordinanda. "Datæ apud Villam Novam Annivoniæ Diœcesis, quinto "Kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno secundo."]

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg. 13 E ix.

De Procuratoribus missis ad Curiam Romanam.

A.D. 1343. Envoys sent to the Roman Court, to treat of Edward's right to the French throne.

Per idem tempus, Rex Angliæ misit procuratores ad Romanam Curiam, Dominos Henricum de Lancastria Comitem de Derby, Hugonem de Spencer, Radulphum de Stafford, cum [1] Exoniensi Episcopo et multis aliis, dans eis plenam potestatem et mandatum speciale ad tractandum coram Summo Pontifice de jure suo in regnum Franciæ, non ut judice, sed ut privata persona et amico communi, non in forma nec in figura judicii, etc.

De quodam juvene mirabiliter sensu alienato.

Story of a young man deprived of his senses, and marvellously restored to reason.

Eodem tempore, contigit quoddam mirabile in partibus Borealibus, de quodam juvene, qui fuerat in familia Domini [2] J., Baronis de Grastok; qui cum equitaret lætus et hilaris per quemdam campum seminatum cum siligine, et cerneret siliginem in modum æquoris fluctuare, repente considerat quemdam homunculum rubeum de siligine caput erigere; qui quanto plus consideravit eundem, tanto plus videbatur sibi cum crescere in statura: qui appropinquans arripuit frenum ejus, et, vellet nollet, duxit eum in siliginem, ad locum ubi, ut sibi visum fuit, pulcherrima domina cum multis puellis sibi similibus residebat; quæ mox jussit eum equo deponi, et pelle carnibusque lacerari; et demum excoriari mandavit. Deinde prædicta domina, caput suum [3] secans per medium, cerebrum, ut putabat, abstulit, caput vacuumque reclusit. Quibus ita gestis, eum levari fecit in equum, et abire dimisit. Nec mora; expers et inops ingenii cœpit furere, et furiosos gestus continuare. Cumque pervenisset ad villam proximam, quædam puella, quæ et ipsa de domini sui familia fuerat, et eum multum dilexerat, venit ad eum et curam illius egit; et, ne damna inferret sibi ministrantibus, catenis eum coartari fecit; quæ duxit eum ad multos Sanctos transmarinos pro consequenda sanitate, sed cum nihil profecisset ibidem, regressa est in [4] Anglia cum eodem. Non tamen defuit sibi ille rubeus et rufus, qui sibi prius apparuit; sed ubique visibilis sibi affuit. Et licet tribus aut quatuor catenis ligatus fuisset, [5] eas semper solvere

---

[1] *Oxoniensi* in the printed texts; by inadvertence.

[2] Probably an error for *W*; as the Baron of Greystock at this period was named "William."

[3] *cecans* in orig.

[4] *Angliam* in the printed texts.

[5] Written *cum*, incorrectly, in orig.

A.D. 1343. consuevit.[1] Tandem, apud Sanctum Johannem de Beverlaco, post sex annos hujus miseriæ, recepit integram sanitatem. In placidum nempe soporem resolutus, visum fuit sibi pulcherrimam dominam ejus caput iterato dividere, et cerebrum, per priorem ablatum dominam, restituere loco suo. Restitutus provide pristinæ sanitati, duxit præfatam puellam quæ eum circumduxerat, et ex ea quindecim filios generavit; qua defuncta, ad sacros ordines se contulit, et presbyter est effectus, et promotus ad ecclesiam de Thorp Basset. Dum autem Missam cum devotione summa celebraret, et corpus Christi, prout moris est, populo videndum manibus elevaret, apparuit rufus ille præfatus, et ait,—"Sit amodo tibi custos, quem "tu tenes in manibus; novit nempe ipse te quam ego melius "custodire." MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Obiit Episcopus Norwicensis.

Death of the Bishop of Norwich.

Hoc anno Antonius Bek obiit, Episcopus Norwicensis; cui successit Willelmus Bateman. Hic Auditor Papalis Palatii satis famosus. Hoc tempore[1] misit Papa ad Regem Angliæ; qui inter cætera retulit Regi, quod Dux Bavariæ Papæ in omnibus se submisit, et absolutionis beneficium promeruit ab eodem: et sic Papa Imperium, quod prius injuste tenuerat, sibi juste contulit et gratiose. Rex vero, cum hæc audisset, ira commotus, ita respondit,—"Et si ipse componat cum Rege "Franciæ, ego tamen paratus sum confligere cum utroque."

News brought by his successor of the reconciliation of the Duke of Bavaria to the Pope.

De Florenis factis primo.

Coinage of florins.

Hoc anno ad Turrim Londoniarum jussit Rex florenos fieri; scilicet denarium, obolum, et quadrantem.

Victory gained over the Saracens by the King of Spain.

Sub hiis diebus, civitas de Algazira capta est per Regem Hispanniæ, qui eam per triennium per terram et per mare obsederat, cum pene innumerabili populo Christiano. Rex vero de Garnade, qui eam occupaverat cum Saracenis, devenit vassallus Regis Hispaniæ, et eidem constituit censum annuum duodecim millium florenorum. Dominus Papa, hiis auditis, in dicta civitate sedem statuit episcopalem, et Episcopum illius urbis subjecit, tanquam Suffraganeum, Metropolitanæ ecclesiæ Hispalensi.

[1] *missus est a Papa* in the printed texts, and in Bibl. Reg. 13 E. ix., continuing the previous sentence, in reference to William Bateman.

MS. Bib.. Reg. 13 E. ix.

Rotunda Tabula incipitur in utroque regno.
Rotunda Tabula in Anglia.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, qui est [1] annus Edwardi octavus-decimus, Rex Edwardus fecit convocari plures artifices ad castrum de Wyndeshores, et cœpit ædificare domum, quæ "Rotunda Tabula" vocaretur: habuit autem ejus area a centro ad circumferentiam, per semidiametrum, centum pedes; et sic diametri ducentorum pedum erat. Expensæ per hebdomadam erant primo centum libræ; sed expost, propter nova quæ Rex suscepit de Francia, resecabantur ad [2] novem libras, eo quod censuit pro aliis negotiis thesaurum plurimum comportandum.

A.D. 1344. A Round Table built at Windsor Castle, by order of King Edward.

Rotunda Tabula in Francia.

Eodem tempore, Philippus de Valeys, Rex Franciæ, hoc facto Regis Angliæ provocatus, cœpit et ipse Rotundam ædificare Tabulam in terra sua; ut sic sibi attraheret militiam Alemanniæ et Italiæ, ne ad Regis Angliæ Tabulam properarent.

A Round Table commenced by the King of France.

Per idem [3] tempus, Rex Franciæ concessit suis hominibus liberam facultatem prosternendi arbores, pro navibus faciendis, in omnibus [4] boscis suis; unde, infra breve tempus maxima copia navium fabricata est, quæ multa damna Anglicis intulerunt.

The King of France grants leave to fell trees for building ships.

Miraculum factum per Sanctum Albanum.

Eodem anno, quædam puella quinquennis, apud molendinum de Bettlespolo juxta [5] Redburriam, cadens in aquam subito submersa est, et, cum eodem tempore molendinum moliret, et rota vehementius, per aquæ abundantis decursum, volveretur, ejusdem puellæ corpus pertransivit rotam; sed quod credebatur sub rota contritum vel conquassatum, integrum permansit et illæsum, saltem ab ipsius rotæ oppressione. Cumque plurimi

A miracle wrought by the agency of Saint Alban.

[1] *annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii,* in the printed texts.

[2] 20 *libras* in the printed texts, and in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. The mistake has originated in miscopying xx. as ix.

[3] *temporis* in the printed texts.

[4] *balivis* in the printed texts.

[5] *Redburnam* in the printed texts, and in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1344. occurrissent ad spectaculum, [1] ut viderent matrem puellæ vehementer lugere et compati natæ suæ, fundentes unanimiter orationem ad Beatum [2] Protomartyrem Albanum, et mensurantes corpus puellæ, [3] eidem plicantesque denarium, quod mirum dictu est, cœpit puella reviviscere, et post modicum tempus perfecte se vitæ redditam demonstrare. MS. Bibl. Reg. 13. E. ix.

Privilegia concessa Clero per Regem.

Privileges granted to the Clergy by the King.

Clerus Anglicanus Regi concessit decimas triennales, et Rex reconcessit eisdem per chartam suam, quod nullus Archiepiscopus sive Episcopus sit arenatus coram Justiciariis suis [4] causa cujuscunque criminis, si ipse specialiter non præceperit, quousque aliud remedium ordinetur. Item, quod nullus clericus sit arenatus coram Justiciariis suis, sive ad sectam suam, sive partis, si clericus suæ clerimoniæ se submittat, dicens se, membrum Ecclesiæ Sanctæ, non debere ipsis Justiciariis respondere. Et si sibi imponatur, quod duas uxores duxerit, sive unam, viduam, quod super hoc Justiciarii non habeant commissionem, nec potestatem, ad tractandum per inquisitionem, vel alio modo, bigamiam; sed mittatur Curiæ Christianæ, etc.

De quodam casu mirabili.

Discovery of a vast treasure through the agency of a Saracen physician.

Venit eo tempore quidam medicus Sarracenus ad Comitem de Warenna, petens licentiam capiendi quendam serpentem in dominio suo in partibus Walliæ, in loco qui "Brunfeld" appellatur. Qui cum per incantationes cepisset serpentem, dixit esse in caverna, loco vicino, ubi serpens habitaverat, magnam summam thesauri. Quod audientes viri de Hereford, consilio cujusdam Lumbardi, qui vocabatur "Petrus Pikarde," fodere cœperunt illic; et reperientes verum esse quod Saracenus prædixerat, illuc in noctibus sæpius convenerunt, donec, explorati a famulis dicti Comitis, capti sunt et carceri mancipati. Comes vero non modicum lucrum sumpsit ex hoc facto.

[1] *et* in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] *Prothomartirem* in orig.

[3] *idemque plicantes* in the printed texts, the following word being omitted.

[4] From this word to *Justiciariis suis*, the text, having been accidentally omitted, has been added in a somewhat later hand.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Hemingb. II., p. 415 (?)

Creatur novus Princeps Insularum Baleariùm.

A.D. 1344. Pope Clement creates a Prince of the Fortunate, or Canary, Islands.

Hoc anno, Papa Clemens in Consistorio publico Dominum Lodovicum de Hispania creavit Principem Insularum Fortunatarum, qui tunc fuit unus de Ambassatoribus Regis Franciæ; et assumpsit Papa pro themate, "Faciam principem super "gentem magnam." Illæ autem insulæ sunt in mari Mediterraneo, valde fertiles, quarum [1] incolæ nec sunt Christiani, nec de secta Machometi. Donum utique laude dignum [2] fuisset, si possessionem pacificam contulisset.

De probitate Henrici Comitis de Derby.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cott. Cleop. A. xvi. Contin. Murimuth, (ed. Hog.) p. 175.

A.D. 1345. Successes of Henry, Earl of Derby, in Gascoigne.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, nonus-decimus, Henricus de Lancastre, Comes de Derby, in Wasconiam transfretavit, cum sexcentis hominibus de armis, totidemque sagittariis. Qui in primo insultu urbem munitissimam de [3] Brigeras cepit, et undecim nobiles, in ea existentes, et plurimos de plebeiis [4] captavit. Urbes insignes et villas ibidem, numero quinquaginta sex, Regis Angliæ ditioni subjecit. Paulo post, exercitum Francorum cum manu valida apud Allebroke, contra eum venientem, contrivit, captis nobilibus viginti tribus, cum aliis quasi innumeris viris armorum, cæteris vero aut peremptis gladio, aut turpiter actis in fugam.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Erat enim tam liberalis, tam profusus in donativis, ut dulce quisque reputaret militare sub ipso. Nam cum villam aliquam vi occupasset, parum aut nihil sibi collegit, sed exercitui universa permisit. Revera cum villam nobilem de Briggerage post magna pericula et sudores hostiliter ingressus fuisset, permisit cuilibet, domum vel mansam occupanti, tam domum quam in ea contenta.

De [5] liberalitate Comitis de Derby.

Liberality of the Earl of Derby.

Accidit ut quidam miles, nomine [6] ["Reth,"] domum infringeret, ubi monetarii illius terræ monetam in magnis et longis saccis posuerant pro tutela; cumque miles tantam conspexisset pecuniam, rem Comiti nunciavit. Erat enim in superficie

---

[1] *incoli* in orig., by inadvertence.
[2] Omitted in the printed texts.
[3] *Brigerack* in the printed texts.
[4] *capitavit* in orig.
[5] *libertate* in orig.
[6] Omitted in orig., and in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.; and supplied from the printed texts.

A.D. 1345. moneta nigra de ære, prout moris est ibidem fabricare. Requisivit igitur, quid Comes vellet fieri de eadem. Qui ait;— "Tua," inquit, "est domus, tua sunt et in ea reperta." Regressus miles, dum effunderet e saccis illam pecuniam, ut sciret ejus summam, subito conspicit inæstimabilem summam monetæ, de argento puro percussæ, et [1] obstupuit ipsa revisa. Æstimansque multo plus ibi esse de pecunia quam congruebat suæ fortunæ, reversus ad Comitem rem protinus enarravit. Cui Comes, "Non," ait, "decet me dare et donum revocare, "more puerorum; volo quod tibi permaneant quæ concessi, "etsi foret pecunia triplo major."

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Death of Adam, Bishop of Winchester.

Eodem anno obiit Episcopus Wyntoniensis Adam, qui magno tempore cæcus fuerat ante mortem. Cui successit Willelmus Edyndone, Thesaurarius Angliæ. Hic fundavit domum apud Edyndone, de Ordine, qui nescitur, de secta Fratrum de [2] Asherugh.

Death of Henry, Earl of Lancaster.

Eodem anno obiit Dominus Henricus Comes Lancastriæ, pater Henrici Comitis de Derby; et sepultus est Leycestriæ in Monasterio Canonicorum, præsentibus Rege et Regina, tam antiqua quam nova, Archiepiscopis et Episcopis, Comitibus et Baronibus, quasi totius regni. Filius ejus et hæres eo tempore in Wasconia, ut præfertur, actus bellicosos et strenuos exercebat; quamobrem interesse non potuit exequiis patris sui.

Scoti comburunt villas in Anglia.

The Scots ravage the English Borders.

Scoti sub hiis diebus, collecto exercitu quasi triginta millium, duce Willelmo Duglas, apud Westmerland hostiliter Angliam sunt ingressi; ad insinuandum erga ipsorum malitiam, Karleolum et Penreth, et multas alias villulas combusserunt. Episcopus igitur Lugubaliæ, et Thomas de Lucy, miles strenuissimus, cum parva manu ex omni parte Scotorum exercitum circuierunt in noctibus, et lituis et cornibus, et nocturnis clamoribus, sic inquietaverunt, ut nec pro victualibus exire auderent, nec membra dare sopori. Tandem, cum Scotos omnino urgeret necessitas, Alexander Stragaun, coadunatis de audacioribus suæ gentis, pabulatum exire disposuit. Cui mox obviam fit Karliolensis Episcopus, cum Roberto Oggill, et acriter irruunt super Scotos. Demum sors contulit ut Robertus Oggill cum Alexandro prædicto hastiludiare valeret. Qui cogens dextrarium vehementer, cum lancea præacuta ipsius Alexandri corpus perforavit, non sine læsione sui ipsius.

Prowess of Robert Oggill and the Bishop of Carlisle.

---

[1] *obstipuit* in orig.; by inadvertence.
[2] Apparently *Assherngger* in Bibl. Reg. 13 E. ix.: *Asherugh* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1345.

Nam et ipsum Scotus in latere, sed non letaliter, vulneravit. Episcopus a Scotis ab equo et ipse dejicitur, et pene capitur; sed suorum laudabili probitate et equo restitutus est, et a Scotorum manibus liberatus. Et quamvis Scoti visi sunt primo propter suam multitudinem prævalere, commendabili tamen Anglorum constantia victi sunt, multis occisis et pluribus captivatis. Interea, Domini de Percy et de Nevyle, ex parte una, Dominus de Lucy ex alia, et viri de Comitatu Lancastriæ [1] externæ; Scotos, jam requie et prandio destitutos, in suis tentoriis invadere condixerunt; quod Scoti per exploratores cognoscentes, ante dictorum Dominorum adventum in suam patriam meticulose fugerunt.

Defeat and flight of the Scots.

Rex intrat Franciam, et capit Cadonum; vastat Pikardiam, et transit aquam de Summe.

A.D. 1346.

Successes of King Edward in France.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, pp. 175, 6.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, vicesimus, Rex Edwardus, missis ad Curiam Romanam litteris in quibus asseruit per Regem Franciæ Philippum et ejus complices, certis rationibus assignatis, treugas esse violatas, mense Julii ingressus est mare, in festo Sancti Thomæ Archiepiscopi, omnibus ignorantibus quorsum tenderet. Tandem [2] cujusdam militis de Harecourte, nuper de Francia exlegati, in Australi parte Normanniæ apud Hogges, juxta Sequanam flumen applicuit; mox Cadonum hostiliter ingressus, cepit, spoliavit, combussit; et postea multas urbes. Verum quia Philippus Rex Franciæ pontes fluminum versus Franciam in cunctis locis quibus transitus ejus esse poterat, ante confregerat, ne facultas daretur exercitibus confligendi ad invicem, Rex Edwardus Normanniam penetravit, [3] in suo transitu Pikardiam devastavit et conflagravit, et tandem veniens Pusianum, fractum pontem ibidem jussit reparari. Interim, Comes Northamptoniæ, flumen Sequanæ transiens, quingentos ex illis qui pontium reparationem impedire conabantur, occidit. Mox Rex Edwardus, sexto-decimo die Augusti, Sequanam flumen pertransiens, patriam ubicunque perrexit, circumcirca destruxit, deprædatusque est illius incolas, et captivavit. Aquam de Summe, ubi antea nusquam fuit transitus, illæsus cum toto suo

Capture of Caen.

[1] *ex tertia* in the printed texts, and in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.; correctly.

[2] The word *ductu*, given in the Continuation of Murimuth, is omitted here. It is omitted also in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] *et in* in the printed texts.

A.D. 1346. exercitu [1]pertransivit, et de Gallicis, qui transitum impedire conati sunt, duo millia interfecit. Interim Dominus Hugo de Spencer villam de Crotoye cepit [2]viriliter, et quadringentos armatos qui ad villæ custodiam deputati sunt, interemit. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 176.

De Bello de Cressy.

Defeat of the French at the Battle of Cressy.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Rex Franciæ Philippus audiens et cognoscens animositatem [3]et constantiam Regis Edwardi, cum jamdudum comparatis et conductis exercitibus parat [4]ire obviam Regi Edwardo. Igitur, vicesimo sexto die Augusti Reges sibi obviant cum suis exercitibus [5]apud Cressy in Pontino; ubi commissum est bellum atrox valde, et multum sanguinis effusum ex parte Gallicorum. Nempe Rex Franciæ Philippus ibi devictus est, cum innumerabili exercitu conductitiorum, et fugatus. Duo etiam Reges, qui in auxilium venerant Regis Franciæ, scilicet Boemiæ et Majoricarum, ibi perempti sunt. Ferunt utique Regem Boemiæ cæcutientem fuisse, et res positas a remotis cernere non potuisse; qui quæsivit a suis qualiter Anglici collocati essent. Cui responsum est, quod dispositi erant pulchre per bella, et quod statuissent a tergo omne cariagium eorundem. "Ipsi," inquit Boemius, "vel mori volunt in campo die ista, "vel certe victores existere." Relatum est præterea Regi Boemiæ, quod multi alites, scilicet corvi, cornices, et [6]monedulæ, et aliæ cadaverum sectatrices, supra Francorum exercitum volitarent;—"Prodigium," inquit Boemius, "est hoc, et "dirum signum; significat," inquit, "exercitum fore mactan-"dum. Attamen," inquit, "applicate me ad aliquem nobilem, "cum quo congredi valeam, si potestis." Et mox ejus milites collocaverunt eum in loco ubi copiam habere potuit pugnandi cum Edwardo, Regis Angliæ primogenito. Cumque constanter et bellicose pugnaret, circumclusus et oppressus ab Anglicis, est peremptus. Occidit ibi præterea Dux Loteringiæ, cum duobus Episcopis, octo Comitibus, et [7][pluribus] aliis nobilibus, quorum nomina singillatim scribere longum foret; duoque millia militum ibidem prostrati sunt, et vulgus, cujus numerus ignoratur, in hoc bello necatur. Qui gladios, lanceas, secures,

---

[1] *pertransiens* in the printed texts.

[2] *virimiliter* in orig.; by inadvertence.

[3] *probitatem, et constantiam* in the printed texts, and in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[4] Omitted in the printed texts.

[5] *aupud* in orig.; by inadvertence.

[6] *menedulæ* in orig.; by inadvertence.

[7] Supplied from the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1346.

et sagittas Anglorum potuerunt evadere, cum Rege suo fugerunt. Philippus vero Rex Franciæ, dum suos hortabatur et animare conatus est, dum in Anglos, ut lupus inter agnos, [1] desævit, dum multos prosternit et perimit, [2] et gutture et femore vulneratur, et bina vice per Regem Angliæ equo suo dejicitur. Captusque fuisset ibidem, nisi citius sibimet fuga consuluisset. Quo fugiente, plena victoria cessit Anglis.

Obsidio Calesiæ.

The English besiege Calais.

Post præfatam victoriam, Rex Edwardus, recreato, remunerato, et refocillato suo exercitu, mox nono die sequente plantavit obsidionem circa villam Calesiæ, ab olim sibi regnoque suo [3] toti infestissimæ; quam obsidionem per annum et amplius protelavit; per quod tempus ibi multi de Anglicis tum corruptione cadaverum et intestinorum animalium, tum reliquis incommodis, et [4] maxime fluxu ventris, perierunt.

Bellum Dunesmiæ inter Anglos et Scotos.

The Scots defeated at (Nevill's Cross, near) Durham.

Per idem tempus, David le Brus, Rex Scotiæ, animatus per instigationem Regis Franciæ, cum Scotorum exercitu glomeroso ausus est intrare Angliam, æstimans non remansisse in terra nisi clericos et pastores; autumabat enim omnem regni militiam, cum cæteris viris defensoribus, exisse regnum cum rege suo. Nec utique sibi constabat de glorioso triumpho, quem Rex Angliæ de Rege Franciæ reportaverat; sed progrediens usque Dunelmum, putabat se posse montes æquare vallibus, et cuncta ad libitum sibi licere; sed cum opinio sua cito fefellit. Nam per clerum Eboracensem et paucos laicos, non sine confusione maxima, in Vigilia Sancti Lucæ Evangelistæ devictus et captus est, cum Willelmo Duglas et multis aliis nobilibus de regno suo, et carcerali custodiæ mancipatus. Qui vero dictam, volente Deo, fecere victoriam, fuerunt Dominus Willelmus la Zouche, Episcopus Eboracensis, cum clero suæ Diœcesis, Dominus Gilbertus de Umfrevyle Comes de Angos, Henricus Percy, Radulphus Nevyle, Willelmus Dayncourte, et Henricus Scroop, cum exercitu quem

---

[1] *desinit* in orig.; by inadvertence.
[2] *in gutture* in the printed texts.
[3] *toto* in orig. and in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.; as also, in the printed texts.
[4] *maxima* in orig.; by inadvertence.

A.D. 1346. collegerant Anglicorum, prout poterant in tanta temporis districtione. Et quamvis pene tota militia Scotiæ ibi capta fuerat vel perempta, pauci tamen ibi, Deo laudes, ex Anglicis ceciderunt. [[1] Valentes ex parte Scotiæ qui ceciderunt] ibidem, fuerunt Comes Moraviæ, et Moricius Comes de Stratherne. Cum Rege vero capti sunt Comes de Fyfe, de Menteht, et de Wygetoun. Et revera hic dies fuisset ultimus obstinatæ Scotorum rebellionis, [2] si, prædis et captivis tunc omnino neglectis, Anglici gentem, ab antiquo rebellem, persequendo de terra viventium delevissent. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Birth of the Princess Margaret. Eodem anno, tertio Kalendas Augusti, Regina peperit filiam nomine "Margaretam."

Probitas Thomæ de Dagworthe.

Success of Thomas de Dagworthe, in Britanny. Eodem anno, Thomas de Dagworthe miles, genere [3] Anglicus, cum octoginta armatis et centum sagittariis, tertio Nonas Junii contra Karolum de Bloys et magnates Britanniæ, et multos extraneos, circumquaque collectos, habito conflictu valido, velut alter Machabæus, per duas vices prævaluit die illa; deletis nempe plurimis in ore gladii, multos cepit; habuit enim idem Karolus in exercitu suo mille quingentos armatorum, octo millia balistariorum, et triginta millia peditum.

Acta Comitis de Derby.

Exploits of the Earl of Derby in France. Eo quoque anno, mense Augusti, tenente [4] consilium in Aquitannia Domino Henrico de Lancastre, Comite de Derby, cum suis magnatibus, Johannes primogenitus Regis Franciæ, qui villam de Aquiloun longo tempore obsederat, sed eam obtinere non poterat, misit ad Henricum pro treugis habendis; quæ sibi negabantur expresse. Johannes ergo, quanquam jurasset se non recessurum antequam villam intrasset, relictis tamen [5] sarcinulis et tentoriis, confusus abcessit. Expost mox idem Henricus dictam villam de Aquiloun, et villam de Reas, aliasque multas villas, cum castellis de Agoneys et Tonyngges, sibi stabilivit. Deinde progrediens per Seyntonge, cum mille

[1] This and the five following words, supplied from MS. Bibl. Reg. 13 E ix. are omitted in orig., and in the printed texts.

[2] Erroneously given as *et* in orig.; *si* in the printed texts, and in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] *Anglus* in the printed texts.

[4] *consilio* in orig.; *conctlio* in the printed texts.

[5] *sarcinolis* in orig., and in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

armatis hominibus, pernoctavit in villa de Salueterre, tunc sibi reddita præ timore. Post hæc, villas Sancti Johannis de Angeleyn et de Livesham potenter cepit [1] [cum castris earundem. Inde progrediens, civitatem Pictavorum potenter cepit] per insultum, captis resistentibus vel occisis, et quodam Episcopo, cum quatuor Baronibus et multis aliis fugientibus ex alia parte [2] civitatis; in qua cum cepisset spolia quanta placuit, rediit Burdegaliam cum triumpho. A.D. 1346.

De captione Calesiæ et reditu Regis in Angliam, et periculo quod perpessus est in mari.

A.D. 1347.

Flight of the King of France, and capture of Calais.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, vicesimus primus, cum Rex Angliæ strictius obsideret Calesiam, Rex Franciæ, juxta promissionem quam obsessis promiserat, collecto exercitu, Calesiam appropinquat, ad dissolvendum obsidionem, si quoquomodo valeret. In crastino vero adventus sui, clam [3] aufugit diluculo, relictis tentoriis, cum victualibus abunde refertis, metuens nimirum Anglici Regis audaciam, quam expertus fuerat parum ante, damno suo. Qui in Calesia villam tenebant contra Regem Angliæ, viso quod Rex Franciæ aufugisset, jam omnino desperantes de succursu, et eo maxime quod fame et inedia tabescebant, villam Regi Angliæ reddiderunt, salvis vita et membris. Rex autem ingressus villam, ejus dispositioni et ordinationi totaliter intendebat, quasi per spatium unius mensis manens ibidem.

The Pope proposes a truce.

Papa vero, considerans rem contigisse contrariam votis suis, et jam Regem Angliæ effectum celeberrimum inter omnes reges, interposuit partes suas, ut treuga fieret inter regna. Et post hæc cum summa laude et gloria Rex Edwardus, circa festum Sancti Michaelis, in Angliam est reversus. Sed in redeundo, sicut quondam de Britannia Minori repatrians, maximam tempestatem perpessus est in mari; ubi multos valentes et probos de suis amisit, sic et modo magnas pertulit adversitates; [4] unde Beatæ Virgini conquestus est, dicens,—" Sancta " Maria," inquit, " Domina mea, quid est, quod tendendo " versus Franciam, felici aura potior mare placatur, et cuncta

Edward returns to England.

Is overtaken by a storm, and invokes the Virgin Mary.

[1] This and the eight following words, supplied from MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. are omitted in orig., and in the printed texts.

[2] *civitatibus* in the printed texts.

[3] *affugit* in orig.

[4] This is somewhat similar to the context of MS. Cotton. Cleopatra A. xvi. (s.a. 1347).

A.D. 1347. "prospere mihi succedunt; in redeundo vero versus Angliam, "mihi eveniunt [1]sæva infortunia, et nimis adversa?" MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

De captione Karoli de Bloys.

Capture by Thomas de Dagworthe of Charles de Blois.

[2]Eodem anno, Thomas de Dagworthe supradictus, cum trecentis armatis et quadringentis sagittariis, Karolum de Bloys, in obsidione Rupis Dirianæ laborantem, duodecimo Kalendas Julii, in aurora diei superveniens, est aggressus, multitudinem ad prœlium præparatam et ejus adventum præstolantem prostravit, Karolum cepit cum multis nobilibus, triumphumque obtinuit, futuris sæculis merito commendabilem. Erant autem in exercitu Karoli militum et scutiferorum mille ducenti, et aliorum armatorum sexcenti, balistariorum duo millia, et peditum copia magna valde.

De pace et gloria regni Angliæ isto anno.

A.D. 1348. Effect in England of the successes gained in France. Spoils of the French dispersed throughout England.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo quadragesimo octavo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, vicesimus secundus, composita pace per totam Angliam, videbatur Anglicis quasi novus sol oriri, propter pacis abundantiam, rerum copiam, et victoriarum gloriam. Nam nullius nominis erat fœmina quæ non aliquid de manubiis Cadomi, Calesiæ, et aliarum urbium transmarinarum, vestes, furruras, culcitras, et utensilia, possidebat; mappæ mensales et monilia, cyphi [3]murrei et [4]argentei, linthea et lintheamina, sparsim per Angliam in singulorum domibus visebantur. Tunc superbire cœperunt matronæ Anglicanæ in apparatibus matronarum Galliæ Celticæ, et ut illæ dolebant de rerum suarum [5]amissione, sic istæ gaudebant de rerum dictarum adquisitione.

De magna pluviæ inundatione.

Great fall of rain, followed by pestilence.

Hoc anno fuit magna pluviæ inundatio, quæ durabat a festo Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ usque ad Natale Domini proximo sequens; quam secuta mox est mortalitas in Oriente

---

[1] *sceva* in orig.

[2] From this word down to *Bloys* is repeated in orig., by inadvertence.

[3] *aurei* in the printed texts.

[4] *argentea* in the printed texts.

[5] *amisissione* in orig.; by inadvertence.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Sarracenorum et incredulorum aliorum; in tantum, ut vix decimum vitæ relinqueret. Sarracenum; qui putantes hanc eis pestem immissam propter incredulitatem suam, ad fidem se [1] Christi converterunt; sed comperto quod in secta Christiana eadem pestis invaluit, iterum ad [2] vomitum revertuntur. A.D. 1348.

De magna mortalitate in Anglia, quæ a modernis vocatur "Prima Pestilentia."

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, pp. 178, 9.

A.D. 1349

A great pestilence in England, and throughout the world.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo quadragesimo nono, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, vicesimus tertius, magna mortalitas hominum grassata est per orbem; incipiens ab Australibus et Borealibus plagis, tantaque clade [3] desinens, ut vix media pars hominum remaneret. Tunc villæ, olim hominibus refertissimæ, suis destitutæ sunt colonis, et adeo crebra pestis invaluit, ut vix vivi potuerunt mortuos sepelire. In quibusdam vero religiosorum domibus, de viginti vix supererant tantum duo. Æstimabatur autem a pluribus, quod vix decima pars hominum fuisset relicta ad vitam. Hanc pestilentiam e vestigio lues animalium est secuta; tunc redditus perierunt, tunc terra, ob defectum colonorum, qui nusquam erant, remansit inculta. Tantaque miseria ex hiis malis est secuta, quod mundus ad pristinum statum redeundi nunquam postea habuit facultatem.

Followed by a murrain amongst animals.

De fraude Gallorum apud Calesiam, et eorum casu.

The French attempt to take Calais, but are repulsed by King Edward.

Eodem anno, quidem miles, nomine "Galfridus Charneys," unus de secretariis Regis Franciæ, venit clam et subdole cum multitudine pugnatorum ad capiendum Calesiam, secundo die Januarii, secundum quod erat per prius dolose conductum inter ipsum et custodem illius villæ; ut saltem, si villam obtinere non posset, ad minus castrum villæ sine dubio obtineret. Et ut ita fieret effectualiter, solvit præ manibus præfato custodi, qui fuit oriundus ex Janua, pecuniæ magnam summam. Quod cum Regi Angliæ Edwardo fuisset intimatum, nescientibus Francigenis, illuc secrete cum suis advenit armatis ad unguem. Miles vero prædictus, juxta conventionem inter ipsum et Januensem factam, misit quosdam de suis, ut

[1] *Christiani* in orig.

[2] In reference to *Prov.* xxvi. 11, 2 *Peter* ii. 22.

[3] *deferviens* in the printed texts; *desæviens* in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1349. liberum introitum obtinerent, suo nomine, in castrum prædictum. Quibus ingressis, pons ligneus, subito elevatus ante fores, inclusit ingressos, et exclusit deforis existentes. Mox Rex Edwardus, extra villam Calesiæ cum suis egressus, animose Francigenas est aggressus. Orta est ergo gravis pugna inter Francos et Anglicos, et tam acriter pugnatum est ex utraque parte, quod vix cum Rege Edwardo remanserunt triginta de suis, tam constanter, tam fervide, erant cum Gallis occupati. Rex Edwardus, [1] proinde frendens apri more, et ab ira et dolore turbatus, evaginato gladio, Sanctum Edwardum et Sanctum Georgium invocavit, dicens, "*Ha* [2] *Sant Edward*, "*Ha Sant George*"; quibus auditis et visis, [3] confestim Anglici confluebant ad regem suum, et, facto impetu contra hostes, tam animose insteterunt, quod ducenti ex illis ceciderunt interfecti, et miles supradictus captus est, cum pluribus aliis suæ gentis. Nonnulli vero fugæ præsidio sunt salvati.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, pp, 179-181.

Plena Remissio.

Full remission of sins granted to those dying by the pestilence.

Interim, [4] sæviente peste in Anglia, Dominus Papa Clemens concessit plenam remissionem, causa hujus epidemiæ, omnibus vere contritis et confessis per totum regnum morientibus.

Item obiit Simon, Abbas Westmonasteriensis; cui successit Symon [5] Banham, qui mox factus est regni Thesaurarius, deinde Episcopus Eliensis, extunc regni Cancellarius, deinde [6] Archiepiscopus Cantuariensis, demum Presbyter Cardinalis tituli Sancti Sixti, postremo Episcopus Prænestinus.

De Bello apud Wynchelsee.

A.D. 1350. The Spanish fleet defeated by the English off Winchelsea.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo quinquagesimo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, vicesimus quartus, commissum est bellum navale inter Anglicos et [7] Hispanos quarto Kalendas Septembris. Edwardus nempe, Rex Angliæ, cum paucis navibus obviavit navigio Hispanniæ, viris bellicosis refertissimo, juxta Wynchelsee; et facto atrocis-

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

---

[1] *provide* in the printed texts.

[2] *Sainct* in the printed texts; *Seint* in Cont. Murimuth.

[3] *milites confestim* in the printed texts.

[4] *sequente* in the printed texts.

[5] Properly *Langham*, as in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. and Cont. Murimuth.

[6] *Episcopus* is added in orig., by inadvertence.

[7] *Hispanas* in orig.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

simo conflictu, [1]multi cæsi, multi læsi sunt ex utraque parte. A.D. 1350.
Nam tam fervens erat bellum, tam crebra vulnera inflicta ex omni parte, quod ab illo prœlio vix aliquis evasit illæsus. Demum, Deo volente, victoria cessit Anglis. Captæ sunt ibi igitur viginti sex naves magnæ, reliquis submersis vel in fugam versis. In hoc conflictu, dum Hispani, timidi et superbi, atque fidentes in robore suo et strenuitate, dedignantur se reddere jussu Regis Edwardi, omnes miserabiliter perierunt, alii ferro cæsi, alii aquis submersi.

Hoc anno obiit Magister Thomas Bradiwardyne, Cantuariensis Archiepiscopus; cui successit Magister Symon Islepe. A.D. 1349. Death of Thomas Bradwardyne.

Translatio Sancti Thomæ Herefordensis.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, pp. 181, 2.

Eodem anno, cum magna veneratione facta est Translatio Sancti Thomæ, Herefordensis Episcopi, Rege præsente, cum nonnullis Ecclesiæ Anglicanæ prælatis regnique nobilibus, et aliis plebeiis in multitudine copiosa. A.D. 1350. Translation of Saint Thomas.

Eodem anno, factum fuit duellum in palatio Regis apud Westmonasterium inter Dominum Bastard, filium Philippi Regis Francorum, et quendam militem de Ypres; cessitque victoria Johanni præfato. Duel between the son of King Philip and a Flemish knight.

De anno Jubilæo.

Annus iste erat Jubilæus, quo multi de populo utriusque sexus, pro gratia remissionis suorum peccaminum consequenda, Romam sunt profecti. Year of Jubilee. Quo quidem anno, venerunt in Angliam pœnitentes, viri nobiles et alienigenæ, qui sua corpora nuda usque ad effusionem sanguinis, nunc flendo, nunc canendo, acerrime flagellabant; tamen, ut dicebatur, nimis hoc faciebant inconsulte, quia sine licentia Sedis Apostolicæ. Arrival of Flagellants in England.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

De fabricatione Grossorum et dimidii Grossi.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 182.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, A.D. 1351. qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, vicesimus quintus, Willelmus de Edyngdone, Wyntoniensis Episcopus, regni Thesaurarius et vir magnæ prudentiæ, et qui plus Regis dilexit commodum quam communitatis, excogitavit Groats and half groats made.

---

[1] These two words are omitted in the printed texts: they are found in Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1351. et fecit insculpi novam monetam, scilicet grossum et dimidium grossum; [1] sed hæc erant minoris ponderis quam correspondens summa sterlingorum. Quæ res fuit expost occasio, quod victualia sive mercimonia fuere per totam Angliam magis cara. Operarii vero, et artifices ac servientes, [2] proinde callidiores [3] et fraudulentiores solito sunt effecti. Contra quorum astutiam et superbiam, nequitiam et avaritiam, ordinata sunt Statuta per Parliamentum ad Westmonasterium, expost anno regni Regis Edwardi, Tertii a Conquæstu, vicesimo octavo et tricesimo quinto; sed parum aut nihil communibus profecerunt.

Rise of prices in consequence.

Statutes as to the wages of labourers.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 182.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

De Bello de Mauron, et probitate Domini Walteri de Bentele.

A.D. 1352. Anno gratiæ millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, vicesimus sextus, in Vigilia [4] Assumptionis Beatæ Mariæ, Dominus Walterus de Bentelee, miles [5] egregius et Custos Britanniæ Armoricæ, juxta Mauron, inter villas de [6] Reymes et Plumerel, cum trecentis hominibus [7] armorum, et totidem sagittariis, debellavit et vicit Marescallum Franciæ, venientem hostiliter contra eum cum exercitu excessivo. Nempe ex parte Gallicorum cæsi sunt ibidem viri nobiles, id est, domini tresdecim, milites vero centum quadraginta, scutiferi quoque centum; tot autem pedites quod eorum numerus non facile poterat deprehendi. Capti sunt ibidem insuper novem domini, milites et armigeri centum quadraginta. Gallici et Britanni per hunc eventum sunt maxime consternati, et eorum fastus et superbia inclinati.

Prowess of Walter de Bentele, and defeat of the French in Britanny.

Obiit Clemens Papa, cui successit Stephanus Episcopus Ostiensis, qui "Innocentius Sextus" est vocatus.

Death of Pope Clement VI.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Eodem anno, Haymo [8] Atte Heth, Episcopus Roffensis, sponte et notorie renunciavit Episcopatui, resignans illum in manus Papæ. Cui Papa providit de Magistro Joanne de Schepeye, monacho et Priore dictæ Sedis. Sub quo tempore incepit magna caristia rerum venalium, id est, ferri, plumbi, æris, et omnium aliorum.

The Bishop of Rochester resigns his Bishopric.

Cont. Murimuth, pp. 182, 183.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

---

[1] This passage is not in the Continuation of Murimuth.

[2] *provide* in the printed texts.

[3] These two words are omitted in the printed texts.

[4] *Ascensionis* in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix., Cleop. A. xvi., and Continuation of Murimuth.

[5] *aggregius* in orig.

[6] *Reynes* in the printed texts.

[7] *armatis* in the printed texts.

[8] More generally known as "*De* "*Hythe*."

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Eodem anno, Willelmus, Dux Selandiæ, duxit in uxorem filiam Henrici, Comitis Lancastriæ.

Statuta fiunt in Parliamento Londoniis, sed frustra.

A.D. 1353.

Parliament at Westminster. Statutes as to wages of labourers and journeymen; as to length and breadth of cloths; and as to the removal of impediments in rivers.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, vicesimus septimus, tenuit Rex Parliamentum apud Westmonasterium post festum Paschæ; in quo statutum est, inter cætera, quod servientes et operarii, et [1] cæteri frequentatores servilis operis, de cætero pro dietis suis sive annuis famulatibus plus mercedis vel stipendii non accipiant quam solebant accipere ante annum pestilentiæ, quovismodo. Præterea, statutum est ibidem, ut panni venales per totam Angliam sint in longitudine et latitudine sicut olim statutum est apud Northamptoniam; et quod omnia molendina et alia quæque impedimenta navium, lemborum, et omnium aliarum [2] vecturarum, per rivos aquarum omnium in Anglia, tollantur et deleantur. Quæ omnia expost, mediante pecunia et singulari dominorum amicitia, stare permittebantur ad communium detrimentum.

The latter ineffectually.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 183. MS. Cleop. A. xvi.

Drought in England, and consequent famine.

Eodem anno, tanta fuit siccitas a mense Martii usque ad mensem Julii, [3] ut vix per totum tempus hoc plueret super terram; unde contigit, ut sementa, herbæ, et omnia alia olim fructifera, perierunt. Ob quam causam, Anglia semper fertilis ab aliis regionibus petere alimoniam coacta est. Cujus miseriæ condolens Willelmus Dux Selandiæ, naves plures onustas siligine Londonias destinavit; quæ non parum profecit incolis regionis.

Relief given by the Duke of Zealand.

Primus Dux Lancastriæ.

Creation of the Dukedom of Lancaster and Earldom of Stafford.

[4] Hoc anno, Henricus, Comes Derbyæ et Lancastriæ, apud Westmonasterium Dux Lancastriæ est creatus; et Radulphus de Stafforde Comes Staffordiæ factus est.

De prolocutione concordiæ inter Reges Franciæ et Angliæ; quæ frustra fuit, dolo Francorum.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, vice-

---

[1] *cetis* in orig.; by inadvertence.

[2] *vectuarum* in orig., and in the printed texts.

[3] *quod* in the printed texts.

[4] This is an error. These creations took place in 1351.

A.D. 1354. simus octavus, facta est concordia, et juramento firmata, inter Reges Angliæ et Franciæ; excepto quod sigilla eorum ad scripta indentata nondum fuerant apposita. In quibus continebatur, quod Rex Angliæ haberet omnes terras suas Ducatus Aquitanniæ, quas sibi Rex Franciæ injuste usurpaverat, [1] si Rex Angliæ totum jus et clameum quibus regnum Franciæ vendicabat, Regi Francorum remitteret, ac in perpetuum renunciaret. Super quo negotio, ex parte Regis Angliæ missi sunt solemnes nuncii ad Romanam Curiam, videlicet, Dominus Henricus Lancastriæ, Ricardus Comes Arundeliæ, Willelmus Norwicensis Episcopus, et Guydo de Brian, ut Dominus Papa dictam concordiam confirmaret. Sed dolo et fraude Gallorum, quibus jugiter adhærebant, una cum conniventia Domini Papæ, a concordia est discessum. Rex vero Edwardus, ex hoc non modicum [2] est exasperatus; [3] copiose exercitu congregato, regnum Franciæ confestim intravit, ac illud vastare cœpit.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, pp. 183–5.

A treaty for peace with France partly entered into, but broken off.

King Edward again enters France.

Hoc anno, feria tertia in hebdomada Pentecostes, combusti sunt apud Avinionem duo Fratres Minores, pro quibusdam erroneis opinionibus, prout Domino [4] Papæ et suis Cardinalibus videbatur.

Two Minorites burnt at Avignon.

Illo quippe anno, grandis seditio inter laicos et scholares Oxonienses est exorta. Laici nempe, collecta multitudine virorum de patria convicina, in scholares atrocissime irruerunt, et quosdam vulneraverunt, [5] et quosdam crudeliter peremerunt. Tandem, more prædonum bona scholarium diripientes, eos de villa fugere compulerunt. Propter quod, Oxonia diu postea erat supposita ecclesiastico interdicto; sed demum, mediantibus regni magnatibus, et eorum amicis, pax inter eos tali pacto firmata est; ut cives Oxonienses, qui causas discordiæ ministraverant, firmiter et perpetualiter obligarent se nunquam de cætero scholaribus Oxoniensibus fore nocivos, vel eis læsionem aut injuriam illaturos; regimenque totius villæ Cancellarius Universitatis, qui pro tempore [6] fuerit, et nullus alius, saltem laicus, inposterum [7] obtineret.

Disturbances at Oxford, between the scholars and townsmen.

The town long placed under ecclesiastical interdict.

De Venditione Lanarum.

Eodem anno, per Consilium Regis Angliæ Stapula lanarum de Flandria revocatur, cum omnibus ad eam pertinentibus, et stabilitur in Anglia, sed tamen divisim per loca; videlicet, Westmonasterii, Cantuariæ, Cicestriæ, Bristolliæ, Lincolniæ,

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi.

The Staple of wool removed from Flanders to certain places in England.

[1] *õi* in orig.

[2] Omitted in the printed texts.

[3] *copioso* in the printed texts.

[4] *Papa* in orig.; by inadvertence.

[5] Omitted in the printed texts.

[6] *fuit* in orig.; corrected from the printed texts.

[7] *optulet* in orig.; by inadvertence.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi.

et [1]Holl, in omnibus libertatibus, consuetudinibus, et juribus, eidem concessis in perpetuum. A.D. 1354.

Transfretatio Ducis Lancastriæ.

Per idem tempus transfretavit Henricus Dux Lancastriæ, cum magnificentia et honore, ad ineundum singulare certamen Parisius cum Duce de Brouneswyk, qui res suas deprædatus est cum rediret de Romana Curia; sed intervenientibus dominis, nihil actum fuit. Contemplated combat between the Dukes of Lancaster and Brunswick.

Princeps, accepto Principatu Aquitanniæ, transfretavit. Mors Regis Franciæ.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, vicesimus nonus, dum Rex Angliæ teneret Consilium apud Westmonasterium, nunciatur eidem Philippum Regem Franciæ fore [2]mortuum, et Johannem, filium ejus, in Regem Franciæ coronatum; eundemque Johannem Karolo, filio suo seniori, qui dictus est "Dolphinus de Vienna," Ducatum Aquitanniæ contulisse. Quibus auditis, Rex Angliæ indignatus, advocato coram suis proceribus Domino Edwardo, primogenito suo, illi Ducatum Aquitanniæ assignavit, quia sibi jure hæreditario pertinebat; præcipiens [3]quod se contra suos adversarios tueretur. Qui mox, una cum patre suo imploraturus auxilium, in Anglia loca Sanctorum visitans, diversis diversa munera condonavit. Quo tempore, Rex pater apud Westmonasterium caput sanctissimi obtulit Benedicti. A.D. 1355. Death (A.D. 1350) of Philip V., King of France. Prince Edward created Duke of Acquitaine. The head of St. Benedict presented to Westminster.

Deinde Princeps Walliæ Edwardus, præfati Regis primogenitus, secundo Kalendas Julii, paratis omnibus in expeditionem tanti negotii, ac comitantibus eum Comitibus de Warwyke, Sowthfolk, Sarum, et Oxonia, et mille hominibus [4]armorum totidemque sagittariis, in Nativitate Sanctæ Mariæ apud Plimmouthe velificare cœpit. Igitur cursu prospero perveniens Aquitanniam, a nobilibus regionis honorifice susceptus est. Quibus adventus sui causam notificans, et habita deliberatione optima, decimo die Octobris equitare cœpit, transiens per patriam de Juliac sibi subjectam, deinde per patrias de Armanak, de la Ryver, Cunyggerslee, Tholeuse, Karkasone, et Nerbone, juxta mare Græcum, villasque quamplures, quasdam muris clausas, per octo hebdomadas eundo et redeundo, captis prædis et spoliis, igne The Prince of Wales arrives in Acquitaine, and invades France.

---

[1] *Hull* in the printed texts.

[2] This event is singularly misplaced, as it took place in 1350. The same error is committed in MS. Cleop. A. xvi. and in the Cont. Murimuth, the narrative of which last is very similar.

[3] *ut* in the printed texts.

[4] *armatis* in the printed texts.

A.D. 1355. devastavit, nulla resistentia sibi facta. Extunc hyemavit ibidem. Interim proceres sui multas [1] bonas villas muratas et castra sibi subjugaverunt; quamobrem territi multi nobiles, sese cum suis dicto Domino Principi submittentes, fide Anglici devenerunt. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi.

De transfretatione Regis Angliæ et fuga Regis Franciæ.

King Edward again enters France.

Hoc anno, circa principium mensis Novembris, Rex Angliæ Edwardus audivit Johannem Regem Franciæ ad Sanctum Audomarum velle expectare adventum suum, et paratum ad dimicandum contra eum. Qui mox Calesiam transfretavit, cum duobus filiis suis, Leonello Comite Ultoniæ, et Johanne de Gant Comite de Richemund, ac Domino Henrico Duce Lancastriæ, Comitibusque Northamptoniæ, Marchiæ, et Staffordiæ, aliisque magnatibus et hominibus [2] armorum, scilicet ad duo millia bellatorum. Secundo die Novembris, egressus Calesiam, profectus est versus Sanctum Audomarum, ubi putavit Regem Franciæ cum ingenti exercitu expectare. Sed Rege Angliæ appropinquante, Rex Franciæ retrocessit, vastando patriæ suæ victualia, ne eis Anglici fruerentur. Quem sic fugientem Rex Angliæ insecutus est usque Haden; et visis defectu victualium, vecordiaque sui adversarii, rediit vastando totam patriam per dies decem.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cleop. A. xvi. Cont. Murimuth, p. 186.

The French King retreats, and Edward withdraws, laying waste the country.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cleop. A. xvi. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi. Cont. Murimuth, p. 186.

Villa Berwici capitur per Scotos.

Berwick taken by the Scots. Et dum hæc agerentur, Scoti subdole et nocturno tempore ceperunt villam de Berewico, nullos nisi resistentes occidendo; castrum tamen remansit in manibus Anglicorum. Ob quam causam Rex Angliæ reversus est.

King Edward returns.

Grant made by Parliament. Eodem anno, in Parliamento apud Westmonasterium concessum est Regi, ut habeat de quolibet sacco lanæ, per sex annos sequentes proximo, quinquaginta solidos.

Birth of Thomas of Woodstock. Eodem anno, septimo Idus Januarii, natus est Regi Edwardo apud Wodestoke filius, et vocatum est nomen ejus "Thomas."

Rex recipit villam Berwici, et ut corona regni Scotiæ in Regem Angliæ [3] transfertur.

A.D. 1356. Anno gratiæ millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, tricesimus, Rex Edwardus adivit partes Boreales cum ex- MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

---

[1] Omitted in the printed texts.
[2] *armatis* in the printed texts.
[3] *transferuntur* in orig.; by inadvertence.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1356.

The Scots surrender Berwick.

ercitu populoso, ut villam de Berewyk eriperet de Scotorum manibus perfidorum. Igitur decimo tertio die Januarii, Rege Edwardo in castro de Berewyk existente, et exercitu ejus prope villam, Scoti, sibimet metuentes, sine damno vel difficultate villam Regi reddiderunt; sed tamen quidam ex Anglis, interim deviantes, captivantur a Scotis. Confestim postea, vicesimo quinto die Januarii, apud Rokesburghe Dominus Edwardus Bayllol, Rex Scotiæ, regnum et coronam ejusdem transtulit in Edwardum Regem Angliæ, litteris suis patentibus et authenticis inde confectis.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi. Murimuth. pp. 186, 7.

Baliol transfers the crown of Scotland to Edward.

Eodem anno, Dominus Edwardus, primogenitus Edwardi Regis Angliæ, Princeps Walliæ, existens in Wasconia, consulit Burdegalenses et proceres illius patriæ de aggrediendo regno Franciæ, aliisque terris sibi nondum subjugatis. Cujus propositum Comes de Armenak, domini sui proditor, Regi Franciæ illico nunciavit, et quæ mala regno Franciæ imminebant. Quod veraciter agnoscens Johannes Rex Franciæ, statim jussit prosterni omnes pontes super fluvium Leyre, quos veteres non sine [1]magnis expensis extruxerant. Princeps autem Edwardus hæc audiens, exercitu congregato, sexto die Julii cœpit de Burdegalea proficisci, transiens per patrias de Agineres, Peregor, Lymosyn, Berry, et de Saloigne. In quo transitu plures villas sibi rebelles incendit, et plures, cum castris et munitionibus sibi redditas, obtinuit sub tributo. Itinerando quoque, hominum [2]armorum plus quam sex millia captivavit. In patria vero de Saloigne, capta villa de Remorantyn, castrum ejusdem sex diebus obsedit. Cui obsessi non valentes resistere, castrum reddiderunt; ubi capti sunt [3][Dominus] de Croun et Bursegaund, aliique milites, et [4]armorum homines octoginta. Deinde progressus est per Toreigne et Peytou, et ibi, prope Chaveny, proceres sui, septimo-decimo die Septembris, conflictum cum Gallicis habuere; in quo plures quam centum homines [5]armorum cecidere perempti. Sed etiam, Comites de Aunser et de Synny, ac Senescallus Regis Franciæ, cum centum hominibus armorum, capti sunt ibidem.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi.

Successes of Prince Edward in France.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi. Cont. Murimuth, p. 187.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi.

De Bello de Peyteres, et Victoria miraculosa.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Eodem anno, nono-decimo die Septembris, quasi in fine anni adventus sui in Wasconiam, occurrit Regi Franciæ juxta

---

[1] *magne* in orig.; by inadvertence.

[2] *armatorum* in the printed texts.

[3] Omitted in orig.; supplied from the printed texts and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[4] *armati* in the printed texts.

[5] *armati* in the printed texts.

A.D. 1356. Peyteres cum mille nongentis hominibus totidemque sagittariis, venientem contra eum cum septem millibus electis armatorum, aliisque armatis, pavisariis, ac balistariis, in numero excessivo. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Various attempts made by the Pope's envoys to establish peace.

Aderant ibi duo Cardinales, quorum unus erat dictus "Petra-"goricensis," ad persuadendum pacem inter gentes paratas ad bellum, a latere Domini Papæ missi. Quibus cum Papa artius [1]injunxisset præsens pacis negotium, respondisse fertur eidem Petragoricensis, "Vero," inquiens, "Pater beatissime, aut "pacem suadebimus, aut silices et petræ clamabunt." Tanta fuit [2]fiducia, quod Dominus Princeps cum tanta paucitate non auderet congredi contra tot hostes quot venerant contra eum. [3]Hoc autem a semetipso non dixit, sed, cum esset Pontifex illius temporis, prophetavit de eventu belli futuri. Quia cum sagittarii nostri omnes sagittas expendissent, in hostes levaverunt de agro petroso lapides, et comminus accedentes projecerunt in Gallicos, percutientes galeas, cassides, atque clypeos eorundem, ut sonus proveniens ex petrarum ictibus in campi circuitu [4]reboaret; et sic quodammodo impleta est prophetia Cardinalis, qui spopondit, dicens quia "pacem habebimus, aut lapides clama-"bunt;" sed hæc postmodum.

Victory gained by Prince Edward over the French, at Poitiers.

Igitur cum Cardinales inter utrumque populum diligentissime discurrissent, et vidissent se non posse persuadere pacem, indignantes recesserunt. Et mox acies convenerunt; ubi primo, fractis lanceis, cum gladiis, securibus, et bipennibus rem egerunt. Ibi claruit victoria Domini Jacobi [5]Arundele militis, qui potenti virtute confregit et perforavit aciem Gallicorum, et fuit ipsa die necis occasio hostium plurimorum. Ibi patebat fides et constantia Comitum de Warwyk et de Southfolk, et cæterorum procerum, qui tam animose, tam fervide, tam atrociter pugnaverunt, donec manus gladiis et securibus [6]obriguissent eorundem. Nec minus laudabilis erat ipse Princeps et dux exercitus Anglicani, qui non solum se ducem exhibuit in hoc bello, sed probatum militem et expertum, universa tentans, [7]audens, et faciens, quæ miles [8]faceret animosus. Nec momentanee vel leviter transiit ista pugna; sed tribus vicibus eo die, præ multitudine supervenientium hostium, oportebat Anglicos bel-

[1] *invidisset* in orig.; corrected from the printed texts.

[2] *illi fiducia* in the printed texts.

[3] A parody upon *John* xi. 51.

[4] *roboaret* in orig.; not improbably from a misreading of MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[5] *Arandele* in orig., as altered from *Audele*; *Arundel* in the printed texts; *Audele* in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[6] *obrigescent* in orig.; probably from a misreading of MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[7] *audiens* in the printed texts.

[8] *fecerat* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

lum instaurare. Tandem Deo nostris tribuente longanimitatem, et immittente Gallicis formidolositatem, nostris insistentibus, Galli fugerunt, occisis prius ibidem Duce de Burboun et Athenis, Episcopo de Chaluz, aliisque dominis et nobilibus ad numerum viginti duorum; militibusque peremptis ex hominibus [1] armorum præelectis duobus millibus, et de communibus [2] octingentis. Rex insuper Franciæ captus est ibidem, et Philippus filius ejus junior. Capti sunt etiam Domini Jacobus de Burboun et Archiepiscopus Senonensis, ac Comites undecim, domini nobiles viginti duo, milites et homines [3] armorum plusquam duo millia. Quidam vero asserunt fuisse peremptos in hac pugna [4] duos Duces, decèm et novem magnos dominos, et quinque millia armatorum; vulgus autem, quod sub numero non cadebat. A.D. 1356.

Capture of the King of France.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 187.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Expedito finitoque præfato bello, Princeps rediit Burdegaliam cum gloria et triumpho, ducens secum Johannem Regem Franciæ; ubi acceptus est a clero honorifice, atque civibus cum omni gaudio et honore. Dominus Henricus Dux Lancastriæ, dum hæc agerentur, in Britannia circa obsidionem civitatis Ranensis moram traxit; quam expost obtinuit.

Prince Edward returns to Bordeaux.

The Duke of Lancaster takes the city of Rennes.

Princeps rediit in Angliam, cum Rege Franciæ captivato.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, tricesimus primus, Dominus Princeps Edwardus, cum Johanne Rege Franciæ, et filio ejus Philippo aliisque magnatibus, rediit in Angliam de Wasconia, et quinto die mensis Maii applicuit in portu de Plimmuthe cum præda nobili captivorum. In vicesimo autem quarto die mensis ejusdem, ducens secum dictum Regem Franciæ captivosque prædicabiles per pontem et civitatem Londoniarum, et ingressus circa horam diei tertiam tendendo versus Westmonasterium; ubi ruit circa eos tanta populi multitudo inauditum videre mirabile, quod vix, impediente populo, post meridiem potuerunt ad Palatium pervenire. Et cito post, missi sunt in Angliam ex parte Domini Papæ duo Cardinales, pro pace reformanda inter duo regna, Dominus videlicet [5] Tolirandus Episcopus [6] Albanensis, et Nicholaus tituli Sancti Vitalis. Tertius vero Cardinalis venit in Angliam gratia visi- A.D. 1357.

Prince Edward returns to England.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi.

Enters London with his captives.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi. Cont. Murimuth, p. 190.

The Pope sends envoys to treat for peace.

[1] *armatis* in the printed texts.
[2] *octogintis* in the printed texts.
[3] *armati* in the printed texts.
[4] *duo* in orig.; by inadvertence.
[5] *Tarilaudus* in the printed texts.
[6] The names are not given in the Continuation of Murimuth.

A.D. 1357. But ineffectually. tandi Regem Francorum; qui in Anglia moram traxerunt biennalem, sæpius cum Regibus et eorum Consiliis colloquentes, sed tandem discordes recesserunt, MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi.

De Gente sine Capite in Francia.

Part of France subdued by the Company "Without a Head." Sub hiis diebus, consurrexit in Francia illa famosa Societas, quæ "Gens sine Capite" vocabatur; quæ primo parva, postea magna aggressa, magnam Franciæ partem occupans sine legibus, expulsis vel subactis locorum dominis, subjugavit. Erantque non tantum de una gente vel natione, sed de pluribus regionibus congregati. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 190. MS. Bibl. Reg. 13. E. ix.

Redemptio Regis Scotorum.

King David is ransomed. [1]Hoc etiam anno, David le Brus, Rex Scotorum, circa festum Omnium Sanctorum, de diutina custodia qua tenebatur in castro de Odiam, liberatur; mediante redemptione centum millium marcarum, [2]solvendarum in proximo sequentibus decem annis, præter expensas hospitii sui. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi. Cont. Murimuth p. 190.

A great tempest. Eodem tempore orta est tempestas gravissima, tam in terra quam in mari; quam maxima infortunia sunt secuta. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi.

Proposition made for the ransom of the King of France. Quo quidem anno concessum fuit Domino Johanni, Regi Franciæ, solvere pro redemptione sua sexcenta millia florenorum, circa festum Sancti Martini. Sed ista conventio fuit facta ante, [3]in mense Maii, secundo die mensis ejusdem. Ad habendam ergo majorem securitatem istius summæ solvendæ, postulatum ex parte Regis Angliæ habere potentiores et valentiores personas regni Franciæ in [4]obsidatum; sed huic petitioni Refused by the French. noluerunt Gallici consentire; quamobrem vicesimo die Novembris responsum est Francis, ut se defendant et præparent ad bellandum.

The Interdict of Oxford withdrawn. Eodem anno, Kalendis Aprilis, relaxatur Interdictum Oxoniæ, quod auctoritate Domini Johannis, Episcopi Lincolniensis, propter clericidium et sacrilegia anno proximo præterito fuit illatum. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 191.

Death of the Queen-mother, Isabella. Isto anno obiit mater Domini Regis Edwardi Tertii, Domina Isabella, die Sancti Rufi Martyris; et vicesimo septimo die Novembris in ecclesia Fratrum Minorum Londoniis sepelitur, nondum dedicata. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi. Cont. Murimuth, pp. 190, 1.

---

[1] *Hoc anno* in the printed texts.
[2] This last passage is not in the *Continuation* of Murimuth.
[3] *id est, in mense* in the printed texts.
[4] *obsides* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Hastiludia insuper hoc anno Londoniis facta sunt, præsentibus Regibus Angliæ, Franciæ, Scotiæ, et plebe numerosa. A.D. 1357. Tournaments at London.

De Parliamento apud Westmonasterium, et Archiepiscopo Archmachano disceptante contra Ordines Mendicantium.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi. Anno gratiæ millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, tricesimus secundus, immediate post Septuagesimam tenuit Rex Angliæ Parliamentum apud Westmonasterium; ubi de pace reformanda inter duo regna persæpe colloquentes, nusquam concordarunt. A.D. 1358. Parliament at Westminster. Fruitless discussions as to peace.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 191. Quo quidem tempore, magna controversia coram Summo Pontifice facta est inter Magistrum Ricardum Fiz-Raf Primatem Hiberniæ, Armachanum videlicet, et clerum Anglicanum, ex una parte, et quatuor Ordines Mendicantium ex altera, super statu et regula corundem Fratrum. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Qui videlicet Armachanus opiniones suas erga Fratres coram Summo Pontifice diu [1]pluriesque sustinuit, et ipsos manifeste a suis deviasse regulis multis rationibus demonstravit. Sed tandem, proh dolor! clero Anglicano sibi subtrahente promissa, et exuberante in Curia Fratrum satis magna pecunia, adhuc lite pendente, Fratres sua privilegia, sicut per ante, sub data nova obtinuerunt. Charges made by the Primate of Ireland, before the Pope, against the Mendicant Friars. The Friars obtain a confirmation of their privileges.

De [2]Fratre Johanne Lile, Episcopo Eliensi.

Eodem anno, Frater Johannes Lile, Eliensis Episcopus, nimis injuste fatigatus anno proximo elapso, contra voluntatem Domini Regis ad Curiam transfretavit; propositisque causis ibidem de injuriis sibi illatis et suæ ecclesiæ, per Dominam Blanciam de Wake et alios de consilio suo, coram Domino Papa, motus est idem Papa vehementer, et omnes adversarios dicti Episcopi fecit excommunicari publice, mandans per litteras suas Domino Johanni Lincolniensi Episcopo, et aliis quibusdam prælatis Angliæ, ut si quos noverint dictorum excommunicatorum mortuos et sepultos, a sepulcris extraherent; quod et factum est. Unde Rex indignatus, quia dictorum excommunicatorum quidam erant de Consilio suo, dictos prælatos graviter infestabat. Qua de causa venerunt quidam missi de Curia Romana ex parte dicti Episcopi Eliensis, The Bishop of Ely makes complaint to the Pope against the Lady Blanch de Wake. King Edward is offended by the Pope's action thereon.

---

[1] *plures* in orig., and in the printed texts.

[2] *facto* in orig.; by inadvertence.

A.D. 1358. The envoys of the Bishop of Ely seized and punished.

obviantes Domino Johanni, Roffensi Episcopo, tunc regni Thesaurario, armati, tradentes litteras Apostolicas violenter dicto Thesaurario, quarum tenor communiter ignoratur, et illico evanuerunt; quos regales insequentes, quosdam captos incarcerabant, et, coram Regis Justiciariis morte condemnatos, in carcere atque furcis interfecerunt. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi.

Normannia et Britannia vastantur per Robertum Knollis.

Normandy and Britanny are laid waste by Robert Knollis and others.

Eodem anno Normannia et Britannia Armorica gravi clade vastantur per Philippum, fratrem Regis Navariæ, Dominum Jacobum de la Pype, et Robertum Knollis, [1] aliosque complures Anglicos, [2] sine jussione Regis Edwardi; qui in illis regionibus per tres annos et amplius hostiliter permanserunt. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 191. Ex quibus Robertus Knollis, ex paupere mediocrique [3] valleto, mox factus ductor militum, ad divitias usque regales excrevit ibidem. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Provence and other parts of France laid waste by one of the Companies.

Quo tempore quidam, natione Wasco, surrexit in Francia, vulgariter nuncupatus "Archipresbyter;" ducens unam magnam Comitivam per diversas partes Franciæ, ipsas hostiliter devastando, et potissime Provinciæ regionem. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, pp. 191, 2.

A.D. 1359. Marriage of John of Gaunt to Blanch of Lancaster.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo quinquagesimo nono, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, tricesimus tertius, decimo-quarto Kalendas Junii Dominus Johannes de Gaunt, Comes Richemundiæ, Blanciam filiam Henrici Ducis Lancastriæ, consanguineam suam, de dispensatione Curiæ, apud Raidynggum duxit uxorem. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi. Cont. Murimuth, p. 193.

Rex transfretavit ad frangendum fastum Francorum.

Propositions again made for peace, but ineffectually.

Eodem tempore, Dominus Johannes, Rex Franciæ, sub umbra pacis et dolose, obtulit Regi Angliæ Flandriam, Picardiam, Aquitanniam, aliasque terras quas equitaverat et vastarat; pro quibus omnibus ratificandis idem Rex Edwardus in Franciam nuncios suos direxit. Quibus omnibus Franci contradixerunt; unde motus Rex Angliæ, celeriter se et suos præparavit ad transfretandum, ducens secum Principem Walliæ Edwardum, suum primogenitum, Ducem Henricum Lancastriæ, et fere MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi.

---

[1] These three words have been added in a much later hand. They have probably been overlooked in transcribing from MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.; where they are inserted at the foot of the page.

[2] *quos sine* in the printed texts.

[3] *vallato* in orig. and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi.

A.D. 1359.

King Edward, with a large force, crosses over to France.

proceres omnes [1] Angliæ; quos comitabantur, vel sequebantur, pene mille currus; habuitque apud Sanwicum instructas optime undecies centum naves; et cum hoc apparatu, ad humiliandum Francorum fastum, Franciam navigavit, relicto Domino Thoma de Wodestoke, filio suo juniore, admodum parvulo, Anglici regni Custode, sub tutela tamen.

He divides his army into three parts, and invades Burgundy.

Igitur, vicesimo septimo die mensis Octobris pervenit Calesiam, et quarto die mensis Novembris, diviso exercitu suo in tres turmas propter victualia, unam turmam fortem Henrico Lancastriæ Duci commisit; Edwardo vero Principi turmam aliam fortiorem; et fortissimam retinuit penes ipsum. Deinde profecti, prætereuntes civitates et castella, tandem in festo Sanctæ Luciæ prope civitatem [2] Remensium pervenerunt, ubi moram traxerunt usque in diem Sancti Hillarii; sed nihil omnino profecit hæc mora, quia nihil eis reddebatur. Eodem die movit exercitum versus Burgundiam; cui venit obviam Dux Burgundiæ, promittens eidem septuaginta millia florenorum, solvendorum sibi fideliter si toti Burgundiæ parceret, et contineret ab incendiis et rapinis. Quod Rex concessit eidem; mansitque ibidem Remis, videlicet usque ad quintum diem post festum Sancti Gregorii Papæ.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Makes terms with the Duke of Burgundy.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi.

The Norman fleet plunders the town of Winchelsea, and commits great barbarities.

Interim Normanni, cum non modica classe navium, apud [3] Wynchelse applicuerunt; ipsamque villam Idibus Martii invaserunt, et pro [4] parte combusserunt, ac omnes sibi resistentes interfecerunt, sexui, ætati, vel ordini nil parcendo. Matronas insuper, et virgines ac mulieres, illorum oculis blandientes, captivas ad naves duxerunt, et [5] plura spolia asportaverunt, et tandem sine læsione aliqua recesserunt. Quorum unum facinus isthic ponam. Cum Franci applicuissent, existentibus multis, tam viris quam mulieribus, tempore Missarum in ecclesia, ad eandem ecclesiam cum omni festinatione cucurrerunt, et interficientes multos et deprædantes ecclesiam, aspexerunt inter cæteros quandam fœminam, pulchram nimis et [6] elegantis formæ, quæ cum vicinis convenerat ut audiret Missas. Ad quam nebulones satis intemperanter in eadem ecclesia accedentes, mox suæ libidini, ut erant armati, prostraverunt, et tam diu ei, unus post alium, coeundo illuserunt, donec mulier fatigata spiritum exhalaret. Quæ cuncta cum relata fuissent [7] Regi Angliæ, turbatus nimium et exacerbatus, exercitum suum versus Parisius mox convertit.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi.

King Edward, incensed thereat, proceeds towards Paris.

---

[1] Omitted in the printed texts.

[2] *Remencium* in orig.

[3] *Wynchelle* in orig.; by inadvertence.

[4] Probably *pro majori parte* should be the reading, as in Cleop. A. xvi.

[5] *plurima* in the printed texts.

[6] *eligantis* in orig.

[7] *Rex* in the printed texts.

A.D. 1359. The people of England take up arms to resist the enemy.

Interea prælati in Anglia undique confluxerunt ad arma, cum clericis et laicis, ut per terram et mare dictis resisterent inimicis; sed cum se et suos paravissent ad pugnam, nihil actum est, [1] hostibus illis valefacientibus cum cachinno.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi.

Hoc anno, sanguis effluxit de tumba Domini Thomæ, quondam Comitis Lancastriæ, apud Pontem Fractum.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi. Cont. Murimuth, p. 192.

New works commenced at Windsor Castle; William de Wyckham being Surveyor.

Eodem anno Rex Edwardus incepit novum ædificium in castello de Wyndeleshore, ubi natus fuerat. Ob quam causam, illum locum amplioribus ædificiis et splendidioribus decorare, præ cæteris, procuravit. Cujus operis constituit supervisorem Dominum Willelmum de Wycham, virum providum et discretum.

Obituary for the year.

Eodem anno obierunt viri nobiles et præclari, Rogerus Comes Marchiæ, Thomas Comes Oxoniæ, J[ohannes] le Gray, tunc Senescallus Angliæ, Galfridus le Say, et multi [2] alii. Et de exercitu Domini Regis in partibus transmarinis plures quam mille nominati perierunt. Obiit etiam hoc anno Dominus Rogerus de Northburgh, Coventriæ et Lichfeld Episcopus.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1360.

King Edward marches towards Paris;

Anno gratiæ millesimo trecentesimo sexagesimo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, tricesimus quartus, tenuit Rex Natale in partibus transmarinis, juxta Remensium civitatem; mansitque ibidem, ut prædicitur, usque ad festum Sancti Gregorii Papæ, quando se convertit Parisius: exercitum in novem aciebus disposuit ad bellandum, et creavit milites quadringentos. Deinde mittitur Dominus Henricus Dux Lancastriæ ad portas civitatis, hiis qui intus erant proferens campestre prœlium, sub hac conditione, ut si Rex Angliæ devictus foret ibidem, nunquam postea regnum Franciæ vendicaret. Et accepto brevi responso, quæ audivit Regi nunciavit. Mox novi milites armati, cum aliis, civitati dederunt insultum, et illico ejus suburbana destruxerunt.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi.

And destroys the suburbs.

The Londoners equip a fleet, and gain successes against the French.

Per idem tempus, Londonienses cum cæteris regni incolis, congregata classe octoginta navium et quatuordecim millibus hominum cum sagittariis, dedecus apud Wynchelsee, per prius factum, affectantes vindicare, maria perscrutando inimicos quærebant. Et tandem in Francia applicantes, insulam de [3] Saus animose ceperunt. Sed tamen, licet hæc omnia Franci bene satis cognoscerent, rumor facti ad Edwardum Regem nondum pervenerat. Igitur prævenire cupientes hos rumores. Dominus Abbas Cluniacensis, Comes Tankervyle, tunc Franciæ Senescallus, [4] Bulsegaldus, Constabularius dicti regni, et non-

[1] *hostilibus* in Camden's text.

[2] Omitted in the printed texts. The whole of this paragraph, as to obituaries, is very similar to Cont. Murimuth, p. 192.

[3] *Cauz*, correctly, in MS. Cleop. A. xvi.

[4] *Bursegaldus* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi.

A.D. 1360.

nulli alii viri venerabiles, de [1]consensu Domini Karoli regentis Franciam, convenerunt ad Regem Angliæ, pacem finalem et firmam, ostensis conditionibus inscriptis, humiliter postulantes. Quæ, cum deliberatione inspectæ, Domino Regi et Concilio minime placuerunt; unde Rex commotus, prohibuit ne sollicitarent eum amplius, nisi habita ad ejus beneplacitum prolatione prædictorum. Et in crastino, Octavis Paschæ, convertit signa cum exercitu versus Aurelianum, prædando, vastando, et igni consumendo plurima. Quo tempore ingruebat tam sæva tempestas et inaudita, ut plura millia hominum et equorum in Regis exercitu itinerando perirent, subito mortua corruendo præ frigoris imminentis asperitate. Quæ tantum Regem nec suos terruerunt, quin procederent cum inceptis.

Propositions made by the French for peace; but ineffectually.

Great losses in the English army, through a tempest.

Circa Inventionem Sanctæ Crucis, dicti nuncii juxta Carnotum Domino Regi formam pacis optimæ de communi consensu Regentis [2][et] majorum Franciæ, circumspectissime ordinatam, accedentes obtulerunt, sub data apud civitatem Carnotum quintodecimo die mensis Maii; requirentes benignum dominum suum, ac benevolentiam, consensumque gratiosum, in scriptis ostensa, rata et grata, ac firma, sibi et hæredibus suis in perpetuum admittere. Quibus inspiciendis sapienti deliberatione habita, Rex annuit ut, juratis in Corpore Dominico partibus, tactisque Sacrosanctis Evangeliis, pacta stabilirentur. Mittuntur igitur ex utraque parte, Angliæ videlicet et Franciæ, duo Barones, duo quoque milites, corporale sacramentum Domini Karoli Regentis Franciæ, primogeniti Johannis Regis ejusdem, ac Domini Edwardi Regis Angliæ, audire et admittere. Parisius igitur [3]celebrata solemni Missa, dictoque ter "Agnus Dei," adjecto "Dona nobis pacem," dictus Karolus, in præsentia prædictorum et aliorum plurium, dextram super patenam, cum Corpore Dominico, et lævam super missale, posuit, hæc verba proferens;—"Nos, Karolus, juramus ad Sacrosancta Corpus Domini "et Evangelia, firmiter servare penes nos pacem et concordiam "formatas inter Reges, et nullo modo in contrarium venire." Post hæc, datis militibus reliquiis de corona Christi in testimonium, omnibus valefecit. Simile sacramentum Dominus Edwardus, primogenitus Regis Angliæ, proxima sexta feria præstitit apud Lovers. Ambo insuper Reges et eorum filii, majoresque utrius regni, infra annum proximo sequentem idem corporale sacramentum solemniter præstiterunt.

Fresh propositions made;

And accepted.

The preliminaries ratified by oath.

---

[1] *concensu* in orig.

[2] Supplied from the printed texts and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] *celebratus* in orig.; by inadvertence.

Obsides dantur Regi Angliæ.

A.D. 1360. French hostages given to the King of England.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi.

Ad corroboranda quoque, complendaque prædicta et alia partes tangentia, Rex Angliæ petiit et accepit majores Franciæ in obsidatum, videlicet, Dominos Duces Aureliensem, Burbonensem, Longavillæ, Berry, et de Bloys; Comites vero de [1]Alencon, Sent Poule, de Harecourt, Portien, Valentinois, Beaumont, Breme, Foreste; Dominos quoque de Couci, Preaus, Valentinois, de Seynt Venaunt, de Garentieres, de Hangeste, de Montmorency, Danceurs, dAuvergne, Guillaume de Craon, Loys de Harecourte, J. Hugayn, cum aliis. Assignataque sunt dies et tempus quibus convenirent ambo Reges, cum Conciliis suis, apud Caleys prædicta consummare.

King Edward returns to England.

Sigillatis scriptis indentatis, Rex Angliæ usque mare continuo proficiscitur, et apud Humflete ingressus mare, nonodecimo die Maii in Angliam applicuit; veniensque ad Palatium in festo Sancti Dunstani, quievit paulisper, et mox Johannem, Regem Franciæ, in Turri Londoniis visitavit, et, facta concordia quid idem pro redemptione sua solveret, ab omni carcere liberavit. Summa vero pecuniæ solvendæ erat tres miliones florenorum. Quibus ita gestis, Rex Angliæ Regem Franciæ in Turri et in Palatio, itinerando versus mare, multimodis solatiis regaliter confortavit. Rex Franciæ [2]proinde nono die Julii transfretavit in regnum suum, [3]deliberaturus et tractaturus cum suis de prædictis et aliis se tangentibus et regnum suum.

The ransom of the King of France being agreed upon, he is set at liberty.

Accidents from lightning.

Eo tempore, in Anglia plures homines, bestiæ, et arbores, violenti fulgure perierunt; et diabolus in humana specie [4]apparens locutus est.

De Pacis Articulis.

The Treaty of Bretigny.

Concurrentibus iu unum duobus Regibus, posthæc cum suis Consiliis apud Caleys convenerunt de pace et concordia præformatis apud Carnotum, et juraverunt, ut prædicitur, eas firmiter servare penes se. Quarum Articuli erant isti, videlicet:—" Rex Angliæ, una cum illis quæ tenet in Vasconia, " habebit semper civitates, villas et castella, comitatus et

New Rymer, III. pp. 487–494.

[1] The singularly faulty spelling of the proper names, both in orig. and in the printed texts, so far as they can be identified, has been corrected from the copy of the Treaty of Bretigny given in the New *Fœdera*, iii. pp. 487–494.

[2] *provide* in the printed texts.

[3] *dileberaturus* in orig.

[4] *apparent* in orig.; by inadvertence.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi. New Rymer.

A.D. 1360.

"patrias, de Peiteres et de Peytou, cum feodis de Thoart, "et terra de Beleville, de Saintes, et de Saintonge, [1]citra et "ultra la Charente, dAnglesme et dAngolosmois, de Limoges "et de Limosin, de Caours et de Caoursin, et de Pierregort et de "Pierreguys, de Rodes et de Rovergue, dAgen et de Agenois, "de Tharbe, et de Bigor, et de Gaure. Et si aliqui domini "teneant aliquid inter limites dictorum locorum, facient homa- "gium Regi Angliæ. Tenebitque Rex Angliæ prædicta modo "quo Rex Franciæ ea tenuit a sexaginta annis usque nunc, "videlicet, in dominio quæ sunt in dominio et in superioritate. "Habebit etiam ea quæ Reges Angliæ antiquitus tenuerunt in "villa de Mounstroil super Mare, cum pertinentiis, et [2]totum "comitatum Pontinæ, exceptis rebus alienatis per Reges Angliæ "ad alias personas quam Reges Franciæ. Quæ sic alienata "si Rex Franciæ teneat in presenti, tenebitur ea reddere ac "liberare Regi Angliæ, exceptis terris obtentis per excam- "bium cum aliis terris. Quo casu Rex Angliæ reddet Regi "Franciæ sic tradita per excambium, vel permittet alienari; et "si alienata fuit personis aliis quam Regibus Franciæ per Reges "Angliæ, et post venerunt ad manus Regis Franciæ per puta- "gium, seu aliam [3]justam causam, Rex Franciæ non reddet "ea nisi debeant homagium vel alia servitia; tunc tradet illa "personis quæ facient homagium, aut alia servitia, Regi "Angliæ. Habebitque Rex Angliæ castella, villas, et domi- "nium, de Caleys, Merke, Sangate, Coloigne, Hammes, Wale, "Oye, cum omnibus suis pertinentiis, civitatem de la Rochel, "et villam Sancti Wallerici. Habebit etiam Rex Angliæ "castellum, villam, et totum comitatum de Guynes, cum "omnibus ad se pertinentibus, tam integrum sicut Comes "ejusdem tenuit in vita sua. Obedientque sibi omnes viri "ecclesiarum et aliarum conditionum infra limites dicti "Comitatus, sicut obediebant aliquando Regi Franciæ vel "Comiti de Guynes. Et tenebit Rex Angliæ omnia de "Merke et Caleys contenta in præsenti Articulo, et Articulo "præcedenti, in dominio, exceptis hæreditatibus quæ moran- "tur ecclesiis ibidem, et hæreditatibus aliis in partibus illis "quæ morabuntur hæredibus, usque ad valorem centum "librarum monetæ de patria; sed de hæreditatibus infra "villam de Caleys ordinet Rex Angliæ ad libitum suum, "et sic habitantium in Comitatu, villa, et terris, de Guynes, "stabit dominium integrum. Rex vero Angliæ, et hæredes

[1] *Circa* in orig.; corrected from the printed texts, MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. and Cleop. A. xvi.

[2] *eorum* in the printed texts.

[3] *justa cautsam* in orig.; by inadvertence.

A.D. 1360. "sui omnes insulas patriis prædictis adjacentes tenebunt, MS. Bibl.
"una cum insulis quas tenent in præsenti. Et Rex Franciæ Reg. 13
"et filius suus senior, pro se et hæredibus et successoribus, E. ix.
"infra Sanctum Michaelem proximo tunc futurum ad unum MS. Cleop. A. xvi.
"annum, reddent, liberabunt, et transportabunt, Regi Angliæ New
"et hæredibus suis, omnes obedientias, homagia, feoda, justi- Rymer.
"tias, recognitiones, jurisdictiones, patronatus ecclesiarum, "omnimodas dominationes et superioritates, et omnia jura, "quæ habent vel habere potuerint in prædictis terris, patriis, "villis, et rebus aliis. Et mittent ad omnes superiores "ecclesiarum, et alios dominos temporales terrarum, patria- "rum, comitatuum, et locorum prædictorum, ut obediant "Regi Angliæ et hæredibus, sicut obediebant Regi Franciæ, "et per suas litteras se adquietabunt de omnibus homagiis, "feodis, servitiis, obligationibus, subjectionibus, et pro- "missionibus, factis per aliquem eorum Regi et coronæ "Franciæ. Et Rex Angliæ tenebit prædicta omnia in "dominio et in superioritate, quæ in superioritate. Si vero "donationes aliquæ, alienationes, obligationes, vel aliqua onera, "fiebant prædictorum per aliquem Regem Franciæ a septuaginta "[1]annis usque nunc, nulla erunt, et res alienatæ, donatæ, "seu oneratæ, reddentur Regi Angliæ citra festum Sancti "Michaelis proximo futurum; excepto quod supradictum est in "Articulo de Pontieu, quod permanebit in virtute sua; et "exceptis omnibus collatis seu alienatis ad ecclesias, quæ illis "pacifice permanebunt. Habebit etiam Rex Angliæ, et tene- "bit, civitates et patrias præfatas, quæ antiquitus non erant "Regis Angliæ, sicut Rex Franciæ aut filius suus senior "tenet in præsenti, et intra limites patriarum [2]prædictarum "quæ ab antiquo erant Regis Angliæ, cum aliquibus rebus "quæ aliquando ejusdem fuerant, unde Rex Franciæ in pos- "sessione præfuerat in die belli de Poytiers, erunt et permane- "bunt Regi Angliæ. Rex quoque Angliæ omnia prædicta "tenebit tanquam vicinus Regis Franciæ, absque recognoscere "superioritatem, facere homagium, resortem, vel aliqua ser- "vitia alia, seu recognitiones, Regi seu coronæ Franciæ. "Rex quidem Franciæ et filius suus senior renunciabunt dictæ "resorti, superioritati, et juri quæ habent, vel habere pote- "runt, quæ præsenti tractatu debent pertinere Regi Angliæ. "Similiter, Rex Angliæ [3][ac] filius suus senior renunciabunt "omnibus quæ per præsentem tractatum non eis traduntur,

---

[1] *annuis* in orig.

[2] *prædictorum* in orig.; by inadtence.

[3] Supplied from the printed texts and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi. New Rymer.

A.D. 1360.

"et exigentiis quas fecerunt per speciale nomini vel [1]juri "coronæ Franciæ, omnibusque homagiis et [2]superioritatibus "Ducatus de Toureine, Normanniæ, et Britanniæ, et Comi-"tatus ac patriæ [3]Flandriæ, dAnjou, et Maine, et aliis "omnibus exigentiis quas fecerunt, seu facere potuerunt, Regi "Franciæ pro quacunque sit causa, exceptis illis quæ sibi "tradentur per præsentem tractatum. [4]Rex quidem Franciæ "pro sua redemptione solvet Regi Angliæ tres miliones scu-"torum, quorum duo valebunt unum nobile, videlicet sex "solidos et octo denarios argenti. Et omnia ista, tradita Regi "Angliæ, permanebunt in tali securitate ac libertate prout "sunt in præsenti, et confirmentur a dictis dominis et succes-"soribus suis. Nec aliquis vel patria aliqua qui [5]præ fuerant "sub obedientia unius partis, et per concordiam istam veniet "in obedientiam alterius partis, pro factis præteritis damne-"tur. Omnes autem exhæreditati vel de terris ablati, vel "onerati aliquo onere vel redonatione, quasi banniti, uni parti "adhærentes vel alteri, et similiter de ecclesiis, causa istius "guerræ, restituentur in integrum cum omni jure, sicut ante "guerram. Omnesque forisfacturæ indulgeantur, excepto "[6]Vicecomite de Fronsac, et Domino [7]J. de Galard. [8]Con-"siderationes enim bonæ fient semper inter Reges, non "obstante qualicunque [9]consideratione quam haberent cum "aliqua persona. Rex tamen Franciæ et filius suus senior, pro "se et successoribus suis, Regibus Franciæ, se separabunt a "confœderationibus quas habent cum Rege Scotiæ, absque "juvare Scotos vel confœderationes facere contra Regem "Angliæ seu regnum suum. Similiter, Rex Angliæ et filius "suus senior facient confœderationibus quas habent cum "Flandrensibus; valebuntque omnes collationes et provisiones "factæ durante guerra per partes in beneficiis vacantibus, et "eorum fructus morabuntur illis qui eos levaverint. Facient-"que Reges omnia prædicta confirmari a Domino Papa, et "impetrabunt absolutiones et dispensationes tangentes com-"plementum præsentis tractatus. [10]Poterunt studentes utrius-

[1] Written *viri* in orig.; owing probably to its indistinctness in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] *superioritatui* in the printed texts.

[3] This word is omitted in Cleop. A. xvi.

[4] A rubric is here inserted in the original as part of the text—*Valor redemptionis Regis Franciæ.*

[5] *ante fuerant* in the printed texts.

[6] *Vicecomites* in orig.; by inadvertence.

[7] *Johanne* in the printed texts.

[8] *Confœderationes* in the printed texts, MS. Bibl. Reg. 13 E. ix., and Cleop. A. xvi.

[9] *confœderatione* in the printed texts, and the two MSS., abovenamed.

[10] *Potuerunt* in orig.; corrected from the printed texts.

A.D. 1360. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi. New Rymer.

"que regni in utroque regno, uti sibi placuerit, studere, et "gaudebunt privilegiis ac libertatibus studentium. Per istum "tractatum omnes alii tractatus et prælocutiones factæ tem-"poribus præteritis annullabuntur, nec partes juvare poterunt. "Jurabitur, etiam confirmabitur præsens tractatus a duobus "Regibus, facietque Rex Franciæ litteras confirmatorias et "alia necessaria sub manu publica, et mittet Regi Angliæ, "et Rex Angliæ remittet consimiles litteras Regi Franciæ. "Fient igitur litteræ optimæ de omnibus prædictis, sub sigil-"lis utriusque Regis et filiorum suorum; et jurabunt ambo "Reges et filii sui, vigintique de [1]majori prole utriusque regni, "tenere, complere, et teneri facere atque compleri, omnia præ-"dicta, ac ponere rebelles et inobedientes utriusque regni in "veram obedientiam; et consurgent ambo Reges contra tales "inobedientes, et per illud renunciabunt omnibus gentibus pro "se et regnis suis futuris, causa inobedientiæ prædictæ; et se "supponent coercioni et [2]correctioni Domini Papæ, etc."

The Pope requested to confirm the treaty. — MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 193.

Hiis ita gestis, confestim mittuntur nuncii Summo Pontifici, pro pace et pactis mutuis confirmandis.

Quo quidem tempbore, ad præceptum Domini Papæ, quievit controversia inter clerum et Ordines Mendicantium.

Great mortality. — Cleop. A. xvi.

Eodem anno erat communis mortalitas senum et puerorum.

A.D. 1361. Parliament at Westminster. — MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi. Cont. Murimuth, p. 194.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo sexagesimo primo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, tricesimus quintus, Rex Angliæ, celebrato Natali apud [3]Wodestoke, venit Westmonasterium ad Parliamentum; in quo præsentibus omnibus qui interesse debebant, proponitur concordia inter Reges stabilita. Placuit igitur universis dictam concordiam recipere et tenere.

The Treaty confirmed, — MS. Bibl. Reg. 13 E. ix MS. Cleop. A. xvi.

Quamobrem, [4]celebrata Missa de Sancta Trinitate a Cantuariæ Archiepiscopo cum magna solemnitate, astante Rege cum filiis suis, et accensis luminaribus et crucibus erectis, super Sacrosanctum Corpus Dominicum et missale, singuli qui non prius juraverunt, hoc sacramentum præstiterunt in scriptis, [5]Archiepiscopo Cantuariensi incipiente,—"Nos [6]Ni-"cholaus, Archiepiscopus Cantuariensis, juramus ad Sacrosancta "Corpus Dominicum et Evangelia, firmiter servare penes nos "pacem et concordiam firmatas inter Reges, et nullo in con-"trarium venire." Quibus expletis, singuli suas sedulas [7]Regis notariis tradiderunt. Rex autem Francorum, cum suis

And ratified by oath.

---

[1] *mari* in the printed texts; *majori* in Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] *coercioni* (repeated) in orig.; by inadvertence.

[3] *Wyndelsore* in Cleop. A.xvi.

[4] *celebrato* in orig.; by inadvertence.

[5] This passage is not in Cleop. A. xvi.

[6] Simon Islip, however, was at this time Archbishop of Canterbury.

[7] *regiis* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi.

nobilibus, idem præstitit juramentum. Sicque firmata pace inter duo regna, [1] liberatus est Rex Johannes. A.D. 1361.

De Eclipsi Solis.

Eodem anno, sexto die Maii, in meridie fuit eclipsis solis. Eclipse of the sun.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi. Cont. Murimuth, p. 196.

Eodem mense, Burgundiæ cecidit pluvia sanguinea, et sexto Kalendas Junii, in festo Corporis Christi, Boloniæ apparuit crux sanguinea in aere, a mane usque ad horam sextam, eam multis videntibus; et tunc se movebat, et in medio mari cecidit. Consequenter, in partibus illis egressi vulpes de sylvis villas petierunt, et vivos quosdam homines devoraverunt. Et in æstivo tempore hujus anni, in Anglia et in Francia, in locis desertis et planis, pluribus sæpe videntibus, subito apparuere duo castella, de quibus duo exercitus egrediebantur armatorum; quorum unus signis militaribus ornabatur, alter vero nigro colore vestiebatur: et congredientes, milites vicerunt nigros. Interim adunati, nigri milites superabant, et regredientes in [2] castello omnia disparuerunt. Marvels and prodigies.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi.

Et hoc anno, post festum Sancti Michaelis, [3] rosaria protulerunt rosas colorem et odorem perfectum habentes. Corvi quoque [4] et aucæ, et aves aliæ, pullos produxerunt. Abnormal productions of nature.

Dominus Johannes fit Dux Lancastriæ.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, pp. 194, 5.

Dominus Johannes Gaunt, Comes Richimundiæ, hoc anno factus est Dux Lancastriæ, jure uxoris suæ, filiæ et hæredis quondam Ducis Lancastriæ, qui eodem anno diem clausit extremum. A.D. 1362. John of Gaunt created Duke of Lancaster.

De Magnis Comitivis.

Eodem anno, illa Magna et famosa Comitiva de diversis nationibus adunata, cujus duces pro majori parte erant Anglici, partes Franciæ versus Annivionem invaserunt, et villam Sancti Spiritus ceperunt, cum villis et castellis multis in Francia; quos nulla virtute vel arte potuit Rex Franciæ expellère de terra sua. A.D. 1361. The Great Company in France.

Eodem tempore surrexit et alia Societas, quæ "Alba Comi-"tiva" vocabatur; quæ transiit per Provinciam in Lumbardiam; The White Company.

[1] This event took place in 1360.

[2] *castella* in the printed texts and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] *rosoria* in orig.

[4] These two words are omitted in the printed texts.

A.D. 1361. et duces hujus Comitivæ erant Anglici, qui aliquando erant stipendiarii, aliquando ex proprio capite discurrerunt, accipientes redemptionem de diversis villis et castellis, ac civitatibus; nec pene secure vixit quisquam in illis regionibus, qui non istorum benevolentia fruebatur. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 195.

Princeps desponsat suam consanguineam.

Prince Edward marries Joanna, Countess of Kent.

Isto anno, Edwardus Princeps Walliæ desponsavit Johannam Comitissam Kanciæ, relictam Domini Thomæ de Holand, quæ olim fuit separata a Comite Sarum, militis prædicti causa.

A great pestilence. Obituary of the year.

Hoc etiam anno fuit grandis pestilentia, quæ viros potius consumpsit quam fœminas. Quo in tempore obiit Reginaldus Wygorniensis, Michael Londoniensis, et Thomas Eliensis, Episcopi. Quibus successerunt, provisione Papæ, Johannes Barnet ad Wygorniensem, Symon Langham Abbas Westmonasteriensis ad Eliensem, et Magister Symon de Sudbury ad Londoniensem, ecclesias. De nobilibus vero decesserunt Dominus Henricus Dux Lancastriæ, Reginaldus Cobham, Willelmus Fiz-Waryne, et Johannes Moubray. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1362.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, tricesimus sextus, tenuit Rex Natale apud Wyndelyshore; et quinto-decimo die sequente ventus vehemens, [1]Notus, Auster, Africus, tanta vi erupit, quod flatu suo domos altas, ædificia sublimia, turres et campanilia, arbores et alia quæque durabilia et fortia, violenter prostravit, pariter et impegit, in tantum quod residua quæ modo extant sunt hactenus infirmiora. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi. Cont. Murimuth, p. 196.

Violent wind.

Hoc anno vendebatur libra ceræ pro octodecim denariis. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi.

Victory gained by the Great Company.

Quo etiam anno, Magna Societas, quæ prævaluerat in Francia et excreverat, commisit bellum cum Francis, et vicit, plures nobiles captivando, et multa fortalitia capiendo.

Ineffectual overtures for lessening the ransom of the King of France.

Eodem tempore, Cardinalis [2]Andrinus Abbas Cluniacensis, tertio die in fine Aprilis, venit Londonias, tractaturus cum Rege et Consilio suo pro redemptione Regis Franciæ minuenda, obsidibus liberandis, et matrimonio contrahendo cum sanguine Regis Angliæ et Karoli Bloys; sed de hiis pauca vel nulla expedivit.

A tournament held at London, and attended by many foreign knights.

Eo tempore fiebant Londoniis [3]de Smythfeld hastiludia, quinque primis diebus Maii, præsente Rege et Regina, et majori militia Angliæ et Franciæ aliarumque terrarum. Ad quæ venerunt Hispani, Cyprii, et Armenii milites, auxilium Regis

---

[1] *Nothus* in orig.

[2] *Adrianus* in the printed texts.

[3] *in* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Angliæ requirentes contra Paganos, qui invaserant fines suos. A.D. 1362.

MS. Cleop. A. xvi. Stapula lanarum, non obstante sacramento Regis et aliorum majorum Angliæ, mutatur ad Caleys. The staple of wool removed to Calais.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi. Cont. Murimuth, p. 197. In festo Apostolorum Petri et Pauli, Rex Edwardus Tertius apud Westmonasterium obtulit vestes in quibus Beatus Petrus Apostolus celebravit, [1] et dedit per chartam suam Abbati et Conventui Westmonasteriensi duos cervos de venatione sua, capiendos annuatim in Foresta de Wyndeleshore. Offering made by King Edward to Westminster.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 197. Edwardus, Regis primogenitus, eo tempore, circa festum Sanctæ Margaretæ, apud Westmonasterium, præsentibus regni majoribus, suscepit a patre suo Principatum Aquitanniæ, fidelitate prius et homagio sibi factis; sed tamen Principatum Walliæ, Ducatum Cornubiæ, [2] Comitatus Cestriæ [3] sive Kanciæ, non reliquit. Prince Edward receives the Principality of Acquitaine. Qui, circa festum Purificationis Beatæ Mariæ MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. proximo sequens, cum uxore et tota sua familia in Wasconiam transfretavit.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi. Eodem anno, Symon Islepe, Cantuariensis Archiepiscopus, devotionem multorum aut infecit aut subtraxit, litteris suis patentibus, sub pœna excommunicationis, præcipiens universis ecclesiarum rectoribus et vicariis suæ Provinciæ, et illorum subditis, ut de cætero non abstineant in festis quorundam Sanctorum ab operibus manualibus et servilibus, quæ prius in talibus festis fieri non licebant. Injunction that ordinary work shall not be laid aside on Saints' days. Si tamen [4] beneficeret, judicet hoc caput Sanctorum, cum membris, qui mortem quondam Regis Angliæ, Willelmi Rufi, tradidit in manus et arbitrium Sancti Albani [5] Protomartyris hujus regni. Idem insuper Archiepiscopus assignavit et statuit, non plus dari sacerdotibus pro annuali stipendio quam sexaginta sex solidos octo denarios: quod plures furari coegit. Limitation of priests' payments: evil results thereof.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi. Cont. Murimuth, pp. 197, 8. Eodem anno cœpit Parliamentum Londoniis, septimo-decimo Kalendas Novembris; quod continuatum est usque in festum Sancti Bricii, quo die Rex natus fuerat, annis ætatis suæ quinquaginta expletis: Parliament at London. unde, in suo Jubilæo populo suo se exhibuit gratiosum, reis majestatis suæ regiæ offensas indulgendo, vinctos libere abire permittendo, et exules revocando; ad petitionem etiam communitatis, placita in lingua materna, et non Gallica, versari jussit. Concessions made on occasion of a Jubilee. Leonellum quoque, filium suum, fecit Ducem Clarenciæ, et Edmundum Comitem Cantebrigiæ. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi. In dicto Parliamento, concessum erat Regi per tres annos sequentes recipere viginti sex solidos et octo denarios de quolibet Grant made to the King.

---

[1] This gift is not mentioned in the Continuation of Murimuth.

[2] *Comitatis* in orig.

[3] *et* in the printed texts.

[4] *benefecerit* in the printed texts.

[5] *Prothomartiris* in orig.

A.D. 1362. sacco lanæ transvehendo ultra mare. Ordinatum est insuper, nullum in regno præter Regem, Reginam, ac Duces, in posterum provisores habere victualium; nec [1] ut aliquid caperent nisi denariis præsolutis, et ut hæc transgredientes stricto judicio puniantur. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Purveyors of victuals abolished.

Death of Pope Innocent VI.

Succeeded by Urban V.

Obiit hoc anno, mense Augusti, Papa Innocentius Sextus; cui successit Dominus Gillerinus, Abbas Ordinis Sancti Benedicti Marciliatus, [2] patre Anglicus, doctor egregius, et Auditor in Curia; et secundo Kalendas Novembris consecratus, et vocatus "Urbanus Quintus." Hic cum longum tempus in Curia transegisset, et nullum a Papa gradum accepisset, cuidam amico suo conquestus est, dicens, "Puto," inquit "veraciter, "O amice, etsi omnes ecclesiæ [3] mundi caderent, nulla caderet super caput meum." Cum coronatus fuisset, accedens ad illum dictus amicus suus quondam, ait, "Dudum conquesti "estis, Pater beatissime, dicens, etsi omnes ecclesiæ mundi "caderent, nulla caderet super caput vestrum. Ecce! quomodo "Deus disposuit in hac parte. Omnes siquidem ecclesiæ "mundi modo super caput [4] unum pariter ceciderunt." MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cleop. A. xvi. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Obituary of the year.

Obiit eodem anno Johannes Episcopus Lincolniensis, cui successit per provisionem Johannes de Bukhyngam; et Robertus Episcopus Cicestriæ, cui successit, provisione Domini Papæ, Magister Willelmus de Lenne. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi. Cont. Murimuth, p. 198.

Death of Joanna, Queen of Scotland.

Great mortality.

Eodem anno obiit Domina Johanna Regina Scotiæ, et Londoniis sepelitur. Moriebantur etiam plures morbo litargiæ, multa infortunia prophetantes; mulieres insuper decessere per fluxum, et erat communis pestis bestiarum. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cleop. A. xvi.

A.D. 1363. Anno gratiæ millesimo trecentesimo sexagesimo tertio, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, tricesimus septimus, tenuit Rex Natale apud Wyndeleshores. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The Pope revokes pluralities.

The King of France assumes the cross.

Quo anno Papa pluralitates revocavit, decernens facto decretalis horribilis sufficere clerico rectoriam cum quatuor præbendis, minoribus vero minus. Iste Papa fratrem suum Episcopum Anivionæ ordinavit; et sequenti proxima Parasceue Johannem Regem Franciæ, cum aliis regibus et proceribus, cruce signavit. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cleop. A. xvi.

Murder and mutilation of a priest, in London.

Prope tempus illud, quidam, spiritu diabolico instigati, corpus cujusdam sacerdotis Londoniis in quatuor partes diviserunt; quas per quatuor partes dictæ civitatis contemptibiliter projecerunt; auctores vero hujus sceleris usque ad præsens latent. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi. Cont. Murimuth, p. 198.

---

[1] *vel* in orig.; corrected from the printed texts.

[2] *patria* in the printed texts; *patre* in Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] Added in a later hand. It is found in the printed texts. This passage is not in Cleop. A. xvi.

[4] *meum* in orig.: corrected from the printed texts and Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 198. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi.

A.D. 1363. Parliament at London.

Eodem anno, mense Octobri, tenuit Rex Parliamentum Londoniis; a quo nullus magnus se potuit absentare. In quo omne ornamentum, aureum sive argenteum, erat damnatum, sive in cultellis, cingulis, monilibus, annulis, et cæteris corporum ornamentis, nisi in talibus qui possent per annum expendere [1] decem libras. Ordinatum est ibidem etiam, ne mercatores Angliæ cum suis mercimoniis, vel ad vina quærenda, de cætero transfretarent; et ut singuli artes suas exercerent; et ut nulli pannis pretiosis aut pellura uterentur, nisi qui possent expendere per annum centum libras; et ut plebeii operarii et agricultores non vescerentur cibis delicatis aut potibus. Sed hæc omnia nullum effectum capiebant.

Sumptuary laws enacted. But to no purpose.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi. Cont. Murimuth, p. 199.

Three Kings visit England. The King of France dies in London (A.D. 1364).

Eisdem diebus venerunt tres Reges, videlicet Franciæ, Cypriæ, et Scotiæ, visere et alloqui Dominum Regem Angliæ; a quo plurimum honorati et donis donati, Reges Cypriæ et Scotiæ ad sua reversi sunt; sed Rex Franciæ, gravi morbo correptus, Londonias apud Saveye diem clausit extremum. Sed hoc contigit anno sequenti. De obitu Regis hujus exequias Rex [2] Angliæ in diversis locis solemniter fecit celebrari, ac usque Dovoriam suis sumptibus per reverendos viros corpus ejus, more regio, conduci fecit; qui tandem sepultus est juxta Parisium apud Sanctum Dionysium; et regnavit pro eo Karolus, filius suus major.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 200.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 199.

Great frost.

Eodem anno, septimo Idus Decembris cœpit gelare; perduravitque gelu fortissimum usque decimum quartum Kalendas Aprilis.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi.

The King of Cyprus plundered.

Rex Cypri itinerando in Anglia plura perdidit per latrones. Ob quam causam Rex Edwardus concessit Londoniensibus potestatem [3] impios eorum malefactores justificandi, et incarceratos infra civitatem liberandi, Justiciariis Regis, ut prius solebant, ad hoc non vocatis.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 199.

Obituary of the year.

Hoc anno obiit bonæ memoriæ Dominus Radulphus de Schrouesbyry, Episcopus Bathoniensis; ad quam sedem translatus est Magister Johannes de Barnet de ecclesia Wygorniensi; et Johannes de Wyttelesey de Roffensi translatus est ad ecclesiam Wygorniensem; cui successit Thomas Trillek in Roffensem ecclesiam.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi.

Dearth of corn.

Hoc anno fuit tanta frumenti caristia, ut venderetur summa frumenti quindecim solidis.

---

[1] *quadraginta* in Cont. Murimuth.

[2] *Anglorum* in the printed texts.

[3] *impiosior* in orig.; by inadvertence; *copiosiorem* in the printed texts; corrected from MS. Bibl. Reg. 13 E. ix., where, however, it strongly resembles *impiosior*.

A.D. 1363. A General Chapter of the Benedictines at Northampton. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi.

Generale Capitulum Nigrorum Monachorum fuit hoc anno [1]apud Northamptoniam, [2]præsidendo Domino Thoma Abbate Sancti Albani; in quo statutum est, inter cætera, [3]perpetue fieri jugemque memoriam per totum Ordinem pro vivis et defunctis, in omnibus horis diurnis pariter et nocturnis.

A.D. 1364.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, tricesimus octavus, tenuit Rex Edwardus Natale apud Wyndeleshore.

Exercise of his privilege of pardon by the Abbot of Battle. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi. Cont. Murimuth, p. 199.

Quo tempore Abbas de Bello, itinerando versus Londonias, obviavit cuidam damnato ad furcas ex Marescalcia Regis: quem, virtute libertatum [4]et privilegiorum suorum, erectum et liberatum a mortis periculo secum adduxit. Et quamvis Rex et magnates alii ferrent graviter factum istud, chartas tamen suas per placitum ibidem habuit approbatas.

Defeat and death of Charles de Blois. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi.

In festo Sancti Michaelis, Karolus le Bloys cum gente multa bellica, ad numerum trium millium sexcentorum, irruit subito super Johannem de Monte Forti et Dominum Willelmum Latiner, dum obsiderent villam cum castro [5]Doveroi, qui vix mille sexcentos de Anglis, et Britonibus, et omni gente, habuerunt; ubi facto congressu absque deliberatione, ceciderunt ex parte Ducis septem viri, et, ex parte Karoli intrusorum, ipse Karolus cum Domino de Richford et Willelmo Vango, militibusque et armigeris pene mille. Et capti sunt de parte Karoli, duo Comites, viginti septem Domini, et armati viri strenui mille quingenti.

Death of John, King of France. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Hoc anno, quinto Idus Aprilis, obiit, ut prædicitur, Johannes Rex Franciæ; cujus mors utrumque regnum non modicum perturbavit.

The Lombard merchants accused of dishonesty to the King. M.S. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 200.

Eodem anno, Longobardi mercatores sunt accusati per socios suos de magna infelicitate in mercimoniis suis facta Regi; unde pars major illorum in Turri Londoniarum recluditur, quousque finem Regi fecissent ad ejus beneplacitum.

Contemplated marriage of Edmund de Langley; prevented by the King of France.

Eisdem diebus, Edmundus de Langelay, filius Regis Edwardi, filiam et hæredem desponsasset Comitis Flandriæ, nisi propinquitas consanguinitatis prohibuisset. Unde, [6]pro habenda dispensatione missum est ad Papam; sed Rex Franciæ Karolus ne matrimonium istud procederet callide impedivit. Quæ mulier expost copulata est Philippo fratri Regis Franciæ,

---

[1] Omitted in the printed texts.
[2] *præsidente* in the printed texts.
[3] *perpetuam* in the printed texts.
[4] Omitted in the printed texts.
[5] Meaning *d'Auray*.
[6] From this word down to "*istud*" is omitted by inadvertence; but is supplied in a marginal note by a later hand.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, pp. 200, 1.

A.D. 1364.

Duci Burgundiæ, [1]qui quondam patri suo in Anglia fuerat concaptivus.

Great defeat of the Pagans in Turkey.

Sub eodem tempore, in planis Turkeyæ, in die Omnium Sanctorum, commissum est bellum atrocissimum inter Christicolas et Paganos; ubi Christiani, quamvis gravi damno suo, fuere victores. Attamen de Christianis ibidem cecidere [2]principes [3]J. Rex Hungariæ, Siwardus Rex Gorgoniæ, et Magister Hospitalis Insulæ [4]de Roodes, et Christiani ad numerum quinque millium ducentorum et decem. De Paganis missa sunt ad Tartara virorum quadraginta millia robustorum; quæ perempta sunt ibidem, cum aliis popularibus quorum numerus non potuit comprehendi. Et fuerunt principes Paganorum, Soldanus Babiloniæ, Rex Turkyæ, Rex Baldok, Rex Belmarinus, Rex Tartarorum, et Rex de Lettowe; ex quibus tres interfecti fuerunt, ut hii qui interfuerant dicto prœlio referebant.

A.D. 1365.

A son born to the Prince of Wales; who dies at an early age.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Cleop. A. xvi. Cont. Murimuth, p. 201.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo [5]sexagesimo quinto, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, tricesimus nonus, natus est Edwardo, principi Walliæ et Aquitanniæ, apud Angolismum, et vocatus est filius nomine patris sui "Edwardus." Hic anno ætatis suæ septimo diem clausit extremum, non tamen præmature, ut plurimi asserebant.

Marriage of the Princess Isabella.

[6]Eodem anno, Ingelramus Dominus de Coucy apud Wyndeleshoram desponsavit Isabellam, filiam Regis Edwardi Tertii, cum magna solemnitate.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Capture of Alexandria.

[7]Hoc etiam anno Rex Cypriæ cepit Alexandriam Magnam, quæ clavis est Ægypti, [8]perempta illic non modica multitudine Paganorum. Principes igitur prædictorum, cum Soldano, illud factum indigne ferentes, [9]innumeros adunantes Sathanæ satellites, venerunt contra eum. Quorum multitudini Rex et sui se cernentes omnino impares, cum non haberent exercitum qui custodire posset tertiam partem civitatis, usi consilio sapienti, deprædati sunt illam partem quam ceperant, auferentes spolia et divitias quæ quemlibet exsaturare valuissent. Nempe non ceperunt nisi unam partem urbis, ex una parte fluvii, quia brachium quoddam [10]marinum urbem secat. Reliquam

Part of the city plundered.

---

[1] This passage is not in Cont. Murimuth.

[2] *principibus* in the printed texts.

[3] *Louis* was the name of the then King of Hungary, but he died in 1382.

[4] *et Roodes* in orig.; corrected from the printed texts.

[5] *quinquagesimo* in the printed texts.

[6] Corrected to "*anno* 36," in a somewhat later hand, in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[7] This narrative is greatly abbreviated in the Continuation of Murimuth, p. 201.

[8] *perempti* in orig.

[9] *innumores* in orig.

[10] *marinam* in the printed texts.

A.D. 1365. partem tenuere Pagani. Ditati nihilominus omnes fuerunt a maximo ad minorem. Et postquam spolia collegissent ad placitum, quarto die captionis ejus, vel quinto, recedentes illæsi civitatem deprædatam incredulis reliquerunt. Omnia vero genera specierum transmarinarum diu post hæc et rariora et cariora fuere, quamvis Soldanus, in despectu Christianorum, proclamari fecisset in partibus, ne mercatores se subtraherent ab [1]eadem urbe, sed more solito illuc advenirent, habituri tam bonum forum rerum venalium sicut ante captionem dictæ civitatis; sed tamen non ita evenit. Interfuerunt autem huic captioni, cum Rege Cypriæ, plures Anglici et Aquitannici; referentes tam in Angliam quam in Aquitanniam pannos aureos et olesericos, splendoresque gemmarum exoticos, in testimonium tantæ victoriæ illic factæ.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Consequent rise in the value of spices.

Rich spoils brought to England and Acquitaine.

A.D. 1366. Anno gratiæ millesimo trecentesimo sexagesimo sexto, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, quadragesimus, natus est Domino Edwardo, Principi Walliæ et Aquitanniæ, apud Burdegalyam, Ricardus, filius suus secundus; quem Ricardus Rex [2]Majoricarum de sacro fonte suscepit.

Birth of Prince Richard, at Bordeaux.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 202.

Circa idem tempus, Rex Franciæ et majores regni interpellaverunt auxilium Regis Angliæ contra [3]Magnas Comitivas quæ debacchabantur in Francia; quarum ductores erant Anglici pro majori parte, vel saltem de dominio Regis Anglorum. Qui primo jussit per litteras suas ut exirent Franciam, et non præsumerent illud regnum ulterius infestare. Qui valde ridiculose talia mandata ferentibus responderunt, se nihil ibidem tenere de Rege Angliæ, nec velle pro eodem suas munitiones relinquere, sive victum suum, quæ tantis laboribus adquisissent. Quorum responsis exacerbatus Rex Angliæ, paravit se ad transfretandum. Sed Rex Franciæ, cum audisset de tanto Regis apparatu, timuit, putans fortassis se regnum amissurum, si contingeret Regem Angliæ fore victorem. Quapropter misit ad Regem, rogans ut a cœptis desisteret, et domi se contineret. Quæ quidem missio Regem Edwardum iterum in tantum contristavit, ut juraret per Sanctam Mariam se nunquam surrecturum in auxilium Regis Franciæ, licet dictæ Comitivæ Regem, cum suis omnibus, nitantur expellere regno suo. Nihilominus, expost, ad jussum Regis Angliæ, redditis Regi Franciæ villis et castellis, per prædictas Comi-

The King of France requests the aid of King Edward against the Great Companies.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The possessions of the King of France are restored.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 202

---

[1] *eidem* in orig.

[2] *Navarriorum* in the printed texts; *Armoricarum* in the Continuation of Murimuth.

[3] *magnos* in orig.; by inadvertence.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 202.

A.D. 1366.

The Great Company proceeds against Pedro, King of Spain.

tivas diu possessis, Bertrandus [1] Cleikyn, miles insignis et belliger, cum Magna Comitiva processit contra Dominum Petrum Regem [2] Hispaniæ, ut illum deponeret, fretus auxilio et favore Papæ. Fuit utique iste Bartrandus semper quietis impatiens, bellum diligens plus quam pacem. Dicebatur de isto rege, quod vixit inter suos tanquam pessimus maleficus et tyrannus, proscribens et interficiens suos naturales homines; et, quod pejus est, spreta religione Christiana, cum quadam se Judæa fœmina miscuisset. Qui cum audisset adventum illius terribilis Comitivæ, mox timore perterritus fugit in Vasconiam ad Dominum Principem Walliæ, poscens ab eo subsidium et juvamen. Quo fugato, Henricus, frater ejus bastardus, assensu majoris partis Dominorum Hispanniæ, sive communium, et auxilio Comitivæ prædictæ, factus est Rex ibidem. Erat autem numerus Comitivæ prædictæ circiter sexaginta millia bellatorum.

Henry, the Bastard of Spain, is made King.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Obituary of the year; and ecclesiastical promotions.

Hoc anno obiit Simon Islepe, Archiepiscopus Cantuariensis; cui successit Symon de Langam, Episcopus Eliensis, provisione Papæ; Johannes Barnet, de ecclesia Bathoniensi, translatus est ad Eliensem ecclesiam; Magister Johannes Harewelle, contemplatione Domini Edwardi Principis Walliæ, confirmatus est a Papa in Episcopum Bathoniensem. Item, hoc anno obiit Willelmus de Edyngdone, Episcopus Wintoniensis; cui successit per electionem, Domino Rege procurante, Dominus Willelmus de Wykam, [3] portitor Privati Sigilli.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, pp. 202, 3.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1367.

Prince Edward proceeds to the aid of Pedro.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo sexagesimo septimo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, quadragesimus primus, Princeps Edwardus, condolens calamitatibus Domini Petronis, Regis Hispaniæ, profectus est in regnum illud cum electa multitudine bellatorum Angliæ, Scotiæ, [4] Franciæ, Aquitanniæ, et Britanniæ, et aliarum gentium plurimarum; ad quem cum multis accessit Dominus Hugo de Calverlee, deserto Henrico Bastard, eo quod noluit stare contra Dominum Principem, primogenitum Regis sui. Venit insuper ad Principem Dominus Robertus Knollis, cum electa multitudine Magnæ Comitivæ prædictæ. Qui duo de sua militia multum auxerunt, confortaverunt, et animaverunt, partem ejus. De Anglia venit ad eum Dominus Johannes Dux Lancastriæ, cum multis valentibus militibus et armigeris, aliisque armatis; eratque cum eo Rex Navariæ, cum multis de gente sua. Ex adversa parte venit ipse Henricus Bastardus,

Receives large reinforcements.

---

[1] Bertrand Du Guesclin is the personage meant.

[2] *Hypaniæ* in orig.

[3] *portator* in the printed texts.

[4] *Navarriæ*, *Aquitanniæ*, in the printed texts.

A.D. 1367.

Numerous supporters of Henry's cause.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

et cum eo Bartrandus Cleykyn, cum magna parte illius Magnæ Comitivæ, quæ ipsum secuta est non tantum amore quantum spe prædæ. Venerunt insuper cum Bastardo pene omnes Domini et potentes Hispanniæ, et de Gallicis infiniti, partim missi per Regem Franciæ, partim lucri contemplatione. Saraceni præterea, et ulteriores Hispani, sed increduli, confluxerunt cum intrusore [1]prædicto, qui præ multitudine dinumerari non valebant. Igitur post paucos dies adventus Principis in Hispanniam, Rex Navariæ, se gerens incaute, captus est repente a militibus Bertrandi Cleykyn. Qui tamen Domino Principi expost cito fuit redditus; capto eodem Bartrando, qui mortis incurrisset supplicium, nisi eum protinus judicasset. Remansit tamen idem Bartrandus captivus postea per longum tempus; captus quippe fuerat antequam acies convenirent ad feriendum, in initio belli hujus.

The King of Navarre is captured; but soon restored.

Victory gained by Prince Edward at Najara.

Cito post hæc, acies ad invicem percusserunt, sagittariis Anglicanis laudabiliter rem agentibus, et Hispanos undique cum incredulis ferientibus. Dominus Johannes Dux Lancastriæ et Dominus Johannes Chaundos, miles famosissimus, quibus assignati fuerunt illi qui de Magna Comitiva adhæserunt Principi, primam aciem habuerunt. Super hos pondus belli stetit, super hos Sarracenica [2]phalanx incubuit, super hos Hispanorum innumera multitudo diu sævit. Sed tandem superveniente Domino Roberto Knollis, cum electa gente quæ eum secuta fuerat, et nostra pars augetur et animatur, et pars adversa debilitatur et terretur. Tunc retrocedunt Hispani, corruunt Sarraceni, et ad inferna properant per centenos. Ipse dux partis adversæ pavefactus, hiis visis, et maxime de sagittis quæ cum undique circumvolaverunt, reliquit sonipedem quem insederat, et equum velociorem insiliens festinavit ad fugam; non tamen illæsus, quia, prout dicebatur, erat in inguine sagittatus. Cognita vero fuga ducis sui, Hispani ultra resistendi spiritum non habentes, in fugam [3]cuncti illico convertuntur. Quos nostrates insequentes percutiunt, perforant, et prosternunt, quosdam captivantes, plurimos perimentes. Captus est ibidem siquidem Comes de Deñe, cum multis ex nobilioribus illius regni. Captus est insuper, ut prædicitur, ipse Bartrandus Cléikyn, qui fuerat principalis consiliarius ex parte Bastardi, et dux primæ aciei. In hac pugna etiam, et fuga prædicta, occisi sunt ex gente Hispanica et auxiliariis plures quam septem millia bellatorum. In fluvio nempe de Nazar suffocati sunt

The Count of Denia and Du Guesclin taken prisoners.

---

[1] *prædicte* in orig.
[2] *falanx* in orig.
[3] Omitted in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

multi rapaci gurgite illius aquæ; in tantum ut unda appareret rubra vel sanguinea per spatium milliarii, præ numerositate vulneratorum, vel illic se præcipitantium [1] vel ibidem per Anglicos peremptorum. Commissum est prœlium istud tertio die Aprilis, vel, ut quidam volunt, in Vigilia Dominicæ Annunciationis. A.D. 1367.

Igitur obtenta tanta victoria, Princeps illustrissimus præfatum Dominum Petronem restituit in regnum suum; qui expost ingratus et infidelis eidem Principi, non tenendo promissa, initium magnorum dolorum fuit illi. Revera cum speråsset de eo recepisse pecuniam cum qua satisfecisset [2] suis conductitiis, et præcipue Magnæ Comitivæ quam de Galliis [3] accersiri fecerat, deficiente ipso in promissis, confringi et comminui fecit vasa sua aurea et argentea, et monetam exinde fieri; quam suis stipendiariis erogavit, ipso paupere remanente. Misit præterea quemdam ex suis militibus, ut caperet nomine suo seisinam in Comitatu de Algezira et aliis terris quas idem Rex Petro sibi [4] reconcessit, sed nunquam tamen fuit in possessione pacifica de eisdem; et ita regressus est in Aquitanniam, depauperatus nimium, quia consumpserat omnes thesauros suos in hac expeditione, ut præfertur. Ob quam causam compulsus est manus mittere ad bona subditorum suorum, et in toto dominio Wasconiensi novas taxas exigere, et insuetas. Quamobrem cito postea defecerunt ab eo, et rebellare cœperunt. Sed hæc postea.

Pedro is restored to his kingdom: but displays ingratitude.

The Prince returns, impoverished to Acquitaine; and imposes new taxes.

Per idem tempus, Bartrandus Cleykyn, solvens [5] redemptionem, a captivitate liberatur, et pergens in Hispanniam Regi Petro conciliatur. Persuasit [6] ergo sibi, tanquam communis amicus et pacis [7] mediator, ut reciperet Henricum Bastardum, fratrem suum, in gratiam; quem promisit futurum fidelem sibi. Cujus verbis credens, idem Petro jussit ut ad eum adduceret, spondens se omnem rancorem et cunctas forisfacturas remissurum. Procuravit proinde idem Bartrandus, ut dictus Henricus adveniret cum armata manu, eo tempore quo Rex sedebat in prandio, et subito præoccupatum lancea perforaret. Quod et factum est; et mox Bastardus invasit regnum iterum, [8] partus proditione quod non potuit aperto Marte.

Du Guesclin is liberated.

Pedro is treacherously slain by his brother.

Edwardus Princeps, per idem tempus, ut dicebatur, intoxicatus fuit; a quo quidem tempore usque ad finem vitæ suæ

The Prince of Wales is poisoned.

---

[1] *ut* in the printed texts.

[2] *sine* in orig.; by inadvertence.

[3] *accessiri* in orig.

[4] *præconcessit* in the printed texts, and in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[5] *redemptionem suam* in the printed texts.

[6] *igitur* in the printed texts.

[7] *moderator* in the printed texts.

[8] *adeptus* in the printed texts.

A.D. 1367. nunquam gavisus est corporis sanitate. Sed et plures strenui et valentes, post victoriam Hispanicam, fluxu ventris et aliis infirmitatibus perierunt ibidem, ad magnum detrimentum Anglicani regni.

Numerous deaths among the English troops.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, pp. 203, 4.

Pope Urban V. goes to Rome.

Eodem anno, circa principium mensis Maii, Papa Urbanus Quintus de Aniviona, cum plena curia, se transtulit versus Romam; quo circa festum Sancti Lucæ Evangelistæ [1]sanus pervenit, et summo cum honore ab omnibus est receptus; quia a tempore Papæ Bonefacii Octavi ibidem visus fuerat Papa nullus; statimque loca sancta collapsa et ecclesias dirutas reparavit, reliquias Sanctorum auro, argento, et gemmis pretiosis, pulcherrime decoravit, et multa bona fecit ibidem; propter quæ, infinitas benedictiones post mortem ab omni populo reportavit.

Changes effected by him there.

A.D. 1368. Anno gratiæ millesimo trecentesimo sexagesimo octavo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, quadragesimus secundus, mense Martio visa est stella comata inter partes Septentrionales et Occidentales, quæ versus Franciam radios suos porrexit.

A comet seen.

Marriage of Lionel, Duke of Clarence,

Quo anno, mense Aprilis, Leonellus Dux Clarenciæ, Regis Edwardi Tertii filius, cum electa multitudine nobilium Anglicorum, transivit versus Mediolanum, ad accipiendum in uxorem filiam Domini Galias, domini Mediolani, cum qua medietatem ejusdem dominii fuerat habiturus. Sed tamen modico tempore super conjuge vel dominio gaudere permissus est; morte, quæ cuncta disjungit et separat, mox preventus. Celebrato nempe inter eos cum maxima gloria matrimonio, Leonellus, circa festum Nativitatis Beatæ Mariæ proximo sequens, diem clausit extremum.

And death.

The French invade the territory of the English King; and endeavour to deceive him.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Eodem anno Franci pacem fregeruit, equitantes in terras Angliæ in Comitatu de Pountyff, castella, villas, oppida, et munitiones, ex insperato capientes, partim vi, partim proditione; homines vero Regis Angliæ quosdam peremerunt, quosdam captivaverunt, Rege [2]Angliæ hæc omnia ignorante. Et ad circumveniendam Regis Angliæ innocentiam, Rex Franciæ, versutus et dolosus, misit ei nuncios qui dicerent eum fore paratum solvere quod residuum fuerat de redemptione patris sui, quondam Regis Franciæ, Johannis; et omnes conditiones pacis, apud Caleys factas, observare. Interea Princeps Walliæ direxit nuncios ad patrem suum de Wasconia, mandans per litteras suas ne Francorum Regi fidem daret, qui proculdubio paratus fuit ad decipiendum eum, et jam pacem fregerat vastando terras suas. Sed Rex Angliæ, quorundam ductus consiliis,

He refuses

---

[1] *sanis* in orig.; by inadvertence.

[2] *Franciæ* in the printed texts; but erroneously.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

qui dicebant Principem temerarium et quietis impatientem, quippe qui nihil [1] magis quam bella cupivit, et ob id infamaverat Regem Francorum satis innocentem, filii sui litteras monitorias parvipendit.

A.D. 1368. to listen to the counsels of the Prince.

Eo tempore, Rex Franciæ, ad decipiendum plenius Regem Angliæ, misit ei vina de Boemia, et alia donativa, indicia bonæ fidei et dilectionis. Et factum est, adhuc Gallicis nunciis cum Rege existentibus, nova deportantur ad Regem, quod Rex Franciæ diripuisset hostiliter pagum Pontinum, villas vastasset, et homines captivasset. Insuper et magnam villam et fortem de Abvyle cepisset, et prædas multas cepisset ibidem. Cum autem audisset Rex de captione de Abvyle, contristatus est valde, et nunciis quidem præcepit cum donis redire, nolens eis damna inferre. Sed jussit eis ut referrent Regi suo, ejus se infidelitatem quam maxime detestari, quam proculdubio lueret in futurum. Quibus domum properantibus, Calesienses facti sunt obviam, et vina diripientes, Calesiam adduxerunt. Franci nihilominus, ut erant semper fraude et dolositate pleni, causam fractionis pacis cautelose et subdole imposuerunt Anglicis.

King Edward becomes sensible of the treachery of the French King, and refuses his presents.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 204.

Hoc anno, mense Octobri, Dominus Symon de [2] Lanham, Archiepiscopus Cantuariensis, creatus est in Cardinalem, et sequenti anno, mense Aprilis, versum Curiam iter cepit. Igitur Papa transtulit Magistrum Willelmum de Wyttelesey, Episcopum Wygorniensem, ad ecclesiam Cantuariensem; et Magistrum Willelmum de Lenne, Episcopum Cicestriæ, ad ecclesiam Wygorniensem, et Magistrum Willelmum Reed ad Episcopatum Cicestrensem, promovit.

Ecclesiastical promotions.

Rex iterum vendicat regnum Franciæ.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo sexagesimo nono, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, quadragesimus tertius, circa finem mensis Maii, Rex Edwardus tenuit Parliamentum apud Westmonasterium, in quo tractavit de rupto fœdere inter ipsum et Regem Francorum. Quapropter, sicut olim, totum regnum Franciæ iterum vendicavit. In cujus rei negotium, circa festum Nativitatis Beatæ Mariæ, misit filium suum Johannem Ducem Lancastriæ, et Humfridum de Boun Comitem Herfordiæ, cum valida manu militum, in Franciam ad pugnandum pro jure suo. [3] Qui ducentes exer-

A.D. 1369. Parliament at Westminster.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, pp. 205, 6.

Edward again claims the French throne.

[1] *maris* in orig.; erroneously.

[2] Correctly, *Langham*.

[3] The sequel of this narrative resembles that of the Continuation of Murimuth, but is evidently derived from a much fuller source.

A.D. 1369. citum versus Montem Morianum, qui vulgo dicitur [1] "ly Calk-"hul," prope Calesiam, in quo consederat Francorum exercitus, adventum Anglicanæ militiæ præstolando, ad oppositum montis illius tentoria sua fixerunt. Dux igitur, illic adhibitis certis dominis ad corporis sui custodiam, qui noctium vigilias inter se dividerent, pro tutela sua, diu moram ibi protelavit, tam inutilem quam damnosam. Erant ibi tunc multi valentes barones et milites, qui cernentes plebem Anglicanam cotidie fame pesteque perire, eo quod [2] primum nullum sinebant pabulatum egredi, decreverunt pugnare cum Gallicis priusquam gens Angliæ peste seu fame nimis infirmata fuisset. Sed tamen, ductores, ut fertur, hujusmodi noluerunt consilio consentire, causantes se non habere sufficientem manum ad congrediendum cum tanta multitudine pugnatorum. Dubium quoque fuit, utrum eis virtus hominum aut audax mens defuerat. Dominus Thomas Beauchampe, Comes Warwycensis, belliger animosus, audiens quod die statuto Franci pugnare vellent cum nostratibus illic existentibus, mox electa valida virorum fortium comitiva, pervenit ad mare, et ascensis navibus quas paratas reperit, cœpit versus Calesiam navigare. De cujus adventu Francorum exercitus ita stupefactus extitit, quod relinquerent latenter tentoria cum suis victualibus, et clam [3] aufugerent antequam terram attingeret idem Comes. Cumque applicuisset, ducum [4] quos reperit ignaviam multum redarguens, detestatus est; qui consuluerunt sibi ne progrederetur. Ipse vero commotus, "Ego," inquit, "[5] progredi "volo, dum adhuc panis Anglicanus in virorum meorum "ventribus remanet indigestus." Et sine mora cum suis progrediens, Normanniam properavit, et insulam de Caws ferro flammaque vastavit, nemine sibi audente resistere. Sed heu! in redeundo versus Calesiam morbo pestilentiali correptus repente de medio est sublatus, parem sibi in armorum strenuitate, et Regi [6] regnoque fidelitate, superstitem minime derelinquens. Cæteri duces, ut præfertur, exercitum fere universum quem eduxerunt, quo nunquam ullus validior nostris temporibus lectus fuit de terra Anglicana, miserabiliter amiserunt fame, et peste quam ex fame contraxerat in partibus transmarinis.

Margin (left): Inactivity of the Duke of Lancaster at Calais. — Prowess of the Earl of Warwick. — His premature death. — Serious losses to the English army.

Margin (right): MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Per idem tempus, Papa fovebat guerram contra Dominos Mediolanenses, quia ipsi tyrannice et injuste terras, redditus, et

Margin (right): MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 206.

---

[1] *le Chalkhil* in the printed texts.
[2] *primam* in orig.
[3] *affugerent* in orig.
[4] *quas* in orig.
[5] *progredi et pugnare* in the printed texts and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.
[6] *regnique* in orig. and in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, pp. 206, 7.

A.D. 1369.

castella de Patrimonio Beati Petri longo tempore detinebant. Pro Papa vero militavit Dominus de Spencer, qui laudabiliter [1]se gessit ibidem post mortem Ducis Clarenciæ, cum quo pervenit ad partes illas.

The Pope wages war with the Milanese.

Eodem tempore floruit ille miles egregius et famosus Johannes Haukwode, Anglicus natione, habens secum illam Albam Comitivam prætactam superius; qui nunc contra Papam, nunc contra præfatos Dominos Mediolani, arma gerebat; cujus pars, quocunque verteret, semper vincebat. Multa itaque facta egregia ibidem operatus est cum suis, immo mirabilia inaudita, si quis vellet ejus gesta per singula enarrare.

Prowess of John Hawkwood.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, pp. 205, 7.

Eodem anno, mortua est Domina Philippa, Regina Angliæ, in die Assumptionis Beatæ Mariæ, mulier nobilissima et Anglorum amatrix constantissima; quæ apud Westmonasterium honorifice tumulatur, fundente sumptuosas expensas Rege Edwardo, marito suo, circa ejus exequias et sepulturam.

Death of Queen Philippa.

Obierunt hoc anno insuper Thomas Percy Northwycensis, Lodowicus Cherlton Herfordensis, et Johannes Graunsone Exoniensis, Episcopi; quibus, provisione Papæ, successere, Willelmus Courtenay ad Herefordensem, Henricus le Spenser ad Northwycensem, et Thomas Branthingam, favore litterarum Domini Regis Edwardi, ad Exoniensem, ecclesias.

Obituary of the year.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Hoc anno fuit magna pestilentia hominum et grossorum animalium, et per inundationes aquarum sequebatur et magna bladi damnificatio; in tantum ut sequenti anno modius frumenti tribus solidis venderetur.

A great pestilence among men and the larger animals.

Dearth of corn.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, pp. 205, 7.

Obiit [2]Blanchia Ducissa Lancastriæ, et in ecclesia Sancti Pauli Londoniæ sepelitur.

Death of Blanche, Duchess of Lancaster.

Hoc etiam anno tenuit Rex Parliamentum apud Wstmonasterium; in quo Regi conceduntur decimæ triennales, in tribus annis sequentibus persolvendæ. Et a laicis triennalis quintadecima conceditur pari modo.

Parliament at Westminster; grants made there.

A.D. 1370.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo septuagesimo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, quadragesimus quartus, Rex Edwardus, sinistro usus consilio, magnas summas pecuniæ a prælatis, dominis temporalibus, [3]ac [4]mercatoribus, aliisque divitibus, mutuo petiit et accepit, asserens quod in defensionenem Ecclesiæ et regni illas expenderet; sed tamen nihil inde profecit.

Large sums borrowed by the King.

Expost vero, circa Nativitatem Sancti Johannis Baptistæ, Rex Edwardus congregari fecit exercitum magnum valde,

---

[1] *segissit* in orig.

[2] *Banchia* in orig.; by inadvertence.

[3] Omitted in the printed texts.

[4] *marcatoribus* in orig.

A.D. 1378. de valentioribus viris et magis expertis in bello, qui in regno poterant inveniri. Inter quos erant Domini de Graunsone, de Fizthwater, et plures, tam armigeri quam milites, nobiles et valentes. Hiis præfecit ducem Dominum Robertum [1] Knollis virum providum et audacem, qui bella transmarina tractaverat per ante multotiens gloriose; cujus discretione et industria voluit eos totaliter regulari, et ejus imperio in omnibus obedire. Qui tandem, mari transito, in regnum Franciæ pervenerunt, ubi quamdiu fuerunt, unanimes Franci eos aggredi non audebant. Demum, circa principium hyemis, orta est discordia inter dictos Dominos juvenes et Robertum Knollis, ducem orum; qui de propriis virtutibus nimis confidentes, æstimabant se multum humiliatos, quod ejusdem Roberti consiliis et mandatis [2] eos oportuit obedire. Erat tunc inter eos quidam miles stipendiarius, dictus "J. Men-"streworth," qui [3] unam aciem prædicti ducebat exercitus; manu quidem promptus, sed mente fallax et perversus, et Roberto Knollis, cui tenebatur maxime, infidelis. Hic multum instigavit dictos Dominos contra Robertum, dicens in eorum grande redundare dedecus quod ei subjecti essent; satis scientem [4] et fortem [5] quemlibet eorum astruens, ad perficiendum injunctum negotium sine consilio Roberti Knollis, quem "Vispilionem Veterem" appellavit. Unde factum est, cum Robertus præfatus consuleret eos egredi Franciam eo tempore hyemali, et in Britannia hyemare, noluerunt ei consentire vel adquiescere, sed ibidem dixerunt se velle per totam hyemem expectare. Quapropter se in diversas turmas pueriliter dividentes, hyemationis loca quæsiverunt. Robertus vero Knollis, ut prudens et exercitatus miles, cum non posset eis persuadere salutem, divertit cum suis in Britanniam, et in castello suo se cum suis prudenter recepit. Gallici vero, sine mora, in cæteros sic divisos et nondum in locis [6] tutis constitutos, irruerunt acriter, duce Bartrando Cleykyn, et pro majori parte vel occidunt vel [7] capiunt universos, in magnum regno Angliæ dedecus et detrimentum. Dictus vero J. Menstreworthe, multis de suis amissis, vix evasit, veniensque in Angliam Dominum Robertum Knollis accusat instantius, imponens illi infortunii totius causas, eum insuper asserens proditorem. Sed nomen antiquum et probitas viri nota cunctis Anglicis id fecere, ut idem J. mendax reputaretur,

A great army is sent over to France.

Dissensions arise among its leaders.

Disastrous results thereof.

Accusations made against Robert Knollis; but discredited.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, pp. 207, 8.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[1] *de Knols* in the printed texts.
[2] *ejus oportuit* in the printed texts.
[3] *una et aciem* in the printed texts.
[4] *ei* in orig; corrected from the printed texts.
[5] *quamlibet* in orig.
[6] *suis* in the printed texts.
[7] *cupiunt* in orig.; by inadvertence.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1370.

et ingratus illi Roberto diceretur ab omnibus, et crederetur. Rex Edwardus nihilominus subtraxit ab eodem Roberto dona quædam quæ per ante sibi contulerat; unde contigit, ut dictus Robertus Angliam non auderet intrare, antequam Regis gratiam magna pecunia comparasset. Sed hæc inferius plenius innotescent. Igitur dictus J. Menstreworth, cernens suam fraudem non posse procedere, et se cognoscens deprehensum in mendacio, fugit ad Regem Franciæ, domini sui effectus infandissimus proditor, ut infra patebit.

The false accuser takes refuge with the King of France.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, pp. 208, 9.

Pope Urban is about to attempt to establish peace; but dies.

Hoc anno Urbanus Papa de Roma rediit Annivonem, ea de causa, ut Reges Anglorum et Francorum ad concordiam invitaret. Sed, proh dolor! ante tam pium opus inceptum, morte præventus, vicesimo secundo die Decembris ab hac luce instabili est subtractus. Sepultusque fuit ibidem ad tempus in ecclesia Cathedrali, juxta magnum altare, sed post anni spatium ejus ossa ad Abbathiam Sancti Victoris juxta Marciliam, ubi quondam Abbas fuerat, deportantur, et in ecclesia, quam ipse pro majori parte de novo construxerat, juxta principale sepeliuntur altare. Et [1] in utroque loco, Deo cooperante, fiunt clara miracula, ex quibus cujus meriti [2] fuerit apud Deum cunctis fidelibus apertissime declaratur. Huic successit Gregorius Undecimus, Diaconus Cardinalis, prius "Petrus "[3] Rogerus" nuncupatus.

He is succeeded by Gregory XI.

Rebellion of the city of Limoges.

Eodem anno, civitas Lemovicensium contra Principem rebellavit, sicut et plures aliæ villæ cum castellis in Wasconia, propter graves exactiones et impositiones, ac alia quodammodo importabilia, per Dominum Principem et suos, ut dicebatur, eisdem imposita. Quamobrem se separantes a Principe, Regi Franciæ adhæserunt; unde commotus [4] Princeps, Lemovicensium rebellionem primo disposuit vindicare crudeliter, nisi maturius resipiscerent, et ejus gratiam quærerent, humili satis prece. Sed ipsos, quos tutabant muri fortes, victualium abundantia, et bellicosorum virorum copia, nihil terruit legatio Principis jubentis eos ad pacem redire. Quorum cernens Princeps obstinatiam, per nuncios mandat eis, dicens se totam civitatem funditus destructurum, et omnes inventos in ea igne vel gladio perempturum, nisi citius sibi submitterent, et traderent civitatem. Sed indisciplinatum vulgus nihil horum audire voluit; sed et nuncios oculo superbo despexit, et civitatem artius undique communivit. Mox Dominus Princeps, plantata obsidione, diris oppugnationibus et insultibus civitatem circumquaque

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[1] *cum in* in the printed texts.
[2] *fuit* in the printed texts.
[3] *Rogerii* in the printed texts.
[4] Omitted in the printed texts.

A.D. 1370. Capture of the city, and vindictive punishment of its inhabitants.

fatigat, nullam inclusis requiem indulgendo. Demum, arte fodientium corruentibus muris, illam capit, [1] et captam solo tenus fere destruxit, inventosque in ea peremit, paucis captis et reservatis ad vitam. Quibus ita gestis, festinavit in Angliam remeare, tum propter juges infirmitates quibus vexabatur, tum propter defectum pecuniæ qua bellatores conduceret ad reformandum rebelles. Igitur, circa principium mensis Januarii, cum uxore et parvulo filio suo Ricardo, obsequente familia, apud portum de Plimmouthe applicuit, relinquens post se in Wasconia duos fratres suos, Johannem Ducem Lancastriæ et Edmundum Comitem Cantabrigiæ, cum aliis viris strenuis et militibus bellicosis. Qui mox, ut venit ad patrem, totum dominium Wasconiæ in ejus [2] manibus resignavit.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, pp. 209, 210.

The Prince of Wales returns to England.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The King of Navarre visits King Edward.

Eodem anno venit ad Regem Edwardum, ipsum accersientem, Rex Navariæ apud Claryndonam, ubi tractaverunt de certis negotiis tangentibus werram Regis Angliæ; ad cujus adventus securitatem dimissi sunt [3] Normannia obsides, quidam Episcopi, et Comites ac Barones, de Anglia, usquedum idem Rex rediret. Sed post multos tractatus, ab ipso hoc quod petiit non potuit obtinere Rex noster Edwardus; attamen dictus Rex [4] recessit, magnis a Rege nostro donariis oneratus.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 210.

Sir John Chandos is slain.

Hoc anno ille famosus, sapiens, strenuus miles, et bellicosus, Johannes Chaundos, interfectus est ab hostibus in Wasconia quos prius superaverat, dum incaute caput suum discooperuisset; ad magnum detrimentum utriusque regni. Nempe ferunt Regem Franciæ, audita morte sua, maxime doluisse et asseruisse quod, eo mortuo, non fuit ullus miles superstes qui esset habilis ad faciendum pacem inter Franciæ et Angliæ Reges et regna; tantum metuebatur, tantus æstimabatur, tantum ab omnibus amabatur.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Sorrow of the King of France thereat.

A.D. 1371. Parliament at Westminster.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo septuagesimo primo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, quadragesimus quintus, celebrato Parliamento apud Westmonasterium in Quadragesima, Rex Edwardus petiit a clero et populo subsidium quinquaginta millium marcarum argenti; quod, sub deliberatione in convocatione cleri facta post Pascha, fuit concessum tam a clero quam a populo laicali. Ad quam quidem summam persolvendam, sacerdotes stipendiarii secundum valorem pecuniæ quam perceperunt per annum taxati fuerunt.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 210.

A grant made to the King.

Priests' incomes assessed.

[1] From this word down to *vitam*, the text has been accidentally omitted, and is inserted in the margin in a somewhat later hand.

[2] *manus* in the printed texts.

[3] *de Normannia* in the printed texts; *in Normannia*, Cont. Murimuth; where the rank of the several hostages is not mentioned.

[4] *recessi* in orig.; by inadvertence.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 210.

Minuta etiam beneficia, [1] quæ nunquam prius erant taxata, ad complementum illius solutionis similiter taxabantur. A.D. 1371.

Ecclesiastics deprived of certain offices of state.

In isto Parliamento, ad petitionem Dominorum, in odium Ecclesiæ, amoti sunt Episcopi de officiis Cancellariæ et Thesaurariæ, et Clericus de Privato Sigillo; et loco illorum sæculares subrogati fuere.

The new Pope attempts to establish peace; but ineffectually.

Durante Parliamento, venerunt Londonias solemnes ambassiatores, missi a Domino Papa novo, ad tractandum cum Domino Rege de pace inter eum et Regem Franciæ confirmanda; qui Papa videlicet desideravit in hac parte sui prædecessoris exequi voluntatem. Sed tamen nullus ex hiis præmissis sequebatur effectus.

A.D. 1372. Parliament at Winchester.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo septuagesimo secundo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, quadragesimus sextus, nono die mensis Junii, Rex Edwardus tenuit Parliamentum apud Wyntoniam, ad quod de clero moniti sunt venire quatuor Episcopi et quatuor Abbates tantum; quod factum fuit, ut putabatur, propter mercatores Londonienses, Northwycenses, et alios in diversis sua mercimonia promoventes; de quibus dicebatur, quod contra Regem Edwardum rebellare volebant.

Reports current.

The Duke of Lancaster and Earl of Cambridge return to England.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Eodem anno, Dux Lancastriæ et Comes Cantabrigiæ, frater suus, cum duabus sororibus, filiabus Domini Petronis, quondam Regis Hispanniæ, in Angliam redierunt; quas postea in conjuges acceperunt, Dux quidem seniorem, vocatam "Constantiam," et Comes juniorem [2] ["Isabellam"] appellatam. Sub quo tempore, Johannes Dux Lancastriæ, ratione uxoris suæ, [3] se Regem Castellæ nominavit et scripsit.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 211.

Two Cardinals sent to treat of peace; but to no purpose.

Per idem tempus, jussu Domini Papæ, egressi sunt [4] de Curia duo Cardinales ad tractandum de pace inter duo regna, Anglicus videlicet et Parisiensis; [5] qui ad suas Provincias accedentes, diu ibidem in locis vicinis hinc inde tractabant; demum acceptis procurationibus, absque pacis effectu ad Curiam sunt reversi.

Naval victory gained by the English over the Flemings.

Hoc anno commissum est bellum navale inter Anglicos et Flandrenses, de quo Anglici reportavere victoriam, captis viginti quinque navibus sale onustis, et interfectis hominibus et submersis: Anglici revera nescientes quod Flandrenses essent,

---

[1] *qui* in orig.

[2] Omitted in orig. and MS. Bibl. Reg. 13 E. ix., and supplied from the printed texts.

[3] Omitted in the printed texts.

[4] These two words are omitted in the printed texts.

[5] From this word down to *demum* is omitted in the printed texts.

A.D. 1372

Peace restored.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, pp. 211, 2.

cum insolenter provocati fuissent ab eisdem, ut prædicitur, universos peremerunt; unde gravis discordia et plura damna pervenissent utrique populo ex [1][hac] occasione, nisi pax amicabilis fuisset citius reformata.

Siege of Rochelle by the French.

Eodem tempore Franci obsederunt villam de Rochelle, et in terra illa multa mala fecerunt. Quamobrem missus est Comes de Penbrok, juvenis viginti quinque circiter annorum, in Wasconiam, ad refrænandum Gallicorum immoderatos impetus, et ad dissolvendum obsidionem prædictam, cum magna multitudine armatorum. Qui cum satis securi pervenissent ad portum de Rochel, repente ruit super eos classis Hispannica, incautos tunc et inordinatos ad pugnam, feriendo, sternendo, mactando; unde contigit quod victoria cessit Hispanis, Anglicis [2]pene cunctis in hoc congressu captis, vulneratis letaliter, vel occisis.

The Earl of Pembroke, and great treasure, captured by the Spanish fleet.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Hispani insuper, nullum genus [3]damnorum quod [4]irrogare poterant prætermittentes, naves omnes flammis voracibus combusserunt, captumque Comitem, cum viginti millibus marcarum susceptarum a Rege Angliæ ad continuandam ibidem guerram, necnon Dominum de la Spaer, aliosque multos nobiles et robustos, Hispanniam abduxerunt. Contigit autem istud infortunium in Vigilia Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ, in qua [5]festiva Sanctæ Etheldredæ Virginis semper occurrit.

Various reasons assigned for this misfortune.

Quod quidem infortunium plures asserunt sibi contigisse propter injuriam quam intulit ecclesiæ supradictæ Virginis, in [6]causa inter eandem ecclesiam et ecclesiam Sancti Edmundi Regis et Martyris de Bury, priusquam recederet de terra sua. Pecunia vero supradicta, quia collecta fuerat de Sancta Ecclesia, prout fertur, fuit Domino Regi minime fructuosa.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 212.

Alii siquidem asserunt dicta mala Comiti accidisse, principaliter tribus de causis; primo, quia ipse uxoratus, rupto fœdere conjugali, cum aliis mulieribus rem nefariam adulterando commisit. Secundo, perniciosus quadam dementia, et insania fatigatus, jura et libertates ecclesiasticas in quodam Parliamento delevisse ex animo affectavit. Tertio, ipse protinus exagitatus nequitiæ stimulo, suasit Regi suoque Consilio, ut viri ecclesiastici bellorum tempore gravius quam alii, sæculares, mulctarentur.[7]

Hostility of the temporal Lords to the Church.

Ista vero ultima summe Dominis temporalibus placuerunt, quæ deinceps quasi in consuetudinem, licet nunquam gaudentes, traxerunt, reputantes se

[1] Supplied from the printed texts.

[2] *plene* in orig.; corrected from the printed texts.

[3] *damni* in the printed texts.

[4] *irrogari* in orig.

[5] *festum* in the printed texts.

[6] *causas* in the printed texts.

[7] *etc.* is here added in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, pp. 212, 3.

in hoc magnum aliquid consecutos, si quandocunque Sanctam Ecclesiam novis impositionibus et tallagiis valeant onerare. Igitur, qualiter hii profecerunt subsequenter, vel regno Angliæ et incolis ejus successerit, satis novit et palam prædicat totus mundus. A.D. 1372.

King Edward attempts to relieve Rochelle.

Eodem anno, mense [1] Augusti, Rex Edwardus, parato navigio copioso, cum magno nimis exercitu intravit mare ad dissolvendum obsidionem de [2]le Rochel; sed ventus contrarius non permisit eum longius a terra recedere, licet per magnum tempus prope littus maris ventum prosperum expectasset. Cum vidisset igitur se nullo modo posse procedere, rediit ad terram tristis; post cujus reditum statim ventus ad partes oppositas se convertit. In hoc apparatu erat cum [3] illo filius suus Princeps, et nobilitas regni quasi tota. Expendisse quidem fertur eo tempore plusquam novies centum millia librarum in vanum.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

But ineffectually.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 213.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo septuagesimo tertio, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, quadragesimus septimus, Johannes Dux Lancastriæ, filius Regis et frater Principis, cum ingenti exercitu transfretavit in Franciam, ad experiendum ibi iterum suam fortunam. Transivit igitur equitans per Parisium in Burgundiam, et sic per totam Franciam, nemine sibi volente, immo nec audente, resistere. Sed in hac expeditione modicum vel nullum damnum Francis intulit, nisi quia redemptionem diversis villis et locis imposuit; alias vero neminem molestavit ex hostibus. Tandem deseruit Franciam cum exercitu, in qua victualia sibi fuere sufficientia, ubi et epulabantur cotidie splendide, et ingressus est deserta montium Alverniæ regionis, ubi nec reperiri possent hominibus victualia, nec bestiis alimenta; ibidem ergo fame et peste periit exercitus sui magna pars, sed et equi fere omnes interierunt in loco præfato Tandem ingressus est Aquitanniam, mœstus de infortunio, et sic pervenit Burdegaliam. Nam qui [4][in] ingressu Franciæ apud Kalesiam triginta et amplius millia equorum in suo comitatu habuerat, perpaucos, ut fertur, equos Burdegaliam secum vivos adduxit: ubi cernere possent spectaculum miserandum, milites famosos et nobiles, delicatos quondam et divites [5] terra Anglicana, amissis hominibus et jumentis, ostiatim mendicando panem petere; nec erat qui eis daret. Destructa nempe fuerat terra A.D. 1373.

The Duke of Lancaster passes through France with his army.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Suffers great losses in Auvergne.

Miseries endured by his troops.

[1] *Augusto* in the printed texts.
[2] *la Rochel* in the printed texts.
[3] *filio* in Camden's text.
[4] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.; *ingressus Franciæ* in the printed texts.
[5] *in terra* in the printed texts.

A.D. 1373. illa ante adventum illorum per Gallicos, ideoque inculta remanserat ad tempus illud. Qua de causa facta est tanta fames in terra, procul et juxta Burdegaleam, ut ibidem summa frumenti pro quadraginta solidis venderetur. Dux nihilominus hyemavit ibidem. Decimo autem die Aprilis, anno sequenti, erat dies belli præfixus inter ipsum et Ducem Andegaviæ, juxta civitatem Tholosam. Interim vero captæ fuerunt treugæ inter duo regna, abhinc usque ad vicesimum diem mensis Maii proximo sequentem; minus caute, prout dicebatur, quia dictæ treugæ Regem Angliæ omnino latebant. Adveniente vero die [1]statuto, aderat illic Francorum magnus exercitus, per præfatum Ducem Andegaviæ congregatus; sed nihilominus die illo transiit absque bello, non sine pudore et vituperio Anglicorum, quia Gallici jactitabant se fuisse paratos in campo die statuto ad expectandum illorum adventum, qui non venerunt. Quamobrem Anglis multa intulere convitia, asserentes eos esse falsos, timidos, et vecordes; et hic fructus expeditionis istius.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix

A day for combat decided upon between the two armies.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, pp. 213–215.

The combat alleged to have been avoided by the English

Ambassadors sent by King Edward, with certain requests, to the Pope.

Eodem anno, Rex Edwardus misit ambassiatores ad Dominum Papam, rogans eum ut super [2]reservationes beneficiorum in Curia sua factas in Anglia de cætero supersederet, ut etiam clerici ad episcopales dignitates suis electionibus [3]plene jure gauderent, et ut a suis metropolitanis, prout antiquitus fieri consuevit, idem clerici confirmari valerent. Sicque super hiis et aliis diversis, in quibus tam Rex quam regnum sentiebant se gravari plurimum, remedium postulabant. Super quibus quidem articulis, nuncii a Papa certa recepere responsa, de quibus, cum redirent in Angliam, deberet Papæ rescribi per Regem de voluntate sua et procerum, antequam aliquid determinaretur super prædictis.

Enactment in Parliament as to elections in Cathedral churches.

Hoc anno in Parliamento erat decretum, quod ecclesiæ [4]Cathedrales suis gauderent electionibus, et quod Rex de cætero contra electos non scriberet, sed per litteras suas ad eorum confirmationem juvaret; sed tamen hoc Statutum in nullo profecit.

Obituary of the year.

Obiit hoc anno Magister Johannes Thoresby, Archiepiscopus Eboracensis, Magister Johannes Barnet Eliensis, et Magister Willelmus Lynne Wygorniensis, Episcopi. Quibus successerunt, auctoritate Papali, Magister Alexander Nevyle ad Eboracensem, Thomas filius Comitis Arundeliæ ad Elyensem, et Dominus Henricus Wakfeld ad Wygoniensem, ecclesias.

---

[1] *statute* in orig.
[2] *reservatione . . . . facta* in the printed texts.
[3] *pleno* in the printed texts, and in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.
[4] *Cathedralis* in orig.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, pp. 215, 6.

A.D. 1373. Grants in Parliament.

In supradicto Parliamento concessa fuit Regi una decima per clerum, et una quintadecima per populum laicalem.

Hoc anno castellum de Liziniaco Francis redditur, [1] per redemptionem Domini Thomæ Percy.

A.D. 1374. The Duke of Lancaster returns to England. Revolt of Acquitaine.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo septuagesimo quarto, qui est annus regni Regis Edwardi, Tertii a Conquæstu, quadragesimus octavus, Dux Lancastriæ rediit in Angliam de Wasconia; post cujus recessum, tota Aquitannia, præter Burdegaleam et Baionem, defecit a Rege Angliæ, et ad Regem Franciæ se convertit.

Death of the Archbishop of Canterbury.

Circa idem tempus, scilicet quinto die Julii, obiit Magister Willelmus [2] de Wyttelesey, Cantuariensis Archiepiscopus; unde monachi illius ecclesiæ ad eligendum adepti a Rege licentiam, Cardinalem Angliæ in Archiepiscopum postularunt. [3] Qua de causa Rex commotus adversus eos ira maxima, proposuit dictos monachos [4] exlegasse. Idcirco plura bona expenderunt, antequam potuerunt super illo facto Regis gratiam obtinere. Postulationi nempe factæ de Cardinali Rex consentire noluit, sed nec Papa, nec Cardinales.

The monks of Canterbury offend the King.

Conference at Bruges; and agreement made between the King of England and the Pope.

Circa principium mensis Augusti, fuit tractatus apud [5] Bruges super diversis articulis inter Papam et Regem Anglorum pendentibus; qui videlicet tractatus duravit fere duobus annis. Tandem concordatum est inter eos, quod Papa de cætero reservationibus beneficiorum minime uteretur, et quod Rex beneficia per [6] breve "Quare impedit" ulterius non conferret; sed de electionibus tactis superius, pro quibus ambassiatores anno præterito fuerunt missi ad Curiam Romanam, in isto tractatu nihil penitus erat [7] tactum. Et hoc ascribitur aliquibus, qui sciebant se potius per Curiam Romanam, quam per electiones, ad dignitates episcopales quos ambiunt promoveri.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1375. The Duke of Lancaster proceeds to Flanders, to treat of peace.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo septuagesimo quinto, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, quadragesimus nonus, Johannes Dux Lancastriæ ordinatus fuit per Consilium ad eundum in Flandriam ad tractandum de pace, vel saltem treugis, inter regna Angliæ et Franciæ. Proficiscens autem, habuit in comitiva sua Archiepiscopum Cantuariensem, Dominum Symonem de Sudbury, et plures alios proceres, cum familia magna valde. Ad quem locum occurrit ex parte Francorum Dux Andegaviæ, cum multis regni tam

[1] *pro redemptione* in the printed texts.

[2] Omitted in the printed texts.

[3] *Qua causa* in the printed texts.

[4] *exlegisse* in the printed texts.

[5] *Burges* in Camden's text.

[6] *litteras* in the printed texts.

[7] *tractatum* in the printed texts.

A.D. 1375. Episcopis quam proceribus, personis gravibus et famosis. Duravit itaque tractatus iste fere per biennium; ubi post horribiles expensas et incredibiles, post longam moram et diutinam, toti regno Angliæ deflendam, quam infructuose tractaverunt, in brevi postea sensit Anglia damno suo. Revera per totum tempus illud Franci fraudulenter non de pace sed de prœlio cogitabant; sed resarcientes arma vetera, novaque fabricantes, omnem apparatum belli in promptu habere certabant; [1] e contra, Anglici, qui nesciunt prudentia et providentia, sed solum, more brutorum animalium, cum punguntur, agitari stimulo, nihil tale cogitabant; [2] at spem suam ponentes in Ducis sapientia, et credentes quod ipse sua [3] facundia gaudia pacis afferret, epulis [4] et diversis jocis invigilavere. Factum est itaque in hac occasione, [5] Angli circumvenirentur incauti, quando non sperabant; ut in sequentibus clarius elucebit. Nam discessum est utrinque sine pacis effectu.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The English are duped by the French; and the negotiations are finally broken off.

Per idem tempus, nuncii Domini Papæ, tam illi qui venerunt pro pace quam illi qui [6] venere ad tractandum inter Regem Angliæ et Dominum Papam, prout supra fit mentio, plures procurationes a clero regni Angliæ receperunt.

Transactions between the Papal nuncios and the English clergy.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth; pp. 216, 7.

Hoc anno, quarto Idus Maii, translatus est Magister Symon de Sudbury, Londoniensis Episcopus, ad ecclesiam Christi Cantuariæ, et Magister Willelmus Courteney, Herefordensis [7] Episcopus, translatus est ad ecclesiam Londoniensem; et ad ecclesiam Herefordensem translatus est Episcopus Bangorensis.

Ecclesiastical promotions.

Circa tempus istud concessæ sunt treugæ inter duo regna, a festo Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ usque ad idem festum anni sequentis.

A truce between England and France.

Eo tempore Dux Britanniæ, J. [8] Monfere, habens secum filium Regis Angliæ, Edmundum Comitem Cantabrigiæ, Comitesque Marchiæ, de Warwyk, de Stafford, et Dominum le Spenser, cum multis aliis bellicosis hominibus, in partes Britanniæ transfretavit. Quibus cito postea fuit reddita villa Sancti Matthæi supra [9] [Mare], et duo castella, scilicet de Brest et de Orrei; villamque de Kemperle, ab eis obsessam, in qua

Successes of the Duke of Britanny and his English allies.

---

[1] *et contra* in the printed texts.

[2] *ad spem* in orig. and in the printed texts.

[3] *fecundia* in orig.

[4] Omitted in the printed texts.

[5] *quod Angli* in the printed texts.

[6] *venire* in orig.

[7] *Episcopatus* in orig.; by inadvertence.

[8] *Monfort* in the printed texts: an erasure and alteration to *Monfort* in Bibl. Reg. 13 E. ix.

[9] Supplied from the printed texts and Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 217.

fuere tunc inclusi omnes fere majores Britanniæ, indubitanter cepissent, nisi quidam miles, afferens nova de treugis captis inter regna, supervenisset, et præcepisset eis ex parte Regis Angliæ, ut dimissa obsidione ad Angliam festinarent; quo nuncio compulsi sunt, obsidione soluta, recedere anxii cum tristitia et mœrore.

A.D. 1375. Their successes arrested by news of the truce.

Eisdem diebus fere, insula de Constantyn, in qua situatur castrum Sancti Salvatoris, [1] diu obsessa a Francigenis, eis redditur cum suis pertinentiis universis, in non modicum regni Angliæ detrimentum. Ob quam causam postea, Dominus Johannes Anneslee, miles, Thomam [2] Katrington, armigerum, de proditione appellavit.

The island of Coutantin restored to the French.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 217.

Hoc anno fuere calores nimii; quo tempore grandis pestilentia, tam in Anglia quam in aliis diversis mundi partibus, ita desævit, quod infinitos utriusque sexus morte repentina consumpsit. Quapropter, Dominus Papa, ad instantiam Cardinalis Angliæ, concessit cunctis decedentibus in Anglia, qui de peccatis suis contriti forent et confessi, plenam remissionem per duas Bullas, sex mensibus [3] duraturas.

Intense heat, accompanied by pestilence.

Plenary remission granted to the deceased.

Eodem tempore obiit Episcopus Sarum, Robertus Wyfeld; cui successit Magister Radulphus Argins.

Obituary of the year.

Obiit quoque tunc Dominus Edwardus le Spenser, et in monasterio de Teukesbury traditur sepulturæ.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Comes de Penbrok, qui captus fuerat ab Hispanis et ductus in Hispanniam quarto abhinc anno, nimis inhumane tractabatur ibidem. Non ferens igitur Hispanorum supercilium, misit ad Bartrandum Cleykyn, Franciæ Constabularium, rogans ut eum de [4] inhumanorum prædonum manibus liberaret. Qui, missis litteris ad Regem Nothum pro hac ipsa re, recepit eum a Bastardo Hispanniæ, qui se Regem dixit, in partem solutionis pecuniæ sibi debitæ ab eodem; perductusque est ad Parisium, ubi cum aliquandiu moram traxisset, assignata est redemptionis suæ summa; et cito postea idem Comes cœpit ægrotare usque ad mortem. Forsan intoxicatus fuerat ab Hispanis, qui hanc artem dicuntur habere impotionandi, ut quidam vivant per quatuor aut quinque annos postea, quidam eodem anno, nonnulli vero statim, vitam finire cogantur. Metuentes vero Gallici ne moriretur inter illos, antequam solveretur sua [5] redemptio, cum omni festinatione eum advehere vivum Calesiam satagebant;

The Earl of Pembroke is released from captivity.

He dies, by poison, it is supposed.

---

[1] The abbreviation has been mistaken for *Domini* in the printed texts.

[2] *Karrington* in Parker's text; *Karington* in Camden's text.

[3] *duraturis* in orig.; corrected from the printed texts.

[4] *humanorum* in orig.; corrected from the printed texts.

[5] *redemptionem* in orig.; by inadvertence.

A.D. 1375. sed frustra, nam inter illorum manus, itinerando inter Parisium et Calesiam, in fata decessit, in die videlicet Sanctæ Etheldredæ Virginis, quam ante egressum Angliæ, ut dicebatur, offendit. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Plures nempe tradunt illam dictam Virginem offendisse multipliciter, et ideo talia infortunia suis diebus festivis sibi asserunt contigisse. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1376. Parliament at Westminster. Cont. Murimuth, pp. 217–9. Anno gratiæ millesimo trecentesimo septuagesimo sexto, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, quinquagesimus, in principio mensis Maii Rex Edwardus fecit Parliamentum maximum apud Westmonasterium celebrari; in quo, more solito, petiit a communitate quoddam subsidium sibi concedi pro defensione regni sui; cui respondentes, illi de communitate dixerunt se fore jugiter talibus impositionibus multipliciter fatigatos; nec onera talia diu posse ferre absque maximo detrimento veraciter affirmabant. Nam liquido constabat eis Regem pro defensione regni sui sufficienter habere, si regnum foret prudenter et fideliter gubernatum; sed quamdiu tale regimen quale tunc per malos officiarios haberetur in regno, nunquam illud rerum copia vel divitiis abundaret. Hoc itaque se offerebant effectualiter probaturos; et si post hanc probationem inventum esset Regem alterius indigere, ipsum juxta suas [1] facultates adjuvarent. In progressu vero plura fuere delata de Regis familiaribus, [2] aliis diversis Regis officiariis, et potissimum de Domino Latimer, ipsius Camerario, qui pessima gubernatione Regem rexit. Quare Dux Lancastriæ, Dominus [3] de Latimer, et plures [4] alii magni Regis officiarii, fuerunt amoti, et in eorum locis alii subrogati. Item, ad petitionem communitatis extitit ordinatum, quod certi Episcopi et Comites, et alii Domini conversationis laudabilis, Regem et regnum de cætero gubernarent; eo quod Rex jam vergebat in senium, et gubernatoribus indigebat hujusmodi. Sed ista ordinatio, impedientibus illis qui amoti fuerunt a Rege, ut prædicitur, vix tribus mensibus perduravit. Item, milites Parliamentales graviter conquesti sunt de quadam, "Alicia [5] Pereres" nominata, fœmina procacissima, quæ nimis familiaris extiterat Domino Regi [6] Edwardo. Hanc utique accusabant de malis plurimis, per eam et fautores ejus factis in regno. Illa etenim modum mulierum nimis est supergressa; sui etenim sexus et fragilitatis immemor, nunc juxta Justiciarios Regis residendo, [7] nunc in Foro Ecclesiastico juxta

The King's demands for a subsidy are stoutly resisted.

Certain officers of state are removed.

Complaints made in Parliament against Alice Perrers. Instances of effrontery on her part.

---

[1] Originally written *felicitates*; corrected in the margin in a later hand.

[2] *et aliis* in the printed texts.

[3] Omitted in the printed texts.

[4] Omitted in the printed texts.

[5] *Peres* in the printed texts.

[6] Omitted in the printed texts.

[7] *non* in orig.; corrected from the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, pp. 219, 220.

A.D. 1376.

Doctores se collocando, pro defensione causarum suadere ac etiam contra jura postulare, minime verebatur; unde propter scandalum et grave dedecus quæ exinde Regi Edwardo, non solum in hac terra sed in exteris regionibus, nimium resultabant, milites petierunt hanc ab illo penitus amoveri.

Charges against certain Merchants of London.

Item, in hoc Parliamento quidam defectus notabiles de Rycardo Lyouns ac Adam de Bury, Londoniarum civibus et mercatoribus, in lucem fuere deducti. Quorum primus, mediante pecunia, [1]a vindicta debita valde sagaciter, immo prudenter, evasit. Secundus, stupefactus ad sibi imposita, protinus de regno profugit in Flandriam, ut semet ibi salvare valeret.

Disgrace of Peter de la Mare, the Speaker of Parliament.

Qui autem omnium militum Prolocutor Parliamenti extiterat, et hæc universa proposuit, "Petrus de la Mare" fuerat appellatus; vir utique facundus et sapiens, cui pro sui maturitate, discretione, sive prudentia, talia negotia merito præ cunctis aliis crederentur. Hic, prout erat informatus, contra prædictam Aliciam, et quosdam alios de Domini Regis Edwardi Consilio, verba fecit. Quamobrem, ad instantiam præfatæ Aliciæ, idem Petrus expost fuit apud Nothingham perpetuo carceri adjudicatus; in quo, licet ejus amici pro ejus liberatione sæpius supplicassent, biennio moram traxit.

Death of Edward, Prince of Wales.

Octavo die Julii, durante adhuc Parliamento apud Westmonasterium, in regali Palatio defunctus est Dominus Edwardus Princeps Walliæ, Regis Edwardi primogenitus, in festo videlicet Trinitatis. Quo die, idem Princeps, ob reverentiam tanti festi, in quocumque loco fuerat, semper solebat quolibet anno solemnitatem maximam celebrare. Cujus fortunam militiæ, tanquam alterius Hectoris, omnes gentes, tam Christiani quam Pagani, dum vixit incolumis, plurimum formidabant. Eo igitur obeunte, omnis obiit spes [2]eorum. Quo quidem superstite nullius hostis incursum, quo præsente nullius belli congressum, Angli timuerunt; qui nunquam, eo præsente, passi sunt probra male gestæ sive desertæ militiæ; qui nullam gentem adiit quam non vicit, nullam civitatem obsedit quam non cepit. Igitur, extincto Principe, extinctus est cum eo profecto Parliamenti præsentis effectus. Nam communes, cum quibus ipse tenebat, dicti Parliamenti sortiti non sunt talem exitum qualem pro meliori habuisse sperabant. Dominus Ricardus de Burdegalia, filius Edwardi Principis Walliæ, in hoc Parliamento factus est Comes Cestriæ, et non post multos dies [3]patris sui suscepit integrum Principatum.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix

His son, Richard of Bordeaux, created Earl of Chester.

---

[1] *ac* in orig.; corrected from the printed texts.

[2] *Anglorum* in the printed texts.

[3] *patriæ suæ* in the printed texts.

A.D. 1376.

Excesses committed by the people of the Earl of Warwick against the Abbey of Evesham.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, pp. 220, 1.

Hoc anno, circa principium mensis Junii, homines et tenentes Comitis de Warwyk malitiose et nequiter insurrexerunt contra Abbatem et Conventum de Evesham; et tenentes eorundem; elaborantes Abbathiam destruere cum dicta villa, et eorum famulos diris verberibus affligentes, nonnullos vero crudeliter jugulantes; accedentes insuper ad monachorum maneria, clausuras parcorum confregerunt et incendendo combusserunt, et occiderunt feras, ingerentes finaliter omne damnum quod eorum crudelitati sors ingerebat in illa furia [1]perpetrandum. Nec hiis contenti, capita vivariorum dissipantes, aquas excurrere permiserunt, [2]piscesque ceperunt et secum asportaverunt, et alia damna multa illi loco omnino, et dispendia gravissima, intulerunt. Et pro certo dictam Abbathiam, cum suis membris, secundum quod tunc verisimile videbatur, destruxissent irrestaurabiliter, nisi Rex manus adjutrices apposuisset citius, mittendo mandata sua litteraliter ad præfatum Comitem, et præcipiendo artius, ut hujusmodi malefactores et pacis perturbatores compesceret. Sicque timore Regis et amicorum mediationibus, pax inter eos reformata fuit; non tamen plena satisfactio facta parti læsæ; quia majus erat damnum quod irrogaverant quam possibilitas [3]dictum damnum [4]refaciendum. Ferunt quidam quod, [5]propter istam brigam, Rex per illos Dominos in Parliamento constitutos noluit ulterius gubernari; unde filium suum, Ducem Lancastriæ, ad sui et regni regimen reassumpsit: qui usque ad obitum Regis stetit regni gubernator et rector. Qui illico, contra Statuta Parliamenti, permisit Regem recipere in gratiam Dominum de Latymer, et Ricardum Stury, et alios plures qui in Parliamento prædicto judiciali sententia ab ejus præsentia fuerant perpetuo sequestrati. Rex insuper revocat pellicem Aliciam [6]Pereres ad suum contubernium, quæ fuit eliminata judicialiter ab eodem, propter scandala sive probra quæ de ejus procacitate provenerant; contra sacramentum quo se astrinxerat eadem Alicia, quod et ipse Dominus Rex ratificaverat; videlicet, quod ad Regis præsentiam non accederet quovismodo. Quæ et permansit cum eo usque ad mortem ejus.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Cont. Murimuth, p. 221.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The Duke of Lancaster resumes the government.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Alice Perers recalled by King Edward.

The Florentines excommunicated by the Pope.

Eodem anno, Florentini excommunicantur a Papa, propter rebellionem et enormia facta quæ contra Romanam Ecclesiam perpetrarunt; qui, inter cætera sua facinora et facta crudelia quæ gesserunt pessime, quendam monachum, illuc a Domino

---

[1] *perpetranda* in the printed texts.

[2] *pissesque* in orig.

[3] *ad dictum* in the printed texts.

[4] *resarciendum* in the printed texts.

[5] *per* in the printed texts.

[6] *Peres* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Papa missum cum mandatis Papalibus, candentibus fuscinulis ferreis vivum excarnificaverunt, et nondum mortuum in terram foderunt. Quorum quidam postea venientes in Angliam, et Regis pacem habere rogantes, manserunt ibidem donec Papa per suas Bullas declarasset quantis essent sceleribus involuti. Extunc vero Florentini devenerunt servi Regis, tanquam nativi, cum omnibus bonis et catallis eorum; secundum tenorem litterarum Papalium, quod aut ita facerent, aut ad Curiam festinarent, submissuri [1] se gratiæ Domini Papæ et Curiæ supradictæ. Florentini igitur elegerunt, ut sibi videbatur, de duobus malis minus malum, servire videlicet, more nativorum, Regi Angliæ, quam [2] subdi arbitrio Romanorum.

A.D. 1376. They enter the service of the King of England.

Vicesimo secundo die Julii obiit Simon [3] Langham, Cardinalis Anglicus.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo septuagesimo septimo, qui est annus regni Regis Edwardi, a Conquæstu Tertii, quinquagesimus primus, tanta advecta est in Angliam vinorum abundantia, quanta multa transacta tempora non viderunt.

A.D. 1377. Abundance of wine brought to England.

Circa Natale vero Dominicum tanta excrevit aqua in partibus Northumbrorum, de resolutione nivium quæ per ante in magna densitate terram operuerant, ut aqua de superciliis montium descendendo, juxta cum frustis glaciei, domos colonorum subverteret, bona quæ super terram [4] accruaverant, puta carbones, molares lapides, ligna, cum segetibus, auferret suo impetu; insuper, in mare descendens, per vim et collisionem dictarum [5] frustarum, naves quasdam tam violenti impulsione glaciei aut inutiles reddidit aut omnino demersit.

Great floods in Northumberland.

Circa festum Purificationis Beatæ Virginis, factum est Parliamentum Londoniis, cogente Duce, qui vices gerebat Regis, ipso [6] irrecuperabiliter infirmato. In quo, ex parte [7] [Regis] postulatum est subsidium a clero et populo laicali. Cui taxa conceditur, hactenus inaudita, videlicet, quod a qualibet laica persona sexus utriusque, annos excedente quatuordecim, [8] perciperet unam grossam, vel quatuor denarios, exceptis notoriis pauperibus qui publice mendicabant; et de cunctis religiosis utriusque sexus, et qualibet ecclesiastica persona promota, duodecim denarios; et de singulis aliis, non promotis, unam

Parliament at London.

MS. Bibl. Reg. 13 Cont. Murimuth, p. 221.

Unheard-of taxes granted.

---

[1] *et gratiæ* in orig.; corrected from the printed texts.

[2] *subditi* in the printed texts.

[3] *Longham* in orig.; corrected from the printed texts.

[4] *accreverant* in Camden's text.

[5] *frustrarum* in orig.; *frustarum* in Bibl. Reg. 13 E. ix and the printed texts.

[6] *irrecuciabiliter* in orig.; corrected from the printed texts.

[7] Supplied from the printed texts and Bibl. Reg. 13 E. ix.

[8] *reciperet* in the printed texts.

A.D. 1377. grossam; exceptis Fratribus quatuor Ordinum Mendicantium. Qui, quia in labore hominum non sunt cum hominibus, non flagellabantur. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Statutes of the Good Parliament abrogated. In hoc autem Parliamento abrogata sunt Statuta Parliamenti superioris, quod "Bonum" merito vocabatur. Et Rege sic volente, personæ abjudicatæ pristino statui restituuntur.

De Johanne Wickliff, et ejus operibus.

Rise of John Wyclif. Per idem tempus surrexit in Universitate Oxoniensi quidam Borealis, dictus "Magister Johannes Wyclef," sæcularis [1] [in] Theologia, tenens publice in scholis et alibi Conclusiones erroneas et hæreticas, ac statui universalis Ecclesiæ contrarias, et absurdas; et præcipue contra monachos et alios religiosos possessionatos venenose sonantes. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, pp. 221, 2. His followers. Qui ut suam hæresim cautius palliaret, ac sub exquisito colore dilataret latius, congregavit iniquitatem sibi, videlicet, comites atque socios unius sectæ insimul Oxoniis et alibi commorantes, talaribus indutos vestibus de russeto, in signum perfectionis amplioris, incedentes nudis pedibus, qui suos errores in populo ventilarent, et palam ac publice in suis sermonibus prædicarent. His doctrines. Qui inter cætera, ista quidem tenuerunt ad unguem; videlicet, quod Eucharistia in altari, post sacramentum, non est verum corpus Christi, sed ejus figura. Item, quod Ecclesia Romana non est caput omnium Ecclesiarum, plusquam una alia ecclesia, nec major potestas per Christum data fuit Petro quam cuilibet alteri Apostolo. Item, quod Papa Romanus non habet majorem potestatem in clavibus Ecclesiæ, quam quiscunque alius in ordine sacerdotii constitutus. Item, quod si [2] Deus est, domini temporales possunt [3] legitime ac meritorie auferre bona fortunæ ab ecclesia delinquente. Item, si dominus temporalis noverit ecclesiam delinquentem, tenetur sub pœna damnationis ejus ab ea temporalia auferre. Item, quod Evangelium sufficit ad regulandum in vita ista quemlibet Christianum; et quod omnes aliæ Sanctorum regulæ, sub quarum observantiis degunt diversi religiosi, non plus perfectionis addunt Evangelio, quam addit [4] albedo parieti. Item, quod Papa, nec alius prælatus Ecclesiæ, deberet habere carceres ad puniendum delinquentes; sed qui-

---

[1] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts. Properly, *doctor in Theologia*, as in MS. Faustina B. ix. fol. 164a. See Mr. Hog's Note to Cont. Murimuth, p. 222.

[2] *Dominus* in the printed texts.

[3] *legatione* in orig.; corrected from the printed texts.

[4] *albendo* in orig.; corrected from the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, pp. 222–4.

A.D. 1377.

libet delinquens possit libere, quocunque vellet, transire, et facere quæ sibi placeret. Ista et plura alia, in subversionem [1] nostræ fidei, asseruerunt [2] [et affirmaverunt] dicti seductores; in tantum, quod domini et magnates terræ, multique de populo, ipsos in suis prædicationibus confoverunt, et faverunt prædicantibus hos errores; eo nempe [3] maxime, quia [4] tantam potestatem tribuerunt laicis suis assertionibus, ad auferendum temporalia a viris ecclesiasticis et religiosis.

Support given to Wickliffe.

Cum autem Conclusiones istæ et deliramenta fuissent exhibita et perlecta coram Papa, viginti tres [5] earum tanquam hæreticas et vanas ipse damnavit, dirigens Bullas suas Archiepiscopo [6] Cantuariensi et Episcopo Londoniensi, ut ipsarum auctoritate dictum Johannem facerent comprehendi, ac supra dictis Conclusionibus diligenter examinari. Quo facto, atque habita declaratione super istis, licet [7] facta et vana, dictus Dominus Archiepiscopus sibi et omnibus aliis super illa materia, presente Duce Lancastriæ, cum Domino Henrico [8] Percy, indixit silentium, prohibens ne de cætero illam materiam quovismodo tangeret aut tractaret, et ne illam permitteret alios ventilare. Igitur, tam ipse quam sequaces sui aliquandiu siluerunt. Sed tandem, contemplatione Dominorum temporalium, easdem opiniones, et alias multo pejores illis, postmodum ausi sunt reassumere et laicis spargere, [9] quam sparsere prius. [10] Eo vero die, quo præmissa Londoniis erant peracta, propter verbum quoddam injuriosum et insolens a Duce Lancastriæ Episcopo Londoniensi prolatum, confestim Londonienses unanimiter insurgentes, arreptis armis, ipsum occidere proponebant. Sed dictus Episcopus ne hoc fieret omnino prohibuit; et nisi tunc Episcopus se [11] opposuisset eorum conatibus, hospitium dicti Ducis, de Savey, eo furoris sui tempore combussissent, qui vix ab illo proposito Antistitis interventu refrænati sunt. Tandem ad nutum Pontificis quieverunt. Inter cætera vero probra quæ Duci intulerat, arma ejus in Foro sunt publico reversata. Dux autem et Henricus

The Pope takes cognizance of Wickliffe's Conclusions.

Silence enjoined upon Wickliffe by the Archbishop of Canterbury.

The Londoners shew hostility against the Duke of Lancaster.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

---

[1] *nostri* in orig.

[2] Supplied from the printed texts and Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] *maximo* in Camden's text.

[4] Omitted in the printed texts.

[5] *eorum* in orig.

[6] Omitted in the printed texts.

[7] *ficta* in the printed texts.

[8] Percy is not mentioned in Cont. Murimuth.

[9] This passage is not found in Cont. Murimuth.

[10] "*Hi vocabantur a vulgo 'Lol-" 'lardi,' incedentes nudis pedibus, " vestiti pannis vilibus, scilicet de " russeto, ut per vitam pœnalem " facilius incautos traherent ad sec-" tam suam.*" Not in the original, or in Bibl. Reg. 13 E. ix.; but a gloss inserted here, in the printed texts.

[11] *apposuisset* in orig.; corrected from the printed texts.

A.D. 1377. Percy, quem, ad occidendum, in hospitio suo cives quæsierant, admoniti de tanta commotione, relicto prandio, fugerunt ad manerium de Kenyngtone, ubi tunc Ricardus, filius Principis, cum matre sua, casualiter morabatur; coram quibus, de opprobriis illis illatis horribiliter sunt conquesti. Hiis igitur aliisque causis multis, Londonienses Duci facti sunt odibiles, in tantum quod Majorem et seniores, qui tunc temporis præfuerunt, exauctorari faceret et deponeret, eorumque loco alios [1] subrogari.

The Duke takes refuge with the Prince of Wales.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, pp. 224, 5.

The treason and punishment of John Menstreworth.

Sub eisdem diebus, captus est Johannes Menstreworth, miles proditiosus et transfuga, in [2] civitate Navariæ, Pampilona; et adductus Londonias, primo trahitur, deinde suspenditur, postea decollatur; postremo, corpus ejus quadripartitum ad quatuor civitates famosas Angliæ missum fuit, caput vero ejus super Pontem Londoniarum longo tempore postea stetit affixum. Fuerat nempe [3] iste Regi infidelis et regno, ambitiosus, perversus, fallax, simulator, et cupidus, qui frequenter magnas summas pecuniæ, a Rege pro stipendiis hominum [4] armorum acceptas, in proprios convertit usus. Et propter hæc atque alia sibi imposita, vel imponenda, timens [5] aliquando pœnas dare et mortem incurrere quam meruerat, ad Regem Franciæ, ut præfertur, aufugit. Cui facta fidelitate, promisit classem Hispanicam se adducturum, ad regnum Angliæ invadendum. Sed Deus justus juste permisit illum intercipi et puniri, quam ut doloso atque malitiose Dominum suum Regem, solumque natale, nequiter infestando, suum iniquum propositum [6] tam proditorie adimplesset.

Sub eisdem diebus nuncii, qui pro pace in Franciam sunt profecti, in Angliam reportavere nisi belli rumores. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Knighthood conferred on Prince Richard.

Quo tempore, Rex Edwardus, in festo Sancti Georgii Martyris, apud Wyndeleshores, Richardo de Burdegalia hæredi suo, filio [7] [filii] sui Edwardi, Principis Walliæ, contulit ordinem militarem [8] Edwardi. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 225.

Death of King Edward III. at Shene.

Rex [9] Edwardus, cum quinquaginta et fere uno annis regnasset, vicesimo primo die Junii, apud manerium suum de Schene, diem clausit extremum; cui per totum tempus suæ decubationis assiderat, proh dolor! illa infanda meretrix Alicia [10] Perceres, quæ cuncta quæ [11] carnis sunt medio tempore semper MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

---

[1] *subrogaret* in the printed texts.

[2] The place of his capture is not named in Cont. Murimuth.

[3] *iste I. Regi* in the printed texts and Bibl. Reg. 13 E. ix.

[4] *armatorum* in the printed texts.

[5] Omitted in the printed texts.

[6] *talis proditor adimpleret* in the printed texts.

[7] Inserted from the printed texts and Bibl. Reg. 13 E. ix.

[8] Omitted in the printed texts.

[9] *Edwardus Tertius* in the printed texts.

[10] *Peeres* in the printed texts.

[11] *chariora* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. suggessit eidem; nihil omnino tractans aut tractari permittens de animæ suæ salute, sed ei jugiter sanitatem corporis repromittens, donec in eo vidisset indubitata mortis indicia per vocis præclusionem. Tunc nempe, cum cerneret vocem ademtam sibi, et oculorum acies hebetari, caloremque naturalem extremitates relinquere, mox inverecunda pellex detraxit annulos a suis digitis, et recessit. Solus tunc quidam sacerdos assidebat Regi moribundo, cæteris circa rerum intentis [1] direptionem; qui [2] [ei], eo quod loqui non poterat nec confessionem [3] ore tenus facere, persuasit ut veniam peteret pro commissis, afferens sibi crucis imaginem, quam dedit in manus ejus. Rex autem, cum reverentia summa illam accipiens, osculabatur devotissime, nunc [4] manus, ut poterat, in signum optandæ veniæ protendendo, nunc vero de suis oculis lacrymas uberes emittendo, et pedes imaginis frequentissime osculando. Tandem, cum ad nutum presbyteri motibus et signis, quibus potuit, petisset primo et principaliter de peccatis a Deo remissionem, et secundarie a cunctis creaturis, quas vel scienter vel ignoranter offenderat, spiritum exhalavit; corpusque ejus apud Westmonasterium cum omni reverentia est humatum.

A.D. 1377.

Heartless conduct of Alice Perers.

Circumstances of the King's death.

He is buried at Westminster.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, p. 226. [5] Fuerat nempe Rex iste inter omnes reges orbis et principes gloriosus, benignus, clemens, et magnificus, dictus autonomasice "[6] Gratiosus," propter gratiam singularem qua præcelluit; quia, virtute gratiæ divinitus sibi concessæ, universos prædecessores suos quadam excellentia gratiæ præcellebat. Erat et corde magnanimus, qui licet aliquando infortunia diversa, aut incommoda emergentia, nosceret se passurum, nunquam expalluit aut mutavit vultum. Belliger quoque fuit insignis et fortunatus; qui de cunctis congressibus, in terra et in mari, semper triumphali gloria victoriam reportavit. Familiaris, humilis, et mansuetus erat omnibus, tam externis quam internis; subditos omnes suos fovens, diligens, promovens, et pie regens; Deo devotus extitit, peregrinationes sæpe faciens, et ministros Ecclesiæ venerans et honorans. In curis temporalibus providus et tractabilis, consilioque discretus; in eloquii suavitate mitis et [7] affabilis, in gestu et moribus compositus et maturus. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. [8] Orphanis erat quasi pater, afflictis compatiens, miseris condolens, oppressos relevans, et cunctis

Character of King Edward III.

---

[1] *direptioni* in orig.

[2] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

[3] *oīe* in orig.

[4] *manu* in the printed texts.

[5] *Herus erat*, apparently by inadvertence, in orig.; corrected from the printed texts and Bibl. Reg. 13 E. ix.

[6] *Gloriosus* in Cont. Murimuth.

[7] *effabilis* in orig.

[8] The eulogy, as compared with the text of the Continuation of Murimuth, is considerably expanded here.

A.D. 1377. indigentibus impendens auxilia opportuna. Nempe in conferendis beneficiis ultra omnes viventes fuit semper profusus et promptus; in rerum [1] modestus affluentia, non elatus aut superbus, sed se semper intra se continens, et inferioribus quasi parem se præbuit, et inter orbis primores et principes se dominum demonstravit. In ædificiis construendis curiosus et sollicitus, in regni sui locis diversis plura consummavit ædificia, arte exquisitissima, structura elegantissima, situ pulcherrima, et sumptibus pretiosa; moderate supportans gaudia, leviter ferens damna. Recreationum erant ei solatia aucupatio et venatio, quibus quotiens vacavit, prout tempus anni obtulit, multum indulsit. Largus erat in donis et hilaris, prodigus in expensis. Corpore fuit elegans, statura quæ nec justum excederet, nec nimis depressioni succumberet; vultum habens humana mortalitate magis venerabilem, similem angelo; in quo relucebat tam mirifica gratia, ut si quis in ejus faciem palam respexisset, vel nocte de illo somniasset, eo proculdubio die sperabat sibi jocunda solatia proventura. Regnum vero suum usque in senium strenue, sapienter, et magnifice gubernavit. Et quia fuerat in universa morum honestate præclarus, sub eo vivere regnare fuit, prout suis subditis videbatur. In tantum nempe ejus fama percrebruit apud nationes barbaras et remotas, ut æstimarent se felices, qui vel ejus erant dominio subditi; vel ei aliquatenus fœderati. Nullum enim credebant fore sub cœlo regnum, quod tam nobilem, tam generosum, et felicem produxit regem, aut, eo [2] quoque extincto, in posterum suscitabit.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. Cont. Murimuth, pp. 226, 7.

Alleged consequences of his connexion with Alice Perers.

[3] Luxus tamen et motus suæ carnis lubricos, etiam in æstate senili, non cohibuit, alliciente eum satis inverecunde, ut fertur, dicta meretricula A. P.; unde citius, ut putatur, propter illius immoderantiam vitam finivit.

The misfortunes of his closing years.

In hoc loco summe notandum est, quod sicut in ejus primordiis cuncta grata et prospera successive ipsum illustrem reddiderunt, et inclytum, ita, eo ad senilem ætatem vergente et ad occasum declinante, peccatis exigentibus, paulatim illa felicia decrescebant, et infortunia multa infausta et incommoda succrescebant; quæ minuere, proh dolor! famam ejus.

---

[1] *modestiis* in orig.; by inadvertence.

[2] *quoque* omitted in Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

[3] Instead of this passage, the Continuation of Murimuth has, "*Luxus tamen et motus suæ carnis* "*etiam in senili ætate non cohibuit;* "*unde citius, ut creditur, propter* "*illius immoderantiam finivit vitam,*" —not a word is said in reference to Alice Perers.

DE TEMPORE REGIS RICARDI SECUNDI.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1377. Deputation of citizens of London to Prince Richard.

Anno Dominicæ Incarnationis millesimo trecentesimo septuagesimo septimo, cognito quod illustris Rex Angliæ Edwardus, Tertius a Conquæstu, in Vigilia Sancti Albani, Anglorum Protomartyris, videlicet vicesimo primo die mensis Junii, diem suum clausit extremum, Londonienses miserunt de valentioribus civibus ad [1]Kyngestone, ubi tunc morabantur tam [2]Princeps quam mater ejus Principissa; ut civitatem et cives Londonienses recommendarent eisdem. Johannes vero Philipot, Londoniensis civis, facturus verba pro concivibus, orationem hujuscemodi inchoavit :—

Speech of John Philipot.

"Nova afferimus, excellentissime Domine, quæ sine magno "mœrore referre non possumus, de morte indubitanter immi-"nente invictissimi nostri Regis Edwardi; qui nos et regnum "istud, ut ita dicam, per sæcula multa in tranquilla pace "custodivit et rexit, et jam, manifestis in eo mortis signis, "desinit esse rector noster. Unde rogamus, ex parte civium "et civitatis Londoniensis, ut habeatis recommendatam erga "vestram reverentiam, civitatem vestram, Cameram scilicet "vestram, qui in proximo eritis noster Rex, quem solum "Regem recognoscimus; cujus solius subjiciemur imperio, "flectemur arbitrio, parituri summo dominio, famulabimur "tam personæ quam verbo. Et, ut cætera exequamur nostræ "legationis nuncia, noverit vestra reverentia civitatem vestram "indicibiliter perturbari, eo quod vestram præsentiam elon-"gastis ab ea, quæ tantum vobis noscitur esse devota, ut non "solum parata sit bona sua temporalia, sed etiam, si necesse "sit, pro vobis impendere vitam suam. Igitur ad vestram "præsentiam accessimus, precaturi ut ibidem, tam ad con-"solationem civium quam vestri securitatem et solatium, morari "velitis. Deprecamur insuper, Princeps illustrissime, ut dis-"cordiæ quæ inter cives nostros et Dominum nostrum, Ducem "Lancastriæ, nuper quorundam simultatibus orta est, nullorum "quidem commodo, sed plurimorum dispendio, finem imponere "dignemini, ipsi Duci et nostris civibus fructuosum."

Answer of the Prince.

[3]Hæc et hiis similibus ab eo peroratis, responsum est a Prin-

---

[1] Probably *Kenyngtone*, as in page 326 *ante*.

[2] *Principes* in orig.; erroneously.

[3] Sic in orig., and Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1377. cipe et suo Consilio, quod satageret in omnibus eorum satisfacere voluntati. Et hoc modo dimissi, læta nuncia suis civibus retulerunt.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Message sent to the citizens of London by the new King.

In crastino, qui est dies Sancti Albani, missi sunt Londonias ex parte Regis, Dominus de Latymer, Dominus Nicholaus Bonde, Dominus Simon de Burley, et Dominus Ricardus Adderbury, qui nomine Regis novi salutaverunt cives, (nam, ut diximus, Dominus Rex Edwardus die obiit præcedente,) et retulerunt eis tristia de morte Regis antiqui, et læta de indole Regis novi; qui videlicet eos et eorum civitatem se [1] dilecturum promisit, et ad eorum urbem fore venturum, ibique, ut petierant, moraturum. Exequentes et alia Regis novi mandata, dixerunt Dominum Regem pro eis ad Ducem verba fecisse, et quod Dominus Dux se in omnibus voluntati Regis in hac causa submisit; quapropter esse voluntatis regiæ, ut eodem modo et ipsi se submittant, et Dominus Rex elaborabit ut pax inter eos firmetur, ad honorem civium et commodum civitatis. Cives vero de tali forma pacis territi, responderunt se hanc rem nullo modo facturos; præcipue quia noverunt Regem puerum et infirmum ad patrocinandum eis in tanto motu, et quod non per eum, sed per eorum adversarios et inimicos capitales, eorum causa ventilaretur; et eorum arbitrio punirentur, si Regis mandatis in hoc articulo consentirent. Tandem, post tractatum habitum inter eos super isto negotio per sex horas et amplius, in hanc sententiam convenerunt, ut si idem milites vellent se civibus obligare, quod eorum submissio in nullius civium damnum temporale, vel dispendium corporale, seu in civitatis eorum præjudicium, resultaret, regiis libenter jussionibus adquiescerent. Milites autem supradicti, et regiis votis satisfacere et civium paci studentes consulere, sub sacramento fidelitatis suæ militiæ spoponderunt eis, non ad præjudicium, ut prætactum est, sed ad commodum eorum fore, si se Regi submitterent, sicut se submiserat prius Dux.

Preliminaries agreed upon for reconciliation of the citizens with the Duke of Lancaster.

The citizens visit King Richard, at Shene.

[2] Hac securitate percepta, cives versus Schene, manerium regium, iter [3] carpunt, ubi [4] repererunt novum Regem et ejus matrem, Ducemque Lancastriæ et fratres suos, Regis filios, ac plures Episcopos, congregatos circa corpus defuncti Regis. Quorum adventu cognito, Rex statim eos accersiri jussit; qui, ut prius, deprecati sunt eum de adhibenda diligentia sua pro

---

[1] *delecturum* in orig. and the printed texts.

[2] *Hanc* in orig.; by inadvertence.

[3] *capiunt* in the printed texts.

[4] *reperiunt* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. pace reformanda inter Ducem et cives, asserentes se paratos esse per omnia ad subjiciendum se Regis arbitrio, non quasi qui delictum [1] . A.D. 1377.

—Percy et Senescallus regni, videlicet Dux Lancastriæ, cum militibus eisdem adjunctis, inequitantes equos nobiles et prægrandes, ut viam inter turbas Regi facerent [2] inoffensam, incedebant. De quibus nimirum contigit, quod cum fuissent per ante formidabiles non solum vulgo, sed ipsis regni magnatibus pro [3] rerum affluentia et assentatorum frequentia, in hac equitatione adeo modeste se habuerunt, turbas tam honeste, tam facete, ut viæ cederent, monuerunt, ut e tanta turba nullum illo die, nec in crastino, verbo vel facto læderent quovismodo unde contigit, ut pene totius vulgi favorem, quibus ante suspecti fuerant et odibiles, lucrarentur. Courteous bearing of the Duke of Lancaster.

Rex autem, insidens magnum dextrarium, tantæ personæ aptum, stratumque regaliter, sequebatur illos. Cujus gladium, manibus elevatum, portabat ante eum Dominus Symon Burlee; Dominus quoque Nicholaus Bonde ejus frænum duxit, incedendo pedes. Regem vero sequebantur milites et coætanei sui, atque domus regiæ familiares. Nec defuit tantæ turbæ magna vis [4] lituorum et tubarum; nam quælibet turba seorsim suos tubicines præcedentes habebat, statutique [5] fuerant per Londonienses super Aquæductum, et super turrim [6] [in eodem foro quæ] in honorem Regis facta fuerat, tubicines qui clangerent in adventu Regis. Qui omnes simul juncti clangentes, sonum mirabilem audientibus reddiderunt. Fuit igitur dies ille jocunditatis et lætitiæ, dies, ut ita dicam, clangoris et buccinæ, dies diu expectatus renovationis pacis et legum patriæ, quæ jam diu exulaverant, desidia Regis senis et avaritia obsecundantium sibi servorum ejus. The King proceeds in state through the streets of London.

Ad honorem insuper regium, cives ordinaverant ut per fistulas Aquæductus efflueret abundans vinum, et per totum tempus equitationis, id est, per tres et amplius horas, jugiter emanaret. Factum etiam fuerat quoddam castrum habens Preparations made there for his reception.

---

[1] At this point there is an hiatus in the Arundel MS.; noticed in the margin, in a hand of the following century. The reading here in the printed texts is, "*arbitrio. His dictis Dominus Percy, etc.*" Two pages of MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. are omitted here, and the scribe has passed on from line 3 of 243 b. to line 3 of 244 b; not improbably, a mistake made in the resumption of his copying. For the important passage here omitted, see the Appendix.

[2] *inoffense* in the printed texts.

[3] *eorum* in the printed texts.

[4] *lituum* in orig., the printed texts, and Bibl. Reg. 13 E. ix.

[5] *fuerunt* in the printed texts.

[6] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. Omitted in the printed texts.

A.D. 1377. turres quatuor, in superiori parte Fori venalium, quod "Chepe" nuncupatur; de quo etiam per duas partes vinum defluxit abundanter. In turribus autem ejus quatuor virgines speciosissimæ [1] collocatæ fuerant, staturæ et ætatis regiæ, vestibus albis indutæ, in qualibet turri una; quæ adventanti Regi procul aurea folia in ejus faciem efflaverunt, et propius accedenti, florenos aureos, sed sophisticos, super eum et ejus dextrarium projecerunt. Cum autem ante castellum [2] venisset, ciphos aureos acceperunt, et implentes eos vino ad fistulas dicti castelli, Regi atque Dominis obtulerunt. In summitate castelli, quæ ad modum tali inter quatuor turres elevata fuerat, positus erat angelus aureus, tenens auream coronam in [3] manibus, qui [4] tali ingenio factus fuerat, ut adventanti Regi coronam porrigeret inclinando. Adinventa sunt illo die in civitate et alia multa in honorem Regis, quæ numerare per singula longum foret. Nam singuli per vicos et plateas decertarunt, quis ei propensiorem reverentiam exhiberet. Igitur cum tanto plebis civiumque tripudio, cum tanto dominorum procerumque gaudio, perductus est ad Palatium regium prope Monasterium Occidentale, ubi illa nocte quievit.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The King arrives at the Palace of Westminster.

Coronation of King Richard, 16 July 1377.

Die Jovis, id est sexto-decimo die Julii, videlicet septimo-decimo Kalendas Augusti, Vigilia Sancti Kenelmi Regis, convenientibus Archiepiscopo et Episcopis, regnique proceribus, ad Westmonasterium summo mane, ordinata processione monachorum in capis, Episcopi cum monachis ad ostium regii thalami pervenerunt, et paratum Regem reperientes ibidem per manus qui ejus lateribus astiterunt, perduxerunt in ecclesiam Sancti Petri, cantantes Antiphonam in honorem Apostoli, cum oratione competenti adjuncta, et hac oratione;—"Deus, humilium visitator, qui nos tua misericordia consolaris, "prætende super famulum tuum, Regem nostrum, miseri- "cordiam tuam, ut per eum tuum in nobis adesse sentiamus "adventum." Rex vero, mox ut altare pervenit, prostravit se solo tenus ante altare; pavimentum autem stratum fuit palliis et tapetis. Prosecuta, ut diximus, oratione, Archiepiscopus, cum Episcopis qui aderant, prostravit se super pavimentum circa Regem. Interim, duo Episcopi Letaniam devote cantarunt; qua expleta, erectus Rex ductus est ad sedem suam, choro hanc Antiphonam decantante,—"Firmetur manus "tua." Tunc Episcopus sermonem fecit, de materia Regis et regni, ad populum, qualiter Rex se haberet in populo, et in quibus populus sibi debuit obedire.

Procession to the Church at Westminster.

Divine service and Sermon there.

[1] *collatæ* in the printed texts.
[2] *venissent* in Camden's text.
[3] *malinanibus* in orig.; *mali manibus* in the printed texts: *mali* is not found in Bibl. Reg. 13 E. ix.
[4] *in tali* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1377.

The King's Oath.

Quo completo, juravit Rex coram Archiepiscopo, et proceribus qui ibi aderant, quoniam ipsi soli ejus juramentum audire potuerunt, quod Ecclesiam suis permitteret gaudere libertatibus, et eam et ministros ejus honoraret, et fidem rectam teneret, et [1]rapacitates et omnes iniquitates in omnibus gradibus interdiceret. Secundo, ut leges terræ bonas ubique servari faceret, et præcipue leges Sancti Edwardi Regis et Confessoris, qui in eadem requiescit ecclesia; et malas leges faceret abrogari. Tertio, ut non esset personarum acceptor, sed judicium rectum inter virum et virum faceret, et præcipue misericordiam observaret, sicut sibi suam indulgeat misericordiam clemens et misericors Deus.

Blessings implored by the Archbishop of Canterbury.

Quibus expletis, Archiepiscopus, præcedente eum Marescallo Angliæ, Domino Henrico Percy, convertit se ad omnes plagas ecclesiæ, indicans populo regium juramentum, et quærens si se tali principi ac rectori subjicere, et ejus jussionibus obtemperare, vellent. Et [2]responso a plebe [3]altissono clamore, quod libenter sibi parere vellent, Archiepiscopus Regem hiis orationibus benedixit, videlicet:—"Omnipotens [4]et sempiterne Deus, "benedic, Domine, hunc Regem nostrum; qui regna omnium "moderaris in sæculo, tali eum benedictione glorifica, ut "Daviticæ teneat sublimitatis sceptrum, et glorificatus in ejus "propitius reperiatur merito. Da ei tuo inspiramine, cum "mansuetudine ita regere populum, sicut Salamon fecisti "regnum obtinere pacificum. Tibi cum timore semper sit "subditus, tibique militet cum quiete; sit tuo clypeo protectus, "cum proceribus, et ubique, tua gratia, victor existat. Hono"rifica eum præ cunctis regibus gentium. Felix populis do"minetur, et feliciter eum nationes adorent; vivat in gentium "[5]catervas magnanimus, sit in judiciis æquitatis singularis, "locupletet eum tua prædives gratia, fructiferam habeat pa"triam, et ejus liberis tribuas profutura. Præsta ei prolixita"tem vitæ per tempora, ut in diebus ejus oriatur justitia; a "te robustum teneat regiminis solium, et eum jocunditate et "justitia æterno glorietur in regno." Ista præmissa benedictio post primam orationem, ad modum præfationis, ab Archiepiscopo cantabatur; qua cantata, dicta est et alia oratio super eum, scilicet,—"Deus ineffabilis," cum Antiphona,—"Confor"tare, et esto vir fortis, etc."

Tunc Archiepiscopus accessit ad eum, et vestimenta sua discindens manibus suis a summo usque ad imum, exuit eum, præter

---

[1] *rapacitatem* in the printed texts.

[2] *responsum est a plebe* in the printed texts.

[3] *tisono* in the printed texts.

[4] Misplaced in orig., after *Deus*; and similarly in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[5] *catervis* in the printed texts.

A.D. 1377. The Anointing. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

camisiam, vestimentis suis. Custodes vero Quinque Portuum ex officio, tam in processione quam in unctione et Missa, et, post Missam, dum iret ad Palatium ab ecclesia, semper tenuerunt umbraculum sericum magnum, coloris aerii, quatuor hastis per quatuor angulos colligatum. Sed non obstante umbraculo supradicto, mox antequam Archiepiscopus eum suis vestibus exuisset, allatus est pannus aureus a Comitibus, sub quo latuit, dum unctionis perciperet sacramenta. Archiepiscopus, ut diximus, eo nudato, unxit manus ejus de oleo sanctificato, [1][dicens;—"Ungantur manus istæ de oleo sanctificato] unde uncti "fuerunt Reges et Prophetæ, et sicut unxit Samuel [2]David "in Regem; ut sis benedictus et constitutus Rex in regno isto "super populum istum, quem Dominus Deus tuus dedit tibi "ad regendum et gubernandum." Item dixit orationem,—"Prospice, Omnipotens Deus." Post hæc, unxit Archiepiscopus caput ejus, et pectus et scapulas, ambasque compages brachiorum, dicens,—"Ungantur caput istud, pectus, et sca-"pulæ, et compages brachiorum, de oleo sanctificato, etc.," ut supra. Et interim, chorus cantavit Antiphonam,—[3] "Unxerunt "Regem Salomonem in Gyan Sadoch Sacerdos et Nathan "Propheta, et ascendentes læti dixerunt, 'Vivat [1][Rex]. Alle-"'luia.'" Postquam subjunxit Metropolitanus,—"Deus, Dei "filius, Jesus Christus, Dominus noster, qui a Patre oleo "exultationis unctus est præ participibus suis, ipse per præ-"sentem sacri unguinis infusionem spiritum Paracleti super "caput tuum infundat, [4]benedictionem eandemque usque ad "interiora cordis tui penetrare faciat; quatenus hoc visibili et "tractabili dono invisibilia percipere, et, temporali regno justis "moderaminibus executo, æternaliter cum eo regnare, me-"rearis." Mox, finita oratione, Archiepiscopus cum Episcopo hymnum,—"Veni Creator, Spiritus," [1][inceperunt], Rege interim prostrato in longa venia, et circa eum Metropolitano cum Suffraganeis suis.

Delivery of the Sword by the Archbishop.

Expleto hymno, erectus est Rex ab Archiepiscopo, et indutus est primo tunica Sancti Edwardi, et post, ejusdem dalmatica, projecta circa collum ejus stola, Archiepiscopo orationes competentes interim prosequente. Post hæc, Archiepiscopus, cum Episcopis, tradidit ei gladium, ita dicens;—"Accipe gladium, "per manus Episcoporum, licet indignas, vice tamen et "auctoritate Sanctorum Apostolorum consecratas, tibi regaliter "impositum, nostræque benedictionis officio in defensionem

[1] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. Omitted in the printed texts.

[2] *Davidem* in the printed texts.

[3] 1 *Kings* i. 45.

[4] *benedictionemque eandem* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1377.

"Sanctæ Ecclesiæ divinitus ordinatum; et esto memor de "[1][quo] Psalmista prophetavit, dicens, [2]'Accingere gladio tuo "'super femur tuum, potentissime;' ut per eundem vim æqui-"tatis exerceas, molem iniquitatis potenter destruas, et Sanc-"tam Dei Ecclesiam ejusque fideles propugnando protegas, "nec minus sub fide falsos quam Christiani nominis hostes "execreris ac destruas, viduas et pupillos clementer adjuves ac "defendas, desolata restaures, restaurata conserves, ulciscaris "injusta, confirmes [3]bene disposita; quatenus hæc in agendo, "virtutum triumpho gloriosus justitiæ cultor egregius, cum "mundi Salvatore, cujus typum geris in nomine, sine fine "merearis regnare." Tunc duo Comites eum gladio accinxerunt; quo facto, Archiepiscopus armillas dedit ei, dicens,—"Accipe armillas, sinceritatis et sapientiæ, divinæquæ cir-"cumdationis, indicium, quibus intelligas omnes operationes "tuas contra hostes, visibiles et invisibiles, posse esse "munitas." Postea induit eum Archiepiscopus regali pallio, ita dicens,—"Accipe pallium quatuor nunciis formatum, per "quod intelligas quatuor mundi partes divinæ potestati esse "subjectas, nec quenquam posse feliciter regnare in terris, "nisi cui potestas regnandi fuerit collata de cœlis."

Delivery of the Bracelets.

Investment with the Pall.

Interim, dum Archiepiscopus benedixit coronam regiam, duo Comites [4][eum] calcariaverunt, ad quorum officium pertinebat. Benedicta corona, Archiepiscopus imposuit super caput [5]ejus, dicens;—"Coronet te Deus corona gloriæ atque justitiæ, honore "et opere fortitudinis, ut per officium nostræ benedictionis, cum "fide recta et multiplici bonorum operum fructu, ad coronam "pervenias regni perpetui." Tunc dedit ei Archiepiscopus annulum, cum hiis verbis;—"Accipe annulum regiæ dignitatis, "et per hunc, vitæ Catholicæ fidei signaculum, quia ut hodie "ordinaris caput et princeps regni ac populi, ita perseverabis "auctor et stabilitor Christianitatis et Christianæ fidei, ut felix "in opere, locuples in fide, cum Rege Regum glorieris."

The Crowning.

Investment with the Ring.

Statim post hæc, accessit Dominus de Furneval, ex officio offerens ei rubeam chirothecam, quam Archiepiscopus benedixit, et imposuit [6]manui regiæ, dans ei sceptrum hiis verbis, dicens, —"Accipe sceptrum, regiæ potestatis insigne, virgam scilicet "regni rectam, virgam virtutis, qua teipsum bene regas; "Sanctam Ecclesiam, populum videlicet Christianum tibi a Deo

Investment with the Sceptre.

---

[1] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.; *de Psalmista qui prophetavit*, in the printed texts.

[2] *Psalm* xlv. 3.

[3] *bone* in orig., by inadvertence.

[4] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. Omitted in the printed texts.

[5] *ejus* omitted in the printed texts.

[6] *manu* in orig.

A.D. 1377. "commissum, regia virtute ab improbis defendas, pravos corrigas, rectos [1]pacifices, et ut viam rectam tenere possint, tuo juvamine dirigas, quatenus de temporali regno ad æternum regnum pervenias." Tunc dedit ei Archiepiscopus virgam in alia manu, habentem in summitate columbam; nam sceptrum quod susceperat, consurrexit de rotundo globo aureo, quem tenebat in manu chirothecato, et habebat in summitate signum crucis. Et accepit virgam prædictam cum hiis verbis;—"Accipe [2][virgam] virtutis et æquitatis, qua intelligas te mulcere pios et terrere reprobos; errantes viam doce, lapsisque manum porrige; disperdasque superbos et releves humiles, ut aperiat tibi ostium Jesus Christus, Dominus noster."

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Investment with the Verge.

The Benediction.

Post hæc, benedictus est Rex ab Archiepiscopo, ita dicente;—"Benedicat te Deus, custodiatque te; sicut te voluit super populum suum esse Regem, ita in præsenti sæculo felicem æternæ felicitatis tribuat esse consortem." Hiis itaque peractis, osculatus est Rex Episcopos et Abbates; a quibus statim ductus est postea ad regale solium, Episcopis inchoantibus hymnum,—"Te Deum laudamus." Finito hymno, Archiepiscopus ita eum allocutus est:—"Sta et retine amodo locum, quem hucusque paterna successione tenuisti hæreditarie, indico tibi delegatum per auctoritatem Dei Omnipotentis, et præsentem traditionem nostram, scilicet omnium Episcoporum, cæterorumque Dei servorum; et quanto clerum sacris altaribus propinquiorem, tanto ei potiorem in locis congruis honorem impendere memineris; quatenus mediator Dei et hominum te mediatorem plebis in hoc regni solio confirmet, et in regnum æternum regnare faciat, Jesus Christus, Dominus noster."

The Enthronement.

Celebration of the Mass.

Hiis itaque peractis, inchoata est Missa congruens Coronationi regiæ, cujus Officium fuit,—"Protector noster, aspice, Deus, etc.;" Epistola,—"[3]Subjecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, etc.;" Gradale,—"Dirigatur, Domine, oratio mea;" Alleluia,—"Domine in virtute;" Evangelium,—"[4]Abeuntes Pharisæi," quod legit Episcopus Eliensis, Epistolam Episcopus Wygorniensis; Offertorium,—"Intende orationi meæ, Rex meus."

The Offering.

Lecto Evangelio, Rex de regali solio ductus est ad offerendum. Primo igitur obtulit Archiepiscopo gladium suum quem susceperat, et postea aurum, quantum placuit, sed non minus marca, propter consuetudinem: nam plus potest offerre Deo et

[1] *pontifices* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. Omitted in the printed texts.

[3] 1 *Peter* ii. 13.

[4] *Matt.* xii. 14.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1377.

Sancto Petro, si placuerit. Post oblationem pecuniæ, obtulit Archiepiscopo panem et vinum, ad modum monachorum, unde postea, tam Metropolitanus quam ipse Rex communicati fuerunt. Quo facto, Comes, ad cujus officium pertinebat portare gladium coram Rege, gladium quem obtulerat, dato pretio redemit, et assumens eum, portabat coram illo. Percelebrata Missa usque ad Communionem, reductus est Rex ad altare, et genu flexo coram Archiepiscopo, dixit—"Confiteor." Quo absoluto, communicatus est, et iterum reductus est ad sedem suam.

The Confession and Absolution.

Interea præparaverat se quidam miles, Dominus Johannes, cognomento "Dymmok," qui clamabat se habere jus ad defendendum jura Regis illo die, et etiamsi opus esset duello confligendum, si aliquis præsumeret affirmare Regem non habere jus in regno Angliæ; quanquam per ante, Dominus Baldewynus Freville idem officium calumniasset, sed minime obtinuisset. Iste ergo Dominus Johannes memoratus circa finem Missæ [1] accessit ad valvas ecclesiæ, armatus decentissime, insidens dextrarium pulcherrime phaleratum, caput etiam et pectus armatum; quem idem Dominus Johannes assumpsit de stabulo regio, utens videlicet avita consuetudine tam in equo quam armis eligendis de thesauro Regis. Nam et optimum equum præter unum, et præter unam præcipuam armaturam, facturus dictum officium [2] eliget ad vota sua. Veniens igitur ad ostium Monasterii, præequitantibus duobus, qui ejus lanceam et clypeum portaverunt, expectavit ibidem finem Missæ. Marescallus autem, Dominus Henricus Percy, facturus viam coram Rege, cum Senescallo Angliæ, scilicet Duce, et Constabulario, Domino Thoma Wodestok, atque fratre ejusdem Marescalli Domino Thoma Percy, qui omnes magnos inequitavere dextrarios, venit ad dictum militem, dicens non debere eum ea hora venire, sed quod usque ad prandium Regis [3] distulisset adventum suum. Quapropter monuit ut rediret, et, deposito tanto onere armorum, quiesceret ad illud tempus. [4] Miles vero, juxta consilium Marescalli facturus, abcessit.

The King's Champion appears at the Abbey doors.

He is directed to await the hour of the royal Banquet.

Illico post decessum militis, præequitantibus Regem Dominis supradictis super dextrarios suos, necnon præcedente magno numero diversi generis histrionum, portatus est in humeris militum usque ad regale Palatium; ductus quoque in cameram,

The King returns to the Palace.

---

[1] *incessit* in the printed texts.
[2] *elegit* in the printed texts.
[3] *differret* in the printed texts.
[4] *Milites* in orig., *Miles* in the printed texts.

A.D. 1377. paulisper quievit, [1]quia debilis fuerat præ labore, parum comedens. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Four Earls created in the Hall, and nine Knights.

Postea veniens in Aulam, creavit quatuor novos Comites, antequam accessit ad mensam; Dominum namque Thomam Wodestoke, avunculum suum, [2][fecit] Comitem Bokynghamiæ, datis sibi mille marcis annuatim de thesauro regio, donec sibi de terris tanti valoris providisset; Dominum etiam [3]Guyscardum de Angolismo, quondam magistrum suum, fecit Comitem Huntyngdoniæ, datis insuper sibi mille mercis annuis, usquequo providisset sibi de redditibus tanti valoris. Domino de Moubray dedit Comitatum Notynghamiæ, et Domino Henrico Percy Northumbriæ Comitatum. Milites quoque fecit novem eodem die.

The Banquet in Westminster Hall.

Quibus expletis, ascendit ad mensam, ubi epulabantur cum eo splendide Episcopi, Comites, et Barones; et innumera multitudo plebis [2][a cunctis regni finibus congregata; tanta enim multitudo plebis] confluxerat in illam Aulam prægrandem, quod nisi Dux Lancastriæ, videlicet Senescallus Angliæ, et Comes Bokynghamiæ regni Constabularius, et Dominus Henricus Percy, Marescallus, cum multis aliis, viam super grandes equos servientibus in Aula fecissent, ferentes fercula ad convivas minime penetrassent. Si numerare contenderem convivii apparatum, divitias utensilium, varietatem ferculorum, forsitan lector, perculsus tam tantarum rerum pretio quam magnitudine, credere formidaret. Unum solum, quod, ad magnificentiam regiam ostendendam, fuerat ordinatum, aliis omissis, æstimo proferendum. In medio regalis Palatii elevata fuerat quædam columna marmorea concava, super certos gradus, cujus summitatem occupabat grandis aurata aquila, sub cujus pedibus in capitello columnæ, per quatuor partes, vina diversi generis decurrebant per totum diem Coronationis regiæ; nec erat qui aliquem, vel pauperrimum virum, haurire vetaret. Facta est coronatio hæc anno undecimo ætatis ipsius Regis.

Public Procession on the morrow.

In crastino facta est generalis processio pro Rege et pace regni; cui revestiti interfuerunt omnes Prælati, videlicet Archiepiscopus, cum Episcopis et Abbatibus qui Coronationi interfuerant, necnon ipse Dux cum magnatibus et plebis multitudine copiosa. In progressu autem processionis concionatus est ad populum Episcopus Roffensis, hortans ut dissensiones et discordiæ, ortæ et diu continuatæ inter plebem et Dominos,

Exhortation to the people by the Bishop of Rochester.

---

[1] *debilis enim fuerat* in the printed texts.

[2] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix; omitted in the printed texts.

[3] *Guyfardum* in orig., *Gifardum* in the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

sopirentur, probans per multa argumenta hujuscemodi dissensiones Deo plurimum displicere. Hortatus est insuper Dominos, ne tantis de cætero [1] sine causa taxationibus populum [2] apporiarent. Monuit etiam, ut si causa subesset rationabilis, qua oporteret eos omnino juvare Regem et regnum, ut patienter, et sine murmure atque seditionis scrupulo, facerent quod oporteret. Insuper, exhortatur eos generaliter, qui Regi, puero et innocenti, adhærerent, ut relictis vitiis quibus inserviebant, videlicet stupris in fornicationibus [3] [et] adulteriis, ejus puritati et innocentiæ se conformare studerent; asserens hoc omnino patri patriæ opportunum, perfacileque Regi a recto deviare, regnum et populum periclitari, si tales essent, qui ei sedulo et ejus consilio ministrarent. Sermone finito, Domini et universi Prælati ad sua secedunt. A.D. 1377.

The Duke of Lancaster retires from Court.

Post paucos dies, videns Dux, jam mortuo patre suo et novo Rege constituto, cuncta nova in regno futura, et suam sollicitudinem totaliter [4] [inter] novellos parvipendendam; et metuens si aliqua sinistra contingerent Regi vel regno, sibi [5] imputarentur, et pro bonis grates nullas sive modicas reportaret, accepta a Rege licentia, ad sua discessit, promittens Regi, si indigeret ejus adjutorio, se venturum cum abundantiori apparatu quam aliquis Dominus Angliæ, ad succurrendum sibi, sive aliud faciendum, quod ejus commodo cederet, vel honori. Erubuit, ut dicebatur, et doluit, quod Rex ceperat de eo castrum Herfordiæ, ubi proposuerat maxime moratus fuisse; et ob hoc meremium emendicaverat ad fortificandum castellum de [6] suis vicinis possessoribus in circuitu ejus; ad magnam profecto jacturam eorundem, de quibus talia postulaverat, quia non audebant ejus voluntati contraire, eo præcipue tempore quo talia postulavit. Recessit ergo, ut diximus, a Curia ad castrum [7] [suum] de Kylyngworth; sed ante recessum [8] [suum], ejus conniventia ordinati sunt, qui Regis hærerent Consilio, et qui quodammodo tutelam haberent. Ordinati sunt autem ad Consilium viri boni, prudentes, et famosi, Dominus Willelmus de Courtenay Episcopus Londoniensis, et Dominus Edmundus de Mortuo Mari Comes Marchiæ, et quam-

The Royal Council selected through his agency.

[1] These two words are repeated in orig., after *apporiarent;* as also in Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] *onerarent* in the printed texts.

[3] Supplied from the printed texts; not in Bibl. Reg. 13 E. ix.

[4] Supplied from the printed texts.

[5] *putarentur* in the printed texts.

[6] These two words are supplied in a later hand. There is an erasure in Bibl. Reg. 13 E. ix., and *silvarum possessoribus* in a different hand.

[7] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

[8] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. Omitted in the printed texts.

A.D. 1377. plures alii, de quibus opinabatur optime plebs communis. Sed quia Saresburiensis Episcopus et Dominus [1] de Latymor illis mixti fuere, murmuratio succrevit in vulgo. MS. Bibl. Reg. 13. E. ix.

The Earl of Arundel appointed Marshal of England.

Per idem tempus, Marescallus Angliæ, Dominus Henricus Percy Comes Northumbriæ, resignavit virgam officii sui, [2] et ad sua discessit; cujus loco subrogatus est Dominus Johannes de Arundellia, frater Comitis Arundelliæ, qui strenue Gallicis restitit, quando impetum fecerunt ad villam de Sowthampton, et eos viriliter arcuit ab ingressu villæ, ad mare fugatis.

Comes Northumbriæ infestat Scotos.

Slaughter of the citizens of Roxburgh by the Scots.

Prope tempus illud, ex levi quadam causa orta dissensione in nundinis apud Rokesburgh inter Anglos et Scotos, et occisis quibusdam ex utraque gente, Scoti pejus calculum reportarunt; unde in furorem versi, paulo post redeuntes ad eandem villam, duce Comite de Dunbarre, et nocte eam occupantes, peremerunt cives, eorum bona diripientes infestis manibus, et villam flammis voracibus [3] contradentes. Quibus cognitis, novus Comes Northumbriæ, tactus dolore cordis intrinsecus, maxime pro morte civium de prædicta villa, statuit vindictam retribuere in hostes eorum, et auferre opprobrium terræ populi sui. Et intrans terram Scotiæ cum decem millibus hominum, prædas agit in terris Comitis de Dunbarre, qui auctor extitit totius mali præscripti; et triduo donans obvia quæque flammis, post congruam ultionem inimicis repensam, reversus est cum suis omnibus in terram suam.[4]

Retribution exacted by the Earl of Northumberland.

Gallici capiunt Insulam de Vecta.

The Isle of Wight surprised and taken by the French.

Et ne solum Anglis gaudia impermixta dolori contingerent, [5] Galli eodem anno, vicesimo primo die mensis Augusti, insulam, ut ita dicam, incapiabilem, de Wyght, capiunt, minus virtute quam astu; quæ a nullo hominum fuisset captivata, si diligenti custodia fuisset conservata. Sed insulanorum male cauta securitas eis induxit exterminium, Gallicis insperatum tripudium, et Anglicis opprobrium et grave damnum. Revera, Gallici ad insulam tempestate pulsi, tentaverunt irrumpere insulam supradictam, æstimantes insulanos inscios eorum adventus; sed Vectuarios non latebat consilium Gallicorum.

[1] *de* omitted in the printed texts.

[2] A long passage in Bibl. Reg. 13 E. ix. is omitted here.

[3] *coardentes* in the printed texts.

[4] A long passage in Bibl. Reg. 13 E. ix. is omitted here.

[5] *Gallici* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1377.

Quare permiserunt eos ingredi terram suam, ut certis intromissis quibus prævalere rebantur, cæteri ab ingressu arcerentur; sed secus accidit quam credebant. Nam, ut diximus, quibusdam intromissis, conati sunt Vectuarii adimere cæteris ingressum terræ; sed frustra, quoniam Gallici tam abunde proruperunt, quam constanter insulanos a maris custodia repulerunt; ut jam compellerentur latebras fugiendo quærere, qui prius credebant se posse pro suæ voluntatis arbitrio Gallicos captivare. Gallici igitur, tali modo insula prædicta potiti, undique pervagantur, stragem ex incolis faciendo, villas quasdam comburendo, et incolarum substantias abradendo. Tandem ad castellum, quod in eadem insula est, venientes, et eam levi negotio occupare putantes, invenerunt ibidem incredibilis asperitatis stimulum, Dominum Hugonem Tyrel, Custodem castelli prædicti; qui eis audacter prope castellum occurrens, fecit maximam stragem inter illos; ob quam causam ab illius castelli infestatione destiterunt, et de cætero non arbitrantes tutum cohabitare tam vicino serpenti, prædam quam potuerunt ex insula collegerunt, et insulanos coegerunt extorquere ab amicis quos habebant extra insulam mille marcas argenti, pro salvatione domorum ab ignibus et residuo bonorum suorum. Insuper, accepto juramento de fidelitate ab eisdem conservanda, et quod non resisterent eis per circulum unius anni, quotienscunque placeret eisdem ingredi terram illam, a loco recesserunt.

The French are defeated by Sir Hugh Tyrel.

They exact a ransom from the islanders, and depart.

Gallici pugnabant apud Winchelsey.

Post occupationem insulæ supradictæ, Gallici, galeyas iterum repetentes, circuierunt oram maritimam usquedum pervenerunt ad objectum villæ de Wynchelsee. Et cognoscentes Abbatem de Bello ad illam convolasse causa custodiæ, missis nunciis, petunt ut villam redimat. Abbas vero negat se empturum quod non perdiderat; quin potius denunciat ut ab infestatione villæ desistant, sub interminatione damni quod eis poterit provenire. Gallici, ejus responso exasperati, petunt, si bellum velit, ut singuli ex utraque parte mittantur, vel certe plures, qui, spectante utroque exercitu, congrediantur: sed nec hanc petitionem Abbas admisit, dicens se religiosum virum esse, et non licere sibi hujus petitiones admittere; nec illuc belli causa, sed tuitionis et conservationis pacis patriæ, advenisse. Hiis auditis, Gallici æstimantes animum Abbatis suorumque [1] deesse, mox admotis, instrumentis bellicis, scilicet missilibus

The French attack Winchelsea, but are repulsed by the Abbot of Battle.

[1] *defecisse* in the printed texts.

A.D. 1377. quorum copia fruebantur, villam acriter infestabant, pugnantes a nona usque ad vesperum; sed Abbatis, et eorum qui cum ipso erant, laudabili probitate minime profecerunt. Interim, dum pugnant ibidem, mittunt partem navium ad villam de Hastynges; quæ reperientes villam pene vacuam, combusserunt eam. Gallici vero, videntes se nil prævalere apud Wynchelsee, recesserunt.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

They burn Hastings.

The Prior of Lewes taken prisoner by the French.

Eodem anno Gallici intraverunt ad villam de Rottyngdene, prope villam de Lewes, ubi obviavit eis Prior de Lewes, cum parva manu; et superveniente copia Gallicorum, captus est, ductusque ad naves eorum, cum duobus militibus qui sibi adhæserant, videlicet, Domino Johanne de Fallesley et Domino Thoma Cheyne, et uno armigero, cujus nomen erat "Johannes "Brokas." Quidam autem armiger, qui diu fuerat in obsequio Prioris de Lewes, natione Gallicus, tam viriliter, tam animose, pugnavit ibidem contra Gallicos, donec effunderentur ejus viscera ad pedes suos; et ipse, insequendo hostes, quod est dictu horribile, ea per grande spatium post se primo protraheret, tandem omnino relinqueret. Defuerunt autem in illo conflictu ex Anglicis prope centum.[1]

Marvellous prowess of an Esquire in the Prior's service.

Igitur, ut diximus, Gallici cum omni classe sua repatriaverunt, cujus summa se extenderat ad triginta septem galeyas, octo cogones Hispanicas, et nonnullas bargias. Mox igitur ut patriam attigerunt, quidam illorum profecti ad obsidionem, quæ tunc [2][erat] circa villam de Arde, proditione quæ eis semper familiaris existit, tradente eis custode castelli ejusdem villæ, quodam Alemanno, scilicet Domino de Gunny, villam primo, mox munitionem, occupaverunt. Ob quam causam, idem custos, captus a Domino Hugone Calverley, custode Calisiæ, Angliam missus est, et carcerali custodiæ mancipatus.

Ardres surrendered, by treason, to the French.

Dum hæc agerentur in Gallia, accidit toti Angliæ luctuosus eventus in Aquitannia. Egregius miles, Dominus Thomas de [3]Felton, cui commissa fuerat custodia Provinciæ Aquitanniæ, nimis inconsulte cum paucis super plures Gallicorum irruens, ab eorum multitudine oppressus et captus est, cum multis nobilibus [4]terræ, qui parti Anglicanæ favebant. Hoc autem infortunium contingebat prope villam quæ "Rule" nuncupatur.[5]

Defeat of the English in Aquitaine.

---

[1] A long passage in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. is omitted here.

[2] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. Omitted in the printed texts.

[3] *Hilton* in the printed texts. He is called "Heltone" in p. 437.

[4] *ejusdem terræ* in the printed texts.

[5] A long passage in Bibl. Reg. 13 E. ix. is omitted here.

Parliamentum Londini.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1377.

Parliament at London.

Per idem tempus coactum est [1]Parliamentum Londoniis; quod a festo Michaelis usque ad festum Beati Andreæ Apostoli protelatur. In eo Parliamento fuere pene omnes milites cum prædicto Domino Petro de la Mare, qui ita nobiliter perstiterunt in eo Parliamento, quod "Bonum" merito appellatur, pro incremento patriæ atque regni commodo. Hii itaque resumentes petitiones suas eo in loco quo prius dimiserant, instituerunt pro bannitione illius Aliciæ Pereres, quæ, contempto Statuto Parliamenti, et juramento quo se astrinxerat, Curiam Regis ingredi ausa fuit, ad suadendum et impetrandum ab eo quæcunque sibi placerent. Quæ, quamvis plures ex Dominis, et omnes legisperitos Angliæ pecunia corrupisset, qui pro ea non tantum occulte, sed publice, allegarunt, diligentia tamen et sapientia prædictorum militum ore suo convicta proscribitur, omnibus bonis suis, mobilibus et immobilibus, fisco regio judicatis. [1]Concessæ sunt autem in adjutorium Regi ab Ecclesia et clero duæ decimæ, eodem anno persolvendæ, ea tamen conditione, ut videlicet Rex de cætero populum non gravet talibus petitionibus, extorquendo pecuniam subditorum, sed de suis vivat et continuet guerram suam; [2]quia utique, prout responsum fuerat ibidem, bona sua propria regalia sibi sufficiunt, tam ad regiæ domus exhibitionem quam ad guerræ sustentationem, si eadem bona ministros idoneos sortiantur. Et deputati sunt ad hujus pecuniæ custodiam duo cives Londoniarum, Willelmus Walworth et Johannes Philipot.

Disgrace of Alice Perers, and forfeiture of her possessions.

Grant in aid by the Church and Clergy.

Anglici mare ingrediuntur.

Circa tempus illud, audientes Anglici multitudinem navium Hispanorum apud Sclusyam venti penuria detineri, collecta copia armatorum, cum ingenti classe mare ingredi meditantur, cupientes eis vicem rependere pro damnis quæ Anglis irrogaverant, ferentes auxilium Gallis æstate præcedente. Cujus classis primi fuere, Dominus Thomas Wodestok Comes Bukynghamiæ, Dux Britanniæ, Dominus de Latimer, Dominus Fitz-Wauter, Dominus Robertus Knolles, et nonnulli alii valentes cum eis; qui [3][in] ingressu maris sævam experti sunt fortunam. Nam nimium insurgente vento imbreque nocivo, mox naves

An English fleet attempts to surprise the Spaniards at Sluys, but is dispersed in a storm.

---

[1] *Concessa* in the printed texts.

[2] *quæ* in the printed texts.

[3] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. Omitted in the printed texts.

A.D. 1377. [1]ab invicem separatæ in partes dilabuntur, confringuntur mali, vela dirumpuntur, plura de minoribus vasis quæ victualia exercitui fuerant allatura, submersa; dum qui in ea concesserant, timore tempestatis ipsa relinquerent, ingrediendo naves majores, vel juxta suam opinionem fortiores. Divina tandem superveniente clementia, naves invicem recollectæ ad terram Angliæ sunt appulsæ. Et resarcitis eisdem iterum, bellatoribus [2]instaurantur et iterum mare petunt. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Gesta Domini Hugonis Calverle.

Ravages committed by Sir Hugh Calverley at Boulogne.

Prope dies illos Dominus Hugo Calverlee, faciens expeditionem versus [3]Boloniam, [4]fortuito reperit in portu prædictæ villæ bargiam, quæ "[5]Aden Villa" nomen habuit, cum alia quæ erat Regis Franciæ, et navibus majoribus et minoribus numero viginti sex; quas omnes repente, injecto igne, crematvit, cum magna parte de suburbanis illius villæ; in quibus etiam eodem die a capellano suo Missam celebrari fecit, quam et satis audacter ad finem audivit. Qua completa, eandem partem villæ direptioni dedit, abducens secum quæque concupiscibilia quæ ibidem reperit, cum nonnullis captivis qui ei obviaverunt infausta hora. Magnum etiam numerum ovium et armentorum coram se agebat, quæ repererat in pastura prope villam, quæ victui Calisiensium merito sufficerent per magnum tempus. Ejus namque laudi adjiciendum est, quod castellum de Merke, quo non posset esse locus magis infestus Calesiæ, si parti adversariorum faveret, custodum incuria perditum, [6]ipso eodem die strenue recuperavit, quo ipsum Gallici occupaverant, et antiquo dominio parere fecit. Siquidem Dominus Robertus de Salle, miles næ gregarius, sed inter famosiores strenuus, prædicti castelli capetaneus, in Angliam concesserat [7]certis causis, commissa ipsius munitionis custodia quibusdam minus cautis. Qui, eo absente, debito negligentiores effecti, ludis et sagittationibus indulserunt; cumque, certo die sagittationem instituissent non procul extra dictum castellum, videntes stipendiarii qui in ea erant Picardi,

The Castle of Merke, lost by the English, is recovered by Sir Hugh Calverley from the French.

---

[1] *ad* in the printed texts.

[2] *instauraturæ* in the printed texts.

[3] *Goloniam* in orig., by inadvertence.

[4] *fortuitu* in orig., and Bibl. Reg. 13 E. ix.

[5] *de eadem villa* in Bibl. Reg. 13 E. ix.; *Aden Villa* in the printed texts.

[6] *ipsum* in orig; corrected from the printed texts.

[7] *de certis* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. videlicet quod genus hominum apud Gallicos falsissimum reputatur, quod omnes Anglici exivissent, portas claudunt, castellum muniunt, et Gallicos, quibus proditione favebant, admittunt, exclusis hoc ingenio Anglicis, quibus castelli fuerat custodia deputata. Quod comperiens, ut prælibavimus, dictus Dominus Hugo, facto insultu castellum cepit, Gallicos qui advenerant captivavit, et omnes Picardos, tanquam proditionis reos, excapitavit. A.D. 1377.

Transit annus iste lætus temperie, [1] abundus fruge, sed fructibus arborum pene carens; quod autem ad pacem pertinet, Angliæ inquietus et suspectus, non minus fraude civium quam terrore Gallicorum; Gallicis immanitate expensarum et lucri exilitate nimium onerosus; nam a Pascha usque ad festum Michaelis, ad stipendium triginta septem galeyarum et octo cogonum a Francis pendebantur diebus singulis mille marcæ; quæ profecto summa, continuata tanto tempore, [2] apporiasse poterat quodque prædives regnum.

Anno Dominicæ Incarnationis millesimo trecentesimo septuagesimo octavo, qui est annus regni Regis Ricardi Secundi primus, tenuit idem Rex Natale apud Wyndeleshore. A.D. 1378.

Bull sent to the University of Oxford by Pope Gregory XI., in reference to the Heresy of John Wyclif.

Paucis diebus ante Natale Dominicum, misit Dominus Papa Bullam suam Universitati Oxoniæ, ministerio Magistri Edmundi Stafford, increpans eos correctione paterna super eorum desidia manifesta, eo quod tanto tempore opiniones erroneas ipsius Antichristi discipuli, scilicet Magistri Johannis Wyclef, radicari permiserant inter eos, dum non fuerat qui ferrum doctrinæ Catholicæ assumere laboraret ad extirpandum tam pestiferæ plantationis [3] aconitum. Cujus Universitatis moderni procuratores, sive rectores, quantum degeneraverint a prudentia seu sapientia antiquorum, per hoc facile conjici poterit, quod, audita causa adventus dicti Papalis nuncii, diu in pendulo hærebant, utrum Papalem Bullam deberent cum honore recipere, vel omnino cum dedecore refutare. Oxoniense Studium generale! quam gravi lapsu a sapientiæ et scientiæ culmine decidisti, quod quondam inextricabilia atque dubia toti mundo declarare consuesti, jam ignorantiæ nubilo obfuscatum dubitare non vereris, quæ quemlibet e laicis Christianis dubitare non decet. Pudet recordationis tantæ imprudentiæ, et ideo supersedeo in hujusmodi materia immorari; ne materna [4] videar ubera decerpere dentibus, quæ dare lac, potum scientiæ, consuevere.

The writer laments the degeneracy of that University.

[1] *abundans* in the printed texts.

[2] *opporiasse* in orig.; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.: *depauperasse* in the printed texts.

[3] *radicem* in the printed texts; *aconitum* in Bibl. Reg. 13 E. ix.

[4] *videor* in orig.

A.D. 1377.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix

Bull of Pope Gregory XI. to the University of Oxford, enjoining that the Heresies of Wyclif be no longer propounded there.

Igitur Bullæ Papalis tenor, missæ Oxoniæ Studio, talis est:—

"[1] Gregorius Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis "Cancellario et Universitati Studii Oxoniensis, Lincolniensis "Diœcesis, salutem et Apostolicam benedictionem. Mirari "cogimur et dolere, quod vos propter gratias et privilegia "vestra, Studio Oxoniensi ab Apostolica Sede concessa, et "propter scientiam Scripturarum, in quarum pelago felici "remigio, dante Domino, navigatis, tanquam pugiles et "propugnatores orthodoxæ fidei, sine qua salus non ani- "marum provenit, esse deberetis, lolium inter purum triticum "campi gloriosi Studii vestri prædicti, per quandam desidiam "et ignaviam, permittitis pullulare, et, quod est perniciosius, "etiam adolere; nec circa extirpationem hujus lolii, sicut "nuper apud nos insonuit, curam aliquam adhibetis; non "sine clari nominis obfuscatione, [2] [et] animarum vestrarum "periculo, et contemptu Ecclesiæ Romanæ et memoratæ "fidei detrimento. Et quod nos torquet acerbius, prius de "incremento lolii prædicti sentitur in Roma quam in Anglia; "ubi tamen [3] est extirpationis remedium [4] apponatur. Multorum "siquidem fide dignorum insinuatione, admodum [5] dolentis "nostris est auribus intimatum, Johannem Wycliff, Rectorem "ecclesiæ de Luttelworth, Lincolniensis Diœcesis, Sacræ "Paginæ Professorem, utinam non Magistrum Errorum, in "illam detestabilem erupisse vecordiam, [6] quod nonnullas "Propositiones et Conclusiones erroneas et falsas, ac [7] pravita- "tum hæreseos sapientes, quæ statum totius Ecclesiæ, et etiam "sæcularem politiam, subvertere et enervare nituntur, quarum- "que aliquæ, licet quibusdam mutatis terminis, sentire "videntur perversas opiniones et doctrinam indoctam damnatæ "memoriæ Marcilii de Padua et Johannis de [8] Ganduno, [9] quorum "liber per felicis recordationis Johannem Papam Vicesimum "Secundum, prædecessorem nostrum, reprobatus extitit et "damnatus, in regno Angliæ, nempe glorioso potentia et "copia facultatum, sed gloriosiore pietate fidei rutilante, "Sacræ Paginæ claritate, consueto viros producere divinarum "Scripturarum recta scientia illustratos, morum gravitate

[1] See a careful collation of the text of this Bull, in the *Fasciculi Zizaniorum*, (edited by the Rev. W. W. Shirley,) in the present Series, pp. 242–244.

[2] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

[3] *est* omitted in the printed texts.

[4] *apponeretur* in the printed texts.

[5] *dolentium* in the printed texts.

[6] *quod* omitted in the printed texts.

[7] *pravitate* in the printed texts.

[8] *Gandavo* in the printed texts.

[9] *quorumlibet* in the printed texts; here, and in pages 348, 350, and 352.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1377.

"maturos, devotione conspicuos, et Catholicæ fidei defensores, "dogmatizare et publice prædicare, seu potius de virulento "claustri sui pectore evomere, non veretur, nonnullos Christi "fideles earum respersione commaculans, et a fidei præfatæ "recta semita in præcipitium perditionis abducens. Quare "cum tam letiferam pestem, cui si ejus non obstetur [1] principiis "et ipsa radicitus evellatur, sero posset medicina parari, "quum per contagionem plurimos infecisset, nolumus, prout "nec velle debemus, sub conniventia pertransire, Universitati "vestræ per Apostolica scripta in virtute sanctæ obedientiæ, "et sub pœna privationis omnium gratiarum, indulgentiarum, "et privilegiorum, vobis ac Studio vestro a dicta Sede "concessorum, districte præcipiendo, mandamus, quatenus "Conclusiones et Propositiones in bonis operibus et fide male "sentientes, licet eas proponentes sub quadam verborum sive "terminorum curiosa implicatione nitantur defendere, de "cætero non permittatis asseri vel proponi; dictumque Johan-"nem auctoritate nostra capiatis, seu capi faciatis, et ipsum "venerabilibus fratribus nostris, Archiepiscopo Cantuariensi "et Episcopo Londoniensi, aut eorum alteri, sub fida custodia "transmittatis. Contradictores quoque de dicto Studio vestræ "jurisdictioni subjectos, si qui forsan, quod Deus avertat, "essent hujusmodi erroribus maculati, [2] [si] in illis pertinaciter "perstiterint, ad similem captionem et missionem, aliasque "prout ad vos spectat, firmiter et sollicite procedatis; perinde "vestram suppleturi diligentiam, hactenus in præmissis re-"missam, nostramque et dictæ Sedis, præter divinæ retri-"butionis præmium et meritum, gratiam et benevolentiam "adepturi. Data Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, "[3] undecimo Kalendas Junii, Pontificatus nostri anno septimo."

Bulla Papalis missa Archiepiscopo Cantuariensi et Episcopo Londoniensi, ad monendum Regem et Magnates Angliæ ne prædicto Johanni faveant, vel adhæreant quovismodo.

Bull of Pope Gregory XI. to the Archbishop of

"Venerabilibus fratribus, Cantuariensi Archiepiscopo et "Episcopo Londoniensi, salutem, etc. Super periculosis ad-"modum erroribus quarundam detestabilium Propositionum "et Conclusionum, ad enervationem totius ecclesiastici status

[1] The well-known lines of Ovid—"*Principiis obsta, sero, etc.,*" are here alluded to.

[2] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix., and the printed texts.

[3] *II. Calendas* in the printed texts.

A.D. 1377. Canterbury and Bishop of London, enjoining that the King and nobles of England be warned of the errors of Wyclif.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

"tendentium, [1] quas scriptas in cedula inclusa præsentibus, Johannes Wycleff, Rector ecclesiæ de Luttelworth, Lincolniensis Diœcesis, dictus 'Theologiæ Professor,' asseritur tam impie quam temere suscitasse, plenius vobis scribimus, per alias nostras patentes litteras, quas cum præsentibus destinamus. Volumus igitur, et vestræ fraternitati mandamus, quatenus clarissimum in Christo [2] filium, Edwardum Regem Angliæ illustrem, et dilectos filios, nobiles viros natos dicti Regis, ac dilectam in Christo filiam, nobilem mulierem Johannam Principissam Aquitanniæ et Walliæ, [3] aliosque magnates de Anglia, et consiliarios [4] regios, per vos et alios magistros et peritos in Sacra Pagina, non maculatos hujuscemodi erroribus, sed in fide sinceros et fervidos, studeatis facere plenarie informari, ac eis ostendi, quanta verecundia devoto regno Angliæ oriatur exinde, et quod non solum sunt ipsæ Conclusiones erroneæ in fide, sed, si bene advertantur, innuunt omnem destruere politiam. Et requiratis eos [5] strictissime, quod [6] [ad] extirpationem tantorum errorum, pro reverentia Dei et Apostolicæ Sedis, et nostra, ipsorumque merito apud Deum et honorem sæculo, tanquam Catholici principes et pugiles dictæ fidei, omni qua poterunt efficacia tribuant auxilium et favorem. Data Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, [7] undecimo Kalendas Junii, anno septimo."

Bull of Pope Gregory XI. to the Archbishop of Canterbury and Bishop of London enjoining that Wyclif be cited to appear at the Papal Court, in

"Venerabilibus fratribus, Archiepiscopo Cantuariensi et Episcopo Londoniensi, salutem, etc. Nuper per nos, non sine gravi cordis turbatione et plurium fide dignorum relatione, percepto quod Johannes Wyclyff, Rector Ecclesiæ de Lutelworth, Lincolniensis Diœcesis, Sacræ Paginæ Professor, utinam non Magister Errorum, in tam detestabilem vesaniam temere prorupit, quod nonnullas Propositiones et Conclusiones erroneas ac falsas, et male in fide sonantes, quæ statum totius Ecclesiæ subvertere et enervare nituntur, quarumque aliquæ, quibusdam mutatis terminis, [8] [imitari] videbantur perversas opiniones et doctrinam indoctam damnatæ memoriæ Marsilii de Padua et Johannis de [9] Ganduno, quorum liber per felicis recordationis Johannem Papam Vicesi-

[1] *quas* omitted in the printed texts.

[2] Omitted in the printed texts.

[3] *et alios* in the printed texts.

[4] *regis* in the printed texts.

[5] *fructissime* in orig.; corrected from the printed texts.

[6] Omitted in orig. and the printed texts; *ex* in Bibl. Reg. 13 E. ix.

[7] *II. Cal. Junii* in the printed texts.

[8] Supplied from the printed texts.

[9] *Gandavo* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

" mum Secundum, prædecessorem nostrum, reprobatus extitit A.D. 1377.
" et damnatus, non verebantur in regno Angliæ asserere, case of his
" dogmatizare, et publice prædicare, illis nonnullos Christi non-arrest.
" fideles maligne inficiens, ac a fide Catholica, sine qua non " est salus, faciens deviare.—Nos, attendentes quod tam per- " niciosum malum, quod in plurimos serpere poterat, eorum " animas letali contagione necando, non debebamus, prout nec " debemus, sub dissimulatione transire, vobis per alias litteras " nostras commisimus et mandavimus, ut vos, vel alter ves- " trum, de dictarum Propositionum et Conclusionum assertione " quarum copiam sub Bulla nostra misimus interclusam, vos " secrete informantes, si ita esse inveniretis, præfatum Jo- " hannem auctoritate nostra capi et carceribus mancipari face- " retis, eumque sub bona custodia teneretis in vinculis, donec " a nobis super hæc reciperetis aliud in mandatis, prout in " dictis litteris plenius continetur. Considerantes utique quod " præfatus Johannes, hujusmodi captionem et carcerationem " forte præsentiens, posset, quod absit, perfugere, seu latita- " tionis præsidio dictum nostrum mandatum, in gravissimum " fidei detrimentum, eludere ; nos, ne tam damnabiles Proposi- " tiones et Conclusiones indiscussæ, et earum temerarius as- " sertor impunitus remaneret, in detrimentum gravissimum " fidei prælibatæ, fraternitati vestræ per Apostolica scripta " committimus et mandamus, quatenus vos, vel alter vestrum, " per vos, vel alium seu alios, præfatum Johannem, si per " vos capi et incarcerari non possit, per edictum publicum, " proponendum in Studio Oxoniæ, Lincolniensi Diœcesi, et aliis " locis publicis, de quibus sit verisimilis conjectura quod ad " dicti Johannis notitiam pervenire valeat, et de quibus vos " expedire videatur, ex parte nostra peremptorie monere et " citare curetis, quod infra trium mensium spatium, a die " citationis hujusmodi in antea computandum, ubicunque tunc " nos esse contigerit, comparere, ac personaliter coram nobis " super Propositionibus et Conclusionibus hujuscemodi respon- " surus, ac auditurus et facturus quicquid super [1] eos duxeri- " mus ordinandum, et ordo dictaverit rationis, prædicendo in " hujusmodi citationis edicto, quod sive idem Johannes in " hujusmodi termino comparuerit, sive non comparuerit, nos " super præmissis, et contra eum usque ad debitam con- " demnationem ipsius inclusive, procedemus, prout [2] ejus deme- " rita exigent, ac nobis, secundum Deum et conservationem " fidei, videbitur expedire. Volumus autem, et præsentium " tenore statuimus, quod prædicta citatio, sic facta, [3] perinde

---

[1] *eis* in the printed texts.
[2] Incorrectly written *eis* in orig.
[3] *provide* in the printed texts.

A.D. 1377. "præfatum Johannem artet, acsi sibi personaliter insinuata "et intimata fuisset, Constitutione quacunque contraria non "obstante. Diem vero citationis, et formam, et quicquid "feceritis in prædictis, nobis per vestras litteras, [1] [vestris] "sigillis munitas, harum seriem continentes, fideliter et quamcitius poteritis intimare curetis. Data Romæ apud Sanctam "Mariam Majorem, [2] undecimo Kalendas Junii, anno septimo."

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Bull of Pope Gregory XI. to the Archbishop of Canterbury and Bishop of London, enjoining that Wyclif be arrested and kept in custody.

"Venerabilibus fratribus, Archiepiscopo Cantuariensi et "Episcopo Londoniensi, salutem, etc. Regnum Angliæ, glo-"riosum nempe potentia et abundantia facultatum, sed glorio-"sius pietate fidei, et Sacræ Paginæ claritate coruscum, con-"suevit viros producere Divinarum Scripturarum recta scientia "præditos, maturitate graves, devotione præclaros, et pugiles "fidei orthodoxæ, et qui non solum proprios sed alienos, "populos documentis instruebant verissimis, et in mandatorum "Domini semitam dirigebant. Et sicut ex effectu contingen-"tium temporis antiqui colligitur, dicti regni Præsules in spe-"cula sollicitudinis positi, proprias excubias exercentes solli-"cite, non permittebant aliquod oriri erroneum, quod posset "inficere oves suas, sed si oriretur zizania ex inimici hominis "inspersione, illam protinus evellebant, crescebat assidue "purum triticum, in Dominicum horreum inferendum. Sed, "proh dolor! nunc [3] appareret quod in ipso regno officio "vigiles, negligentia vero desides, non circuiunt civitatem, "dum hostes ingrediuntur in eam, animarum thesaurum pre-"tiosissimum [4] prædaturi. Quorum latentes ingressus, et "patentes aggressus, prius sentiuntur in Roma, intercapedine "longa remota, quam eis in Anglia resistatur. Sane plurium "fide dignorum significatione admodum dolenter audivimus, "quod Johannes Wyclyff, Rector ecclesiæ de Luttelworth, "Diœcesis Lincolniensis, Sacræ Paginæ Professor, utinam "non Magister Errorum, in illam detestabilem vesaniam dici-"tur temere prorupisse, quod nonnullas Propositiones et Con-"clusiones erroneas et falsas, in fide male sonantes, quæ "statum totius Ecclesiæ subvertere et enervare conantur, "quarumque aliquæ, licet aliquibus quibusdam mutatis termi-"nis, sentire videntur perversas opiniones et doctrinam indoc-"tam damnatæ memoriæ Marcelli de Padua et Johannis de Gan-"duno, quorum liber per felicis recordationis Johannem Papam

---

[1] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. Omitted in the printed texts.

[2] *II. Calendarum* in the printed texts.

[3] *apparet* in the printed texts.

[4] *prædantur* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. A.D. 1377.

"Vicesimum Secundum, prædecessorem nostrum, reprobatus "extitit et damnatus, non in veretur præfato regno asserere, "dogmatizare, et publice prædicare, nonnullos Christi fideles "[1] eis maligne inficiens, ac a fide Catholica, sine qua non est "salus, faciens deviare; de quibus sic subortis et non extir- "patis, seu saltem eis nulla facta resistentia quam scimus, "sed transactis seu toleratis, conniventibus oculis [2] [vos aliique "Præsules Angliæ, cum debeatis esse columnæ Ecclesiæ, dic- "tæque fidei defensores attenti, conniventibus oculis] tam negli- "genter transeundo, non immerito deberetis rubore perfundi, "verecundari, et in propriis conscientiis remorderi. Quare "cum tam perniciosum malum, quod non præcisum seu ra- "dicitus extirpatum, serpere posset in plurimos, in animabus "eorum, quod absit, letali contagione necandos, nolumus, sicut "nec debemus, sub dissimulatione transire, fraternitati vestræ "per Apostolica scripta committimus et mandamus quatenus, "receptis præsentibus, vos, vel alter vestrum, de dictarum "Propositionum et Conclusionum assertione, quarum copiam "vobis mittimus sub Bulla nostra inclusam, vos secrete in- "formantes, si inveneritis ita esse, præfatum Johannem faci- "atis auctoritate nostra capi et carceribus mancipari, ejusque "confessionem [3] [super eisdem Propositionibus seu Conclu- "sionibus recipere studeatis, ac ipsam confessionem] et quæ- "cunque dictus Johannes dixerit seu scripserit, super earun- "dem Propositionum et Conclusionum inductione ac probatione, "et quicquid feceritis in præmissis, sub vestris sigillis clausa "et nemini revelata, nobis per fidelem nuncium transmissuri, "eundemque Johannem sub fideli custodia teneatis in vinculis, "donec a nobis super hoc aliud receperitis in mandatis. "Contradictores, etc. Invocato, etc. Non obstantibus felicis "recordationis Bonefacii Papæ Octavi, prædecessoris nostri, "Constitutionibus, in quibus cavetur ne aliquis extra suam "civitatem vel Diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, et in "illis ultra unam dietam a fine suæ Diœcesis ad judicium "evocetur; seu ne judices a Sede Apostolica deputati aliquos "ultra unam dietam a fine suæ Diœcesis evocare præsumant, "et de duabus dietis in Consilio Generali, ac [4] exemptionis; "et aliis privilegiis, constitutionibus, et litteris Apostolicis "Prædicatorum, Minorum, et Heremitarum Sancti Augustini, "et Sanctæ Mariæ de Monte Carmeli, et aliis quibuscunque "Mendicantium, vel aliis Ordinibus et locis, aut specialibus

---

[1] *ejus* in orig., by inadvertence.

[2] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. Omitted in the printed texts.

[3] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

[4] *expensionis* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1377. "personis, seu Capitulis et Conventibus ipsorum generalibus "vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, necnon "statutis et consuetudinibus eorundem Ordinum et locorum "contrariis, per quæ effectus præsentium impediri valeat "quomodolibet, vel differri, etiamsi de eis eorumque totis "tenoribus, ac de verbo ad verbum, plena [1][et] expressa "mentio in nostris litteris sit habenda, seu si Johanni præ-"dicto vel quibusvis aliis, communiter vel divisim, a dicta "Sede sit indultum, quod personaliter capi aut [2]quod interdici, "suspendi, vel excommunicari, non possint, per litteras Apo-"stolicas, non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad "verbum, de indulto hujusmodi mentionem. Data Romæ apud "Sanctam Mariam Majorem, [3]undecimo Kalendas Junii, "anno septimo."

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Letter addressed by Pope Gregory XI. to the King of England, in reference to the Heresies of Wyclif.

"Carissimo in Christo filio, [4]Ricardo, Regi Angliæ, illustri, "salutem, etc. Regnum Angliæ, quod Altissimus tuæ [5]supponit "potestati, gloriosum nempe potentia et abundantia faculta-"tum, sed gloriosius pietate fidei et Sacræ Paginæ claritate "coruscum, consuevit viros producere Divinarum Scripturarum "recta scientia præditos, maturitate graves, devotione fer-"ventes, et Catholicæ fidei defensores, qui non solum proprios, "sed alienos populos præceptis salutaribus instruebant, diri-"gebantque in divinorum semitam mandatorum. Sed nuper "cum ingenti cordis amaritudine, plurimorum fidedignorum "significatione percepimus, Johannem de Wyclyff, Rectorem "Ecclesiæ de Luttelworth, Lincolniensis Diœcesis, Sacræ "Paginæ Professorem, utinam non Magistrum Errorum, in "illam nefandam et abominabilem prorupisse dementiam, quod "nonnullas Propositiones et Conclusiones, plenas erroribus, et "manifestam hæresim continentes, quæ statum totius Ecclesiæ "subvertere et enervare nituntur, quarumque aliquæ, licet "quibusdam mutatis terminis, sentire videntur perversas "opiniones et doctrinam indoctam damnatæ memoriæ Marcelli "de Padua et Johannis de Ganduno, quorum liber per felicis "recordationis Johannem Papam Vicesimum Secundum, præ-"decessorem nostrum, reprobatus extitit et damnatus, in dicto "regno dogmatizare et publice prædicare, seu potius de "virulento claustro sui pectoris evomere, non veretur, non-

---

[1] Supplied from the printed texts.

[2] *quodvis dici* in orig.; *quod jus dici* in the printed texts: corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] *II. Cal. Junii* in the printed texts.

[4] *Edwardo* in Bibl. Reg. 13 E. ix., and in the printed texts; and correctly, it would seem, as the Letter bears date some time before King Edward's death.

[5] *supposuit* in the printed texts.

MS. Bibl. "nullos Christi fideles earum respersione commaculans, et a A.D. 1377.
Reg. 13 "præfatæ fidei recta semita in præcipitium perditionis ab-
E. ix. "ducens.—Nos itaque tantum malum, quod, non præcisum "seu radicitus extirpatum, serpere posset in plurimos, in "animabus eorum, quod absit, letali contagione necandos, "nolentes, prout nec velle sine nostræ morsu conscientiæ "possumus, [1] conniventis oculis pertransire, venerabilibus "fratribus nostris, Archiepiscopo Cantuariensi et Episcopo "Londoniensi, per litteras nostras commisimus et mandavimus, "ut ipsi, vel alter eorum, receptis per eos dictis nostris "litteris, de dictarum Propositionum et Conclusionum asser-"tione, quarum copiam eis sub Bulla nostra misimus inter-"clusam, se informantes, si invenirent ita esse, facerent "præfatum Johannem auctoritate nostra capi et carceribus "mancipari, ejus confessionem, super eisdem Propositionibus "seu Conclusionibus recipere studerent, ac ipsam confessionem, "et quæcunque dictus Johannes dixerit vel scripserit super "earundem Propositionum et Conclusionum inductione et pro-"batione, nobis per fidum nuncium transmittere non post-"ponant. Cum itaque dicti Archiepiscopus et Episcopus in "prosecutione hujus negotii noscantur favore et auxilio tuæ "celsitudinis indigere, majestatem tuam quam, et tui pro-"genitores inclyti Catholicæ fidei, cujus in hac parte res agitur, "semper consueverunt esse, et præcipui zelatores, requirimus "et deprecamur attente, quatenus ob reverentiam Dei, dictæ "fidei, et Apostolicæ Sedis, et nostrum intuitum, digneris "præfatis Archiepiscopo et Episcopo, et aliis qui hujusmodi "negotium [2] prosequentur, in ipsa prosecutione tui favoris et "auxilii patrocinium exhibere provide, præter humanæ laudis "præconium, divinæ retributionis præmium, nostram et dictæ "Sedis adepturus benevolentiam ampliorem. Data Romæ "apud Sanctam Mariam Majorem, [3] undecimo Kalendas Junii, "anno septimo."

[4] *Hæ sunt Propositiones, sive Conclusiones, quas Johannes Wicliff publice prædicavit.*

1. "Totum genus humanum, citra Christum, non habet Certain

---

[1] *conniventibus* in the printed texts.

[2] *persequentur* in the printed texts.

[3] *II. Cal. Junii* in the printed texts.

[4] In Bibl. Reg. 13 E. ix. the Title varies — "*Hæ sunt Propositiones,* "*sive Conclusiones, quas Johannes* "*Wyclif dicitur asseverasse, et pub-* "*lice prædicasse.*" See the *Fasciculi Zizaniorum*, pp. 245–256.

A.D. 1377. " potestatem simpliciter ordinandi; ut Petrus, [1] ut omne genus MS. Bibl.
Proposi- " suum, dominetur [2] politice in perpetuum super mundum. Reg. 13
tions, or 2. " Deus non potest dare homini, pro se et hæredibus suis E. ix.
Conclu- " in perpetuum, civile dominium.
sions, attri-
buted to 3. "'Chartæ humanitus adinventæ de hæreditate civili per-
Wyclif. " petua, sunt impossibiles.

4. " Quilibet existens in gratia gratificante finaliter, nedum " habet [3] jus, sed in re habet omnia dona Dei.

5. " Homo potest solum ministratorie dare, tam naturali " filio [4] quam invitationis, in schola Christi tam temporale " dominium quam æternum.

6. " Si [5] Deus, domini temporales possunt legitime ac " meritorie auferre bona fortunæ ab Ecclesia delinquente.

7. " Nunquid Ecclesia est in tali statu [6] [vel non, non est " meum discutere, sed dominorum temporalium examinare, et " posito casu] confidenter agere, et sub pœna damnationis " æternæ ejus temporalia auferre.

8. " Scimus quod non est possibile [7] [quod] Vicarius Christi " pure ex Bullis suis, vel ex illis, cum voluntate et consensu " suo, [8] et sui Collegii, [9] quenquam habilitet vel inhabilitet.

9. " Non est possibile hominem [10] excommunicari, nisi prius " et principaliter excommunicetur a seipso.

10. " [11] Nemo ad sui deteriorationem excommunicatur, sus- " penditur, vel aliis censuris cruciatur, nisi in causa Dei.

11. " Maledictio vel excommunicatio non [12] [ligat] simpliciter, " nisi quantum fertur in adversarium legis Christi.

---

[1] Sic in orig. and in Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts; *et* in *Fasc. Zizan.*, p. 245. See [1] p. 357.

[2] *policiter* in the printed texts.

[3] *jus ad rem, sed pro suo tempore jus in re super omnia bona Dei,—Fasc. Zizan.*, p. 247. See [4] p. 358.

[4] *quam filio imitationis, et temporale dominium, et æternum implicitum,—Fasc. Zizan.*, p. 247. See [5] p. 358.

[5] *Deus est,—Fasc. Zizan.*, p. 248, and Bibl. Reg. 13 E. ix. See p. 324, *ante*, Note 2; and [6] p. 359.

[6] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts. This paragraph (No. 7) does not appear in *Fasc. Zizan.*, and seems to be neither a Conclusion nor part of one.

[7] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: *ut* in the printed texts and *Fasc. Zizan.*, p. 249.

[8] *aut* in *Fasc. Zizan.*, p. 249. See [7] p. 359.

[9] *vel habilitet* in the printed texts. See [7] p. 359.

[10] *excommunicari ad sui damnum, Fasc. Zizan.*, p. 250. See [8] p. 359.

[11] See [9] in p. 360; which agrees verbatim with this Conclusion as given in *Fasc. Zizan.*, p. 250.

[12] Omitted in the printed texts; supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and *Fasc. Zizan.*, p. 251. See [10] p. 360.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. — A.D. 1377.

12. "Non est [1] exemplificata potestas a Christo, vel [2] a suis "discipulis, excommunicandi subditos, præcipue, propter "negationem temporalium; sed e contra.

13. "Discipuli Christi non habent potestatem [3] coacte exi- "gere temporalia per censuras.

14. "Non est possibile, de potentia Dei absoluta, quod si "Papa vel [4] alius prætendat se quovismodo solvere vel ligare, "eo ipso [5] solvit vel ligat.

15. "Credere debemus, quod solum tunc solvit vel ligat, "[6] quando se conformat legi Christi.

16. "Hoc debet credi Catholice, quod quilibet sacerdos, rite "ordinatus,[7] habet potestatem sufficientem sacramenta quæ- "libet conferendi, et per consequens quemlibet contritum "[8] [a] peccato quolibet absolvendi.

17. "Licet regibus [9] auferre temporalia a viris ecclesiasticis, "ipsis abutentibus habitualiter.

18. "[10] Sive domini temporales, sive sancti Papæ, sive Petrus, "sive Caput Ecclesiæ, qui est Christus, [11] dotaverit Ecclesiam "bonis fortunæ vel gratiæ, et excommunicaverit ejus tempo- "ralia auferentes, licet tamen, propter conditionem implicitam, "delicto proportionaliter eam temporalibus spoliare.

19. "Ecclesiasticus, immo et Romanus Pontifex, potest "legitime [12] a subditis et laicis corripi, et etiam accusari."

---

[1] *exemplata potestas a Christo suis discipulis excommunicandi subditum, præcipue,—Fasc. Zizan.*, p. 251. See [11] p. 360.

[2] *a* omitted in Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts; correctly.

[3] *ad coactione civili exigendum,—Fasc. Zizan.*, p. 252. See [12] p. 360.

[4] *alius Christianus,—Fasc. Zizan.*, p. 252. See [13] p. 361.

[5] *sic solvit,—Fasc. Zizan.*, p. 252. See [13] p. 361.

[6] *simpliciter Christi Vicarius, quando agit conformiter legi Christi.—Fasc. Zizan.*, p. 253. See [14] p. 361.

[7] *secundum legem gratiæ, habet potestatem secundum quam potest sacramenta quælibet ministrare, et per consequens sibi confessum de quolibet peccato contritum absolvere. Fasc. Zizan.*, p. 253. See [15] p. 361.

[8] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

[9] See [16] in p. 361; which agrees verbatim with this Conclusion as given in *Fasc. Zizan.*, p. 254.

[10] *Sive domini temporales, sive quicunque alii, dotaverint ecclesiam temporalibus licet eis in casu auferre temporalia medicinaliter ad cavenda peccata, non obstante excommunicatione, vel alia censura ecclesiastica; cum non nisi sub conditione implicita sunt donata.—Fasc. Zizan.*, p. 255. See [17] p. 362.

[11] *dotaverat* in the printed texts.

[12] *a subjectis corripi, et ad utilitatem Ecclesiæ, tam a clericis quam a laicis, accusari.—Fasc. Zizan.*, p. 256. See [18] p. 362.

A.D. 1378. Istæ fuerunt [1]Propositiones, vel potius deliramenta, sæpedicti Johannis, quæ ad aures Domini Apostolici pervenere; unde juste concitatus præscriptas Bullas, hujus tanti [2][negotii] [3]executorias, et statum [4]contingentes Universalis Ecclesiæ, prædictis Episcopis demandavit. Qui quam indevote, quam segniter, commissa sibi mandata compleverint, melius est silere quam loqui. Hoc tantum posterorum notitiæ declarare studuimus, quod cum ipsi Episcopi tantæ dignationis favorem et apices suscepissent, animati plurimum, nec immerito, profitebantur se nullius precibus, nullius minis vel muneribus, esse flectendos, quin in ista causa [5]rectam justitiam sequerentur, etiam si periculum capitis immineret. Sed instante die examinationis istius apostatæ, a timore, a vento arundinis agitatæ, molliti sunt sermones eorum super oleum, in jacturam publicam propriæ dignitatis et totius Ecclesiæ detrimentum. Et qui nec ipsis dominis regnique principibus se obtemperare devoverant, donec excessus ipsius hæresiarchæ punivissent, juxta mandata Papalia, a facie cujusdam, nec nobilis militis neque potentis, de Curia Principissæ Johannæ, videlicet Lodewyci Clyfford, pompose vetantis ne præsumerent aliquid contra ipsum Johannem sententialiter diffinire, tanto timore concussi sunt, ut cornibus eos carere putares, factos velut homo non audiens, et non habens in ore suo redargutiones.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Alleged remissness of the Bishops in reference to the prosecution of Wyclif.

They are alarmed by a message sent from the Princess's Court.

Wyclif summoned to appear at Lambeth, and interference of the people of London in his behalf.

Insuper, nec illud esse silendum æstimo, cum Episcopi prædicti cum isto schismatico in Capella Archiepiscopi apud Lambhith convenissent, non dico cives tantum Londonienses, sed viles ipsius civitatis, se impudenter ingerere præsumpserunt in eandem Capellam, et verba facere pro eodem, et istud negotium impedire; confisi, ut reor, de ipsorum præmissa negligentia Prælatorum. Talibus occasionibus seu commentis, pseudo-propheta et verus hypocrita pro tunc evasit, amplius non compariturus coram dictis Episcopis, [6]citra mortem Gregorii Papæ. Cujus obitus non modicum fideles contristavit, sed in fide falsos ipsum Johannem et ipsius asseclas animavit.

---

[1] On this subject, the reader may consult with advantage the Introduction to the *Fasc. Zizan.*, pp. xxxi., xxxii.

[2] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

[3] *executores* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[4] *contingente* in the printed texts.

[5] *recta* in the printed texts.

[6] *circa* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[1] *Declarationes Johannis Wickliff.*

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1378. Declarations made by Wyclif in defence of the Conclusions.

"In principio, protestor publice, sicut sæpe feci alias, quod "propono et volo, ex toto corde meo, mediante Dei gratia, "esse integer Christianus, et quamdiu manserit in me "halitus, profiteri atque defendere, quantum sufficio, legem "Christi. Et quod si ex ignorantia vel quacunque alia "causa in isto defecero, rogo Deum meum de venia; et "nunc, prout extunc, revoco et retracto, submittens me "humiliter correctioni Sanctæ Matris Ecclesiæ. Et quæ per "pueros [2] reportata est sententia fidei quam dixi in [3] scholis "et alibi, ac magis, per pueros etiam usque ad Romanam "Curiam transportata, ideo, ne Christiani scandalizentur in "me, volo in scriptis dare sententiam ex qua impetitus sum, "quam volo usque ad mortem defendere, sicut credo omnes "Christianos debere, sed specialiter Romanum Pontificem et "cæteros sacerdotes Ecclesiæ. Intelligo autem Conclusiones "ad sensum et modum loquendi Scripturæ et Sanctorum "Doctorum, quem paratus sum exponere; et dato quod sint "fidei contrariæ, volo ipsas paratissime revocare.

"Prima Conclusio. Totum genus humanum concurrentium, "citra Christum, non habet potestatem ordinandi simpliciter "ut Petrus, et omne genus suum, dominetur in perpetuum "politice super mundum.—Patetque non [4] est in hominum "potestate impedire adventum Christi ad finale judicium, "quod oportet [5] creare juxta illum Articulum Fidei, 'Inde ven-"'turus est judicare vivos et mortuos.' Exhinc enim, secun-"dum fidem Scripturæ, cessabit hominum politia. Intelligo "autem dominationem politicam, vel civilem dominationem "sæcularem, pertinere laicis activis viantibus, dum pere-"grinantur, a Domino. De tali enim dominatione politica "loquuntur philosophi. Et quamvis 'periodicum' vocatur, "quandoque 'perpetuum,' quia tamen in Scriptura sacra, in "usu Ecclesiæ, et libris philosophorum, 'perpetuum' sumi-"tur communis pro 'æterno' aperte, post in illa significatione "famosiore suppono terminum illum capi; sic enim canit

---

[1] "*Istæ sunt Declarationes factæ* "*per eundem Johannem Wyclif,* "*super Propositiones quas supra* "*notavimus in præcedentibus, die* "*quo coram Episcopis apparuit, ut* "*prælibavimus, apud Lambhithe.*"— Title in Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] These two words are omitted in the printed texts.

[3] *scholas* in orig., by inadvertence.

[4] *esse* in Parker's text; *esset* in Camden's text.

[5] Qy. if not *credere*.

A.D. 1378. " Ecclesia, 'Deo Patri sit gloria, [1][ejusque soli Filio, cum " Spiritu Paracleto, et nunc et in perpetuum.'] Et tunc est " conclusio immediata principiis fidei, cum non subjacet homi- " num potestati ordinare peregrinationem Ecclesiæ sine fine.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

" [2.] Deus non potest dare homini, pro se et hæredibus " suis in perpetuum, civile dominium.—Intelligo [2]autem civile " dominium ut supra intellexi, dominationem politicam et in " perpetuum. Ut supra, sicut Scriptura intelligit in beatitu- " dine perpetuas mansiones, tunc dixi primo, quod Deus de " potentia ordinata non potest dare homini in perpetuum civile " dominium. Dixi secundo, quod probabile videtur quod " Deus, de potentia sua [3][absoluta], non potest dare homini in " perpetuum tale dominium, eo quod non potest, ut videtur, " semper incarcerare sponsam suam in via, nec pro semper " differre ultimum suæ beatitudinis complementum.

" [3.] Multæ chartæ humanitus adinventæ de hæreditate " civili potentia, sunt impossibiles.—Ista veritas est incidens; " non enim oportet catholicare omnes chartas, [4][quia tunc non " liceret auferre collata per chartas] a quolibet injuste occu- " pante. Sed hoc confirmato fide Ecclesiæ, daretur caritatis " occasio confidendi in temporalibus et [5]petendi licentia; " sicut enim omne verum est necessarium, [6]sic omne falsum " est possibile ex suppositione, ut patet testimonio Scrip- " turæ et Sanctorum Doctorum loquentium de necessitate fu- " turorum."

" [4.] Quilibet existens in gratia gratificante finaliter, nedum " habet jus in rem, sed pro suo tempore [7]jus in re super omnia " bona Dei.—Patet ex fide Scripturæ, Matthæi [8]Vicesimo " quarto; quia Veritas promittit [9]cuilibet intranti in gau- " dium suum, 'Amen dico vobis, super omnia bona constituet " 'eum.' Jus enim communionis Sanctorum in patria fundatur " objective super universitatem donorum Dei.

" [5.] Homo potest solum ministratorie dare, tam naturali filio " [10][quam filio] invitationis, et temporale dominium et æter- " num.—Patet eo, quod omnis homo debet recognoscere se in

[1] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

[2] Apparently written *unum* in orig.

[3] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

[4] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. The same omission occurs in the printed texts.

[5] *peccandi* in Bibl. Reg. 13 E. ix.

[6] *ex suppositione, sic* in Bibl. Reg. 13 E. ix.; *ex suppositione* omitted in the printed texts.

[7] *jus jure* in the printed texts.

[8] *Matt.* xxv. 21.

[9] *civibus intrantibus* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[10] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: omitted in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1378.

"omnibus operibus suis humilem Dei ministrum, ut patet "ex fide Scripturæ,[1]—'Sic nos existimet homo ut ministros "'Christi'; immo Christus sic ministravit, et docuit suos "præcipuos Apostolos ministrare. In patria vero dabunt "Sancti confratribus dominia bonorum, ut patet de suis cor"poribus, et bonis eis inferioribus, in natura, juxta illud Lucæ "Sexto,—[2] 'Mensuram bonam et confertam, et coagitatam, et "'supereffluentem, dabunt in sinum vestrum.'

"[6.] Si Deus est, domini temporales possunt legitime ac "meritorie auferre bona fortunæ ab Ecclesia delinquente.— "Ista est correlativa primo Articulo Fidei,—'Credo in Deum "'Patrem Omnipotentem.' Intelligo autem 'posse,' modo Scrip"turæ [3] concedentis quod Deus de [4] lapidibus *potest* suscitare "filios Abrahæ; aliter enim omnes Christiani principes forent "hæretici. Pro [5] ista Conclusione formatur sic ratio.—Si Deus "est, Ipse est Omnipotens; et si sic, Ipse potest præcipere "dominis temporalibus sic auferre; et si sic, possunt legitime "sic auferre ergo a primo; unde in virtute illius principii, "Christiani Principes practizaverunt illam sententiam. Sed "absit ex illo credere. quod intentionis meæ sit sæculares "dominos licite posse auferre quandocunque et quomodo"cunque voluerint, vel nuda auctoritate sua, sed omnino "auctoritate Ecclesiæ in casibus et forma limitatis a jure.

"[7.] Scimus quod non est possibile ut Vicarius Christi "pure ex Bullis suis, vel ex illis, cum volitione et consensu "suo ac [6] [sui] Collegii, quenquam habilitet vel inhabilitet,— "Patet ex fide Catholica, cum oporteat Dominum [7] in omni opera"tione vicaria tenere primatum. Ideo, sicut in omni habili"tatione subjecti, prius exigitur gratia et dignitas habilitati, "sic in omni inhabilitatione, prius exigitur dignitas ex deme"rito inhabilitati; et per consequens, non pure ex ministerio "Vicarii Christi sit talis habilitatio vel inhabilitatio, sed "desuper aliunde.

"[8.] Non est possibile hominem excommunicari ad sui dam"num, nisi excommunicetur primo et principaliter a seipso. "—Patet, cum oporteat talem excommunicationem originari "a peccato damnificati; unde Augustinus, De Verbis Domini, "Sermone 21, 'Tu te noli conculcare, et te non [8] vincit homo.'

[1] 1 *Cor.* iv. 1.

[2] *Luke* vi. 38.

[3] *concedentes* in the printed texts.

[4] *Matt.* iii. 9, *Luke* iii. 8.

[5] *prima* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[6] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.; omitted in the printed texts.

[7] *in* omitted in the printed texts.

[8] *vincet* in the printed texts.

A.D. 1378. "Et adhuc canit fides Ecclesiæ,—'Quod nulla [1] ei nocebit "'adversitas, si nulla dominetur iniquitas.' — Suppositum "[2] hujus octavæ. — Omnis tamen excommunicatio ex causa "multiplici est timenda, etiam licet excommunicatio Ecclesiæ "sit humili excommunicato non damnabilis, sed salubris. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

"[9.] Nemo debet, nisi in causa Dei, excommunicare, suspen-"dere, interdicere, vel secundum quamcunque censuram ec-"clesiasticam vindicando procedere.—Patet, cum omnis causa "justa sit causa Dei, cujus ratio debet maxime ponderari; "immo, amor excommunicati debet superare zelum vindictæ "et appetitum temporalium quorumcunque; cum aliter ipse "excommunicans seipsum damnificet.—Suppositum nonæ.— "Isti tamen congruit, ut prælatus excommunicet in causa "hominis principaliter, tamen secundum rationem; quia fit in-"juria Deo suo, ut patet xiii. Q. [3] 4 inter Querelas.

"[10.] Maledictio vel excommunicatio non ligat [4] simpliciter "nisi de quanto fertur in adversarium legis Christi.—[5] Patet, "cum Deus ligat omnem ligatum simpliciter, qui non potest "excommunicare, nisi propter prævaricationem legis suæ.— "Suppositum decimæ.—Isti tamen consonat, quod censura ec-"clesiastica non liget simpliciter, sed secundarie secundum "rationem, [6] qua fertur in adversarium membri Ecclesiæ.

"[11.] Non est [7] exemplificata potestas a Christo [8] suis dis-"cipulis excommunicandi subditum, propter negationem tem-"poralium; sed e contra.—Patet ex fide Scripturæ, qua credi-"tur quod Deus est super omnia diligendus, et proximus et "inimicus, et plusquam omnia temporalia hujus mundi; "necessario, quod lex Dei non est sibi ipsi contraria.

"[12.] Discipuli Christi non habent potestatem ad exigendum "coactione civili temporalia per censuras.—[9] Patet ex fide "Scripturæ, Lucæ Vicesimo secundo, qua Christus prohibuit "suos Apostolos civiliter dominari—[10] 'Reges' inquit, 'gentium "'dominantur [11] eorum; vos autem non sic.' Et ad istum "sensum exponitur a Beato Bernardo, Beato Chrysostomo,

---

[1] *ei* omitted in the printed texts.

[2] *habemus* in the printed texts.

[3] Apparently *c* in orig.; and so in the printed texts: corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix. The reference here is to the *Decretal* of Gratian, and in full would be *Decr. Pars. II. Causa* xiii. *Quæstio* 4. This however is misquoted, probably for *Causa* xi. *Quæstio* 3, *Cap.* 4.

[4] *finaliter* in the printed texts.

[5] *pater* in Camden's text.

[6] *quia* in the printed texts.

[7] *concessa* in the printed texts; *exemplata* in Bibl. Reg. 13 E. ix.

[8] See page 355, *ante*, Pr. 12. Note 1.

[9] *ut patet* in the printed texts.

[10] *Luke* xxii. 26.

[11] *eis* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. "et aliis Sanctis.—Suppositum [1] hujus duodecimæ.—Isti tamen A.D. 1378.
"non obstat quod exigant temporalia per censuras ecclesi-
"asticas accessorie ad vindicationem Dei sui.

"[13.] Non est possibile, de Dei potentia absoluta, quod si "Papa vel alius Christianus prætendat se quovismodo sol-"vere vel ligare, eo ipso sic solvit vel ligat.—Oppositum "istius destrueret totam fidem Catholicam, [2] cum implicaret "[3] blasphemum usurpantem talem absolutam potentiam Do-"mini.—Suppositum [4] hujus tertiæ-decimæ.—Per istam "Conclusionem non intendo derogare potestati Papæ, vel "cujuscunque prælati Ecclesiæ, quin possunt in virtute capitis "ligare et solvere. Intelligo autem conditionalem negatam ut "impossibilem ad hunc sensum; quod non potest esse quod "Papa, vel alius prælatus Ecclesiæ, prætendit se quovismodo "solvere vel ligare, nisi eo ipso sic solverit vel ligaverit; et "tunc non potest esse peccabilis.

"[14.] Credere debemus, quod tunc solum ligat vel solvit "Christi [5] sacerdos simpliciter, [6] [quando agit conformiter] "legi Christi;—pro eo quod non licet sibi sic facere, nisi in "virtute legis illius, et per consequens nisi quando est con-"formitas legi illi.

"[15.] Hoc debet credi pro Catholico, quod quilibet sacerdos, "rite ordinatus secundum legem gratiæ, habet potestatem "secundum quam potest sacramenta quælibet secundum spe-"ciem ministrare, et per consequens sibi confessum de "quocunque peccato contritum absolvere.—[7] Patet ex eo, quod "potestas sacerdotalis non sufficit majus vel minus in sua "essentia. Potestates tamen inferiorum sacerdotum nunc "sunt rationabiliter restrictæ, et alias in ultimo necessitatis "articulo sunt laxatæ.—Suppositum [8] hujus quintæ-decimæ.—"Et sic secundum doctores, est dare in prælato duplicem "potestatem, scilicet potestatem ordinis, et potestatem juris-"dictionis sive regiminis, et quoad illam sunt prælati, ut "superioris majestatis et regiminis.

"[16.] Licet regibus, in casibus limitatis a jure, auferre "temporalia a viris ecclesiasticis ipsis habitualiter abutenti-"bus.—Patet ex hoc, quod domini temporales debent plus "inniti spirituali eleemosynæ fructus [9] uberioris quam elee-

---

[1] *habemus* in the printed texts.

[2] *tamenve* in the printed texts.

[3] *blasphemiam* in the printed texts.

[4] *habemus* in the printed texts.

[5] *sacerdos, cum simpliciter legi Christi paret, pro eo, etc.* in the printed texts.

[6] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: omitted in the printed texts.

[7] Apparently written *patetur* in orig.

[8] *habemus* in the printed texts.

[9] *uberiores ferenti quam* in the printed texts.

A.D. 1378. " mosynæ corporali; necessario, quod foret in casu opus MS. Bibl.
" eleemosynæ [1]spiritualis clericos damnificantes se in corpore Reg. 13
" et anima per subtractionem hujusmodi castigare. Casus E. ix.
" autem quem jura limitant, foret defectus correptionis spi-
" ritualis præpositi, et demum fidei clerici [2]corrigendi, ut
" patet xvi. Q. 7 [3]'Filiis,' [4][et] XL. Dis. 'Si Papa.'

" [17.] Sive domini temporales, sive quicunque alii, dota-
" verint Ecclesiam temporalibus, licet eis in [5]casu auferre
" temporalia medicinaliter ad cavenda peccata, non obstante
" excommunicatione, vel alia censura ecclesiastica; cum non-
" nisi sub conditione implicita sunt donata.—Patet ex hoc,
" quod nihil habet impedire a præcipuis operibus caritatis;
" necessario, quod in omni opere humano debet subintelligi
" conditio divini beneplaciti, necessariaque lege civili. Colla-
" tiones [6]Corradi, c. 5, in fine Collationis Decimæ.—Sup-
" positum [7]hujus septimæ-decimæ.—Absit quod [8][per] illa
" verba detur occasio [9]dominis temporalibus ad auferendum
" bona fortunæ in detrimentum Ecclesiæ.

" [18.] Ecclesiasticus, etiam Romanus Pontifex, potest in
" casu a subjectis corripi, et ad utilitatem Ecclesiæ, tam a
" clericis quam a laicis, accusari.—[10]Patet ex hoc, quod ipse
" est peccabilis citra peccatum in Spiritum Sanctum, ut sup-
" ponitur ex sanctitate, humilitate, et reverentia debita tanto
" patri. Cum enim sit frater noster peccabilis, subjacet legi
" correptionis fraternæ; et cum totum Collegium [11][suum]
" [12]potest esse deses in correptione pro necessaria prosperitate
" Ecclesiæ, patet quod residuum corpus Ecclesiæ, quod possi-
" bile est secundum plurimum stare in laicis, [13]potest medici-
" naliter eum corripere, accusare, et ad frugem melioris vitæ
" reducere. Casus autem possibilis tangitur [14]Dis. XL.—'Si
" 'Papa fuerit a fide devius.'—Sicut enim non debet supponi
" in Domino Papa sine patenti evidentia tantus lapsus, sic

---

[1] *spirituales* in the printed texts.

[2] *corrigendæ* in the printed texts.

[3] Originally written *filius*, but corrected in the margin; *filius* in Bibl. Reg. 13 E. ix. The reference here is to the *Decretal* of Gratian, and, given in full, would be *Decr. Pars II. Causa* xvi. *Quæstio* 7, *Cap.* 31, and *Decr. Pars I. Distinctio* XL. *Pars III.* "*Si Papa, etc.*"

[4] Supplied from Bibl Reg. 13 E. ix.: omitted in the printed texts.

[5] *causu* in orig.; by inadvertence.

[6] *decorandi* in the printed texts. See *Fasc. Zizan.*, p. 254, Note 7.

[7] *habemus* in the printed texts.

[8] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.; *illis verbis* in the printed texts.

[9] Omitted in the printed texts.

[10] *potest* in the printed texts.

[11] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: omitted in the printed texts.

[12] *patet* in the printed texts.

[13] *patet* in the printed texts.

[14] See Note 3 above.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1378.

"non debet suppositionem lapso de possibili tanta obstinatia, "quin medelam superioris sui, quoad Deum, humiliter ac-"ceptabit; unde [1] practicam istius Conclusionis multæ Chronicæ "attestantur. Absit ab Ecclesia Christi quod damnetur "veritas, quia male sonat peccatoribus vel ignaris; quia tunc "tota fides Scripturæ foret damnabilis."

Regrets of the writer at Wyclif's escape.

Hoc eodem modo idem versipellis Johannes Wyclyff ponendo intellectum in suis nefandis Propositionibus, ut dictum est, favore et diligentia Londoniensium, delusit suos examinatores, Episcopos derisit, et evasit. Quæ omnes, si simpliciter caperentur secundum modum quo ipse in scholis et in publicis prædicationibus eas protulit, hæreticam proculdubio sapiunt pravitatem. Non enim circumlocutionem aliquam eis immiscuit, quando eas laicorum auribus instillavit, sed nude et aperte, ut præscribuntur, eas docuit; captans per talia gratiam laicorum, qui libenter audiunt quæ perversa sunt, præcipue tamen de Ecclesia et personis ecclesiasticis; et libentius impelluntur ad damna vel injurias inferenda religiosis et clericis, cum aliqua opportunitas se ingesserit quæ omnino extat eis desiderabilis et votiva.

New Conclusions propounded by Wyclif.

Idemque memoratus hypocrita, cum ab Episcopis mandata cepisset, ne ulterius in scholis seu sermonibus, propter laicorum scandalum, tales Propositiones frequentaret, spreto sui Metropolitani præcepto, obstinatus et inobediens, alias novas Conclusiones ponere non omisit, adeo male vel pejus quam priores sonantes, ut patet:—

1. "Dominium civile [2] [est] dominium proprietarium, actum "viatoris super bonis plene secundum leges humanas.

2. "Non stat pure clericum absque mortali peccato civiliter "dominari;"—et intelligit per "pure clericos," Papam, Cardinales, Episcopos, Diaconos, et alios sacerdotes.

3. "Papa non potest dispensare contra Apostolum, sicut "nec cum [3] [pure] clerico, ut habeat civiliter proprium.

4. "Dominium civile, formaliter dictum, sapit inseparabiliter "peccatum.

5. "Actus civilis est actus rationalis creaturæ, factus secun-"dum legem humanam.

6. "Sicut Deus non potest exercere actus civiles, nec homo "in statu innocentiæ, sic illicitum est alicui pure clerico actus "civiles [4] aliquos exercere.

7. "Quodcunque collegium clericorum quod adquirit bona

[1] *practica* in the printed texts.

[2] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: omitted in the printed texts.

[3] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: omitted in the printed texts.

[4] Omitted in the printed texts.

A.D. 1378. "fortunæ, redditus, vel proventus, [1]ut eis civiliter dominetur, "peccat mortaliter." MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

8. "Est impossibile de Dei potentia absoluta Christum "regnasse civiliter.

9. "Monachi, sicut Apostoli Christi, nihil haberent civiliter; "ut plane [2]potest elici ex regula et professione unanimi "monachorum.

10. "Major pars accumulationis bonorum fortunæ in mani-"bus religiosorum, esset dissoluta, si jura regni Angliæ "essent debite executa;"—et intelligit per illum terminum "religiosorum" in dicta Conclusione, Episcopos, Sacerdotes, Monachos, et Canonicos, ac omnes pure clericos.

Navigium Anglicanum rediit.

Prope tempus illud rediit navigium Anglicanum, quod supra retulimus magna pertulisse pericula maris et ventorum in procinctu primæ profectionis; sed majora in hoc secundo progressu, non [3]tanta tempestatum quanta perfidiæ defectionis suorum, in quibus sperare debebant. Namque hoc satis patuit per classiarios quibus præpositus fuerat Dominus Fitz-Water. Qui cum eo tempore quo classis Domini Thomæ de Wodestoke, Comitis Bokynghamiæ, navigium Hispaniæ invadere decrevisset, ipsi, quos gubernasse debuerat idem Dominus Fitz-Water, non solum se movere in auxilium ejusdem Thomæ [4][nolebant, sed volentem eundem Dominum Fitz-Water ad ejusdem Thomæ] solatium festinare pro viribus impediverunt, et ipsum, eosdem pro hujusmodi negato subsidio durius increpantem, ad mortem usque persecuti fuissent, si non idem Dominus cautius se subtraxisset. Qui tandem, pene solus fugiens in quodam balingario, pervenit ad eundem Comitem, et ei auxilium præstitit pro posse suo; unde factum est, ut tunc caperentur octo naves Hispaniæ in mari Armoricanæ Britanniæ, prope portum castelli de Brest. Et plures forsitan captæ fuissent, si præscripti desertores militiæ et defensionis socii affuissent. Itaque re minus laudabiliter gesta, reversum est navigium post Natale, quod a primo [5]præcinctu, modo imbribus, modo nive, modo ventis et spiritibus procellarum, modo intestino dissidio, ita adversum, impeditum, et conturbatum fuerat, velut caruisset divino favore.

Mutiny of a portion of the English fleet.

Capture of Spanish ships near Brest.

Solus Dominus Thomas Percy ex hoc navigio, pro suæ classis emendatione, remanserat, aliis, ut diximus, secunda vice

Victory gained by Sir Thomas

[1] *nec eis* in the printed texts.
[2] *patet* in orig.; corrected from the printed texts.
[3] *tantum tempestatibus quantum perfidia defectionis* in the printed texts.
[4] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix; omitted in the printed texts.
[5] *præcincti* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1378.

Percy over Spanish ships.

proficiscentibus; qui non solum evadere meruit maris incommoda, sed et adipisci divino favore, non tantum sibi sed et toti regno perampla commoda. Hic namque, postquam sui navigii infirma [1] firmasset, profectus est cum una magna navi et duabus bargiis, aliisque minoribus vasis paucis, et factus est obviam quinquaginta navibus onustis mercibus Gallicorum, quarum quædam fuere Flandrenses, quædam Hispanicæ; ipsas intrepide est aggressus, denuncians primo Flandrensibus ut secederent ab Hispanis. Quibus nolentibus socios derelinquere, eo quod videbantur eorum bona communiter cum Francorum vehere necessariis, sine delectu rates invasit. Quæ cernentes ejus constantiam animosam, et putantes in proximo magnum sibi subsidium affuturum, resistere destiterunt; et mox, octo et viginti fuga prolapsis, viginti duæ se protinus reddidere; sicque solus idem Thomas, re bene gesta, rediit commendabilis, aliis nil reportantibus præter fuscam famam. De quibus prædicatum fuerat eos expedisse minus prospere, quod non solum publicas meretrices ausi sunt secum ad marina bella traducere, sed et comprovincialium conjuges, adulteri et incesti.

De Roberto Knolles.

Robert Knolles eludes a stratagem of the Bretons, and defeats them.

Eadem tempestate Robertus Knolles, cui custodia commissa fuerat castelli de Brest, per exploratores edoctus, didicit non post multos dies quosdam Britones adventuros hostiliter ad prædandum patriam circa eum, ut ipse provocatus hoc modo exiret inconsultius ad repellendum eos; unde, si fortuna faveret, ipsi Britones fiduciam ipsum interficiendi conceperant. Sed frustra; nam eorum fraudes ipso præveniendo delusit, et, præcurrente divina gratia, quod in ipsum meditati fuerant in ipsos ille peregit; cecideruntque in foveam quam fecerunt, captis octoginta et carceribus mancipatis.

Dominus Hugo Calverle et sui spoliant [2] Mercatores Bolonienses.

Paucis evolutis diebus post Natale, Dominus Hugo de Calverlee, otiositatem sibi inimicam existimans, nolens etiam inimicos in otio transigere diu dies, convocatis omnibus vicinis suis qui parebant Anglicanæ fidei, universisque suis stipen-

[1] *firmassent* in orig. and the printed texts: corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] *mercatoribus Boloniensibus* in orig.

A.D. 1378. diariis, post magnam cœnam factam, cum omnes hilariores e vino factos esse conspiceret, quærit, si necessitas urgeret, utrum [1] eum libenti animo ad communia, sive damna sive commoda, secuturi essent; quibus sacramento firmantibus se ejus signa, quocunque vellet, prompto animo secuturos, tunc quidem singulis gratias agens eos ad propria loca remisit. Quos, vix elapso triduo, armatos adesse rogavit. Quibus ejus jussioni parentibus, ipse intimavit quid mente [2] conceperit, quidve facere communis utilitatis causa [3] decrevit. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Sir Hugh Calverley spoils the French merchants at the Fair of Etaples.

Moxque cunctis in sua [4] [vota] conspirantibus, eos secreto armatos educit, et ad villam de Stapul, quam festinanter potuit, properavit. Erant autem nundinæ in eadem villa, ad quas confluxerant mercatores Bolonienses, [5] Mostrolenses, Ambianenses, Parisiacenses, cum multis aliis qui mercandi gratia illuc advenerant, nihil periculi metuentes. Nocte igitur Dominus Hugo delitescens cum suis, [4] [mane] notata hora congrua, villam ingreditur cum armatis. Qui illico irruentes in vulgus inerme, plurimos interficiunt, multos in vincula conjiciunt, captivorum more pecunia redimendos. Exhinc omnia mercimonia hostili more diripiunt, villamque comburunt igne supposito, præter pauca loca quæ diligentia dominorum a flamma redempta salvantur; [6] vina etiam, aliaque mercimonia [7] grossiora, quæ secum opportune tollere non valebant, minatus est idem Hugo diffundere vel gurgiti demandare, nisi mercatores, fide interposita, pro ipsarum rerum conservatione taxatam summam pecuniæ, pro suæ voluntatis arbitrio, solvere spopondissent. Hiis rite peractis, Calesiam cum suis omnibus incolumis repedavit, afferens secum e nundinis quæ suorum Calesiensium commodo merito cederent multis annis.

Viri de Winchelsey damna illis illata recuperant.

The men of Winchelsea and Rye make a successful descent on the coast of Normandy.

Viri de Wynchelse et de Rye, hiis diebus, collecta multitudine et ascensis bargiis, egressi sunt versus Normanniam, si quo modo possint damna anni præteriti, eis illata per adversarios eorundem cupientes incommodum, resarcire; noctuque terræ applicantes, villam quæ "Portus Petri" dicitur, ingrediuntur armati; quosque obvios in ore gladii trucidantes, per-

---

[1] *ei* in the printed texts.

[2] *conceperat* in the printed texts.

[3] *decreverat* in the printed texts.

[4] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.; omitted in the printed texts.

[5] *Nosterlenses* in orig., and in the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[6] *una* in orig. and the printed texts: corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[7] *grossoriaque quod secum* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1378.

vagantur vicos; quos dignos captivitate judicant, eos videlicet qui dignam summam pecuniæ pro redemptione pendere poterant, vinculatos ad vasa deducunt; domos, cum ecclesiis, spoliant, in omnibus remetientes eis [1] eandem mensuram quam prius mensi fuerant apud Ryam; ubi tandem invenerunt multa spolia quæ abduxerant de villa de Rya, et præcipue campanas quas tulerant de ecclesia, cum plumbo etiam quod detraxerant infaustis manibus de eadem. Tandem commendantes universa Vulcano, descendunt, [2] [ad villam] de Wylet, non procul positam, properantes, et, similia facientes ibidem, domum cum præda opulentissima sunt [3] regressi.

And recover many of the spoils that had been taken from Rye.

Petitio Ducis Lancastriæ.

Per idem tempus Johannes Dux Lancastriæ instanter expetiit ut pecunia, præconcessa Regi in ultimo Parliamento a clero et laicis, [4] suo arbitrio traderetur, affirmans se inimicos a finibus Angliæ per annum integrum cum ipsa pecunia artaturum, et insuper aliquod prægrande commodum allaturum. Cujus importunæ petitioni, licet inviti, magnates assensum, non sine cordis amaritudine, prout dicitur, præbuerunt; prænoscentes fortunam adversam sibi, et ipsum etiam tantum in regno valere, ut omnino non expediret [5] eis ejus contradicere voluntati. Primum ergo diem mensis Martii statuunt, diffinito consilio, in quo omnes et singuli qui huic profectioni interessent, ad mare parati per omnia convenirent. Et ne interim custodia mare careret, conductæ sunt novem naves de Baionensibus, quæ mare et aridam tuerentur ab incursibus et latrociniis Gallicorum. Quæ instructæ sufficienti manu armata, in brevi mare sulcantes, obviant navigio et mercimoniis Hispanorum; initoque conflictu, classem vehementer invadunt Hispanicam, et in brevi captis decem et quatuor ratibus, onustis Baccho cæterisque necessariis, læta nova revertentes Angliæ nunciarunt. Domino tamen Roberto Knolles, Custodi municipii de Brest, de suis spoliis dedere primitias centum dolia vini præcipui, dum transitum per eum facerent versus terram istam.

The Duke of Lancaster requests that the money granted for the defences be entrusted to his charge.

Victory gained over a Spanish fleet.

Henricus Bastardus navigium parat.

Henricus interea Bastardus, qui se dicit "Regem Hispaniæ," audito quod Baionenses tot damna suis hominibus intulissent,

Henry the Bastard, the so-

[1] *tandem* in Camden's text.

[2] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: omitted in the printed texts.

[3] *egressi* in the printed texts.

[4] *sub arbitrio suo* in the printed texts.

[5] *eis* omitted in the printed texts.

A.D. 1378. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Called King of Spain, prepares a fleet.

et quod Dux Lancastriæ ad ingressum maris secum turbam copiosam [1]parasset, timuit vehementer, æstimans cum non ob maris custodiam solummodo accessurum, verum sed ob ejus regnum, quod idem Dux petebat ratione uxoris, hæredis legitimæ regni ipsius Hispaniæ, hostiliter vendicandum. Quare idem Henricus supradictus navigium de tota terra sua parari jussit, ut vel ipsum Ducem ab ingressu terræ suæ viriliter perturbaret, vel, si fortuna faveret, ipsum, propitiante Marte, captivaret. Quod forsitan effecisset, si non Rex Portyngaliæ sibi impedimento fuisset. Nam ortis quibusdam simultatibus inter ipsos, Rex Portyngaliæ, cum innumerabili pene Christianorum et Sarracenorum turba, regnum Hispaniæ hostiliter est ingressus, eo quidem tempore quando idem Bastardus se contra Ducem ad præcinctum itineris præparasset. Qua Bastardus occasione turbatus, ratus est tutius in terra morari, ad repellendum eos qui jam occupaverant ejus regnum, quam dubium exitum arripere ad conquirendum eos qui nondum attigerant fines suos.

But is obliged to defend himself by land against the King of Portugal.

A part of the English fleet is defeated by the Spaniards; and Sir Hugh Courteney is taken prisoner.

Dum igitur res se haberent, ut diximus, circa Ducem, et ipse nil festinare diceretur ad mare, sed profectionem suam indies retardaret, moti hii qui classi [2][Occiduæ] præfuerunt, non expectato Duce, maris alta cum nonnullis viris bellicis petierunt, ibidem ejus adventum expectaturi; gloriosius reputantes in mari de [3]manubiis hostium victitare, quam in patria de spoliis incolarum. Cum diebus aliquot maris peragrassent semitas, obvii fiunt eis Hispani cum armata manu. Qui mox, consertis viribus utrobique, ducti prædæ cupidine pugnaverunt; sed nostri, adversa tempestate [4]disjuncti, victoriam hostibus concesserunt, quibusdam fuga prolapsis, quibusdam captis per manus hostiles. Captus est in eo conflictu Dominus Hugo Courteney, miles egregius inter multos: infortunium vero totum Duci Lancastriæ est ascriptum, eo quod ipse præsentiam suam tam diu subtraxit ab eis; sed si Dux in culpa fuerat, ignoramus, non enim semper recte judicat vulgi furor.

The misfortune ascribed to the Duke of Lancaster.

Papa obiit.

Death of Pope Gregory XI.

Eodem tempore, circa festum Sancti Yvonis Episcopi, mense Martio, scilicet septimo Kalendas Aprilis, obiit Papa Gregorius Undecimus; bonus utique vir et justus, qui multum doluerat de damnis utriusque regni, et multum laboraverat ut

[1] *præparasset* in the printed texts.
[2] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: omitted in the printed texts.
[3] *manibus* in the printed texts.
[4] *defuncti* in orig. and the printed texts: corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1378.

pax fieret inter illa. Ipse etiam ob amorem [1] Domini Symonis de Langham, Cardinalis et Episcopi Prænestini, quondam Cantuariensis Archiepiscopi, dum pestilentia invaluisset in hac terra, per Bullas suas, omnibus tunc morientibus, vere contritis et confessis, plenam remissionem de thesauris Ecclesiæ indulsit; exceptis hiis qui ære [2] alieno [3] gravabantur. Magnum utique beneficium, et omni acceptione dignissimum, et quo [4] majus incolis non potuit impendisse.

Indulgence formerly granted by him to England, during the pestilence.

Huic successit Bartholomæus, Barensis Archiepiscopus, qui multiplices tribulationes pertulit a Cardinalibus pro cultu justitiæ, adeo ut ipsi [5] niterentur eum cum dedecore Papatu privare; ut inferius declarabimus suo loco.

Bartholomew, Archbishop of Bari, elected Pope.

Johannes Marcer spoliat [6] naves apud Scarbourgh.

Circa tempus illud, filius Johannis [7] Marcer, natione Scotus, collecta non parva manu Gallicorum atque Scotorum, ac etiam Hispanorum, dum adhuc Dux Lancastriæ Johannes in terris ageret, aggressus est naves quasdam apud Scarbourgh; quas incautas levi negotio cepit, et secum ad mare deduxit, occisis prius quibusdam qui navibus illis præerant, quibusdam vinculis mancipatis. Et ideo quam maxime [8] ista nostratibus irrogaverat, in ultionem opprobrii patris sui, qui antea ab Anglis captus fuerat, et in castello de Scarbourgh mandato regio custoditus. Est autem pater ejus æque Scotus tam gente quam patria, et Regi Franciæ propter divitias multas prædilectus; nam erat mercenarius, et vir satis vafer et consilio providus, cujus non immerito oris decreta, in hiis quæ Angliam contingebant, ipse Rex et omnes Gallici sequebantur. Hunc, casu interceptum cum quibusdam navibus, Northumbrenses eorum Comiti præsentarunt. Qui, ut diximus, in eodem castello custodiæ deputatus, cito post deliberatus fuerat, ad magnum damnum totius regni et omnium incolarum. Nam si redemptus fuisset captivorum more, Regem et regnum inæstimabili pecunia divites effecisset. Hujus filius, ut [9] prælibavimus, postquam damna nostratibus apud Scarbourgh intulisset, gloriabatur de arridente sibi fortuna, et majora

John Mercer plunders some English ships near Cherbourg. Grounds of his hostility.

[1] *Dompni* in orig.; the mediæval form.

[2] *alienæ* in orig. and in the printed texts.

[3] *gravantur* in the printed texts.

[4] *magis* in orig., by inadvertence; corrected from the printed texts.

[5] *mitterentur* in orig.; corrected from the printed texts.

[6] *navibus* in orig.

[7] *Mercer* in the printed texts.

[8] *ista* omitted in the printed texts.

[9] *prælabavimus* in orig.

A.D. 1378. Angliæ damna non solum meditabatur, sed etiam publice minabatur; sed ejus conatus Ipse impedivit, qui superbos humiliat et exaltat humiles. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

John Philipot equips a fleet, which captures the son of John Mercer.

Tum vero suscitavit Deus contra eum unum ex civibus Trinovantum, qui eum humiliavit, et a timore ejus regnum Angliæ liberavit, ut patebit inferius volentibus intueri. Johannes Philipott, civis Londoniensis, vir et ingenio præditus et potentissimus opibus, Ducis Lancastriæ et cæterorum Dominorum defectum, ne dicam falsitatem, qui regnum defendisse debuerant, attente considerans, et oppressionibus condolens incolarum, de propria pecunia conduxit [1] ad millia armatorum, qui et prædicto Johanni Mercer eriperent naves et bona quæ latrocinando ceperat, et regnum Angliæ a talibus incursibus tuerentur. Et factum est, ut Omnipotens, qui semper assistit piis votis, sibi et suis successus prosperos [2] ministraret; ita ut in brevi ejusdem Johannis Mercer filium jure bellico sui conductitii caperent, cum omnibus quæ apud Scarburgh ipse violenter abduxerat, et aliis quindecim navibus Hispanorum, onustis multis divitiis, quæ sibi auxilio fuerant eodem tempore, infausta hora. Fit ergo in plebe universa tripudium, omnibus laudantibus et admirantibus [3] tantam ipsius viri erga Regem benevolentiam et caritatem; jamque solus Johannes Philipott ore omnium laudabatur, et admirationi habebatur: de nostris vero proceribus, et militia quæ dudum conducta fuerat, dicebantur probrosa verba, aspera, et invectiva, prout commune vulgus solet inferre vario motu suo. Londonienses præcipue obloquebantur, dicentes jam perpaucorum procerum corda fore cum Rege, eos solos sibi fideles esse; quorum Rex, licet ironice, vocabatur a nonnullis proceribus, eo quod ipsi multum juvissent eum in [4] Coronatione sua.

Popularity of Philipot.

Æmulatio Procerum adversus Johannem Philipot.

The nobles betray feelings of jealousy towards Philipot.

Proceres regni Angliæ, scilicet Barones et Comites, videntes tam laudabile factum Johannis Philipott, conscientiæ propriæ stimulis agitati, illud ægre ferebant. Et quamvis se reos agnoscerent et culpabiles, in tantum ut jam plebi eorum foret inertia manifesta, tamen eidem Johanni Philipott non solum occulte insidiari, sed publice improperari, cœperunt; dicentes non licere sibi talia facere sine Consilio Regis et regni, acsi

[1] *mille armatos* in the printed texts.

[2] *ministravit* in the printed texts.

[3] *tandem* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[4] *carnatione* in orig.; by inadvertence.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1378.

non licuisset benefacere Regi vel regno sine consilio Comitum et Baronum. Quibusdam autem talia memorantibus, et præcipue, omnium pene minori, sed prolocutori præcipuo, scilicet Comiti de Stafford, Hugoni, idem Johannes dicitur respondisse;—"[1] Prænosce," ait, "absque dubio, me neque pecuniam "meam neque meos ad maris pericula ideo destinasse, ut tibi "vel collegis tuis surriperem militiæ nomen bonum, mihique "lucrarer; sed condolens plebis patriæque miseriæ, quæ jam "vestra desidia de nobilissimo [2] regno, domina quoque gen"tium, est in tantam devoluta miseriam, ut cujuslibet vilis"simæ gentis direptioni pateat; cum sit nullus ex vobis qui "ad defensionem ejus manus apponat; ego me meaque exposui, "pro propriæ gentis salvatione, et patriæ liberatione." Comes autem non habuit [3] quid responderet.

Philipot's answer to their reproaches.

Comites Sarum et Arundeliæ componunt cum habitatoribus de Scarburgh pro villa.

Adhuc Dux in Anglia morabatur, nolens maris [4] experiri fortunam tempore limitato, scilicet nec in vere nec in prima æstate; nescitur quibus detentus impedimentis. Sed ejus persuasu ingressi sunt mare duo Comites Sarum et Arundeliæ; qui, scrutatis ubique locorum hostibus, [5] [sibi] et sociis, mare [6] ingressuris, nulla pericula nunciarent. Comes vero Sarum, Dominus "Willelmus de Monte Acuto" vocatus, vir in armis [7] a juventute exercitatus et strenuus, mox ut mare ingressus est, compulit naves ad terram oppositam, ut aliquid damni adversariis irrogaret; ubi dum moram trahit nocivam adversariis, componit cum habitatoribus villæ de [8] Scerburgh, quæ pertinebat Regi Navariæ, (qui jam et ipse inimicus factus fuerat Regi Franciæ,) ut eadem villa cederet dispositioni et arbitrio Regis Angliæ; ita duntaxat, ut idem Rex Angliæ manucapiat custodiam ejusdem villæ adversus Gallicos, ad commodum tam Regis quam regni Angliæ, et nocumentum Gallicorum. Quod ut factum est, mox Comites Sarum et Arundeliæ remiserunt ad Regem et regni Consilium, certificantes eos de tam [9] gratioso

The town of Cherbourg is placed in the custody of the English, under the Earl of Salisbury.

[1] *prænoscerit* in the printed texts.

[2] *regna* in orig.; *regno dominia* in the printed texts.

[3] *quod* in the printed texts.

[4] *experire* in the printed texts.

[5] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.; omitted in the printed texts.

[6] *ingressuro* in orig., *ingressurum* in the printed texts.

[7] *et juventute* in the printed texts.

[8] *Scarburgh* in the printed texts; *Cherbourgh* in Bibl. Reg. 13 E ix.; Cherbourg being the place meant.

[9] *glorioso* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1378. eventu, et ut destinarent illuc ex Anglicis, qui villæ custodiam obtinerent. Missi sunt igitur ad custodiendum villam illam ex Anglicis quot sufficere videbantur; et paulo post Comites in Angliam redierunt. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Hugo Calverle capit Castellum de Merk.

Sir Hugh Calverley takes the castle of Merk.

Hugo Calverlee per idem tempus,—cujus memoria benedictione est dormire,—non sinens Gallicos prope eum, cepit quoddam castellum [1] [cui] nomen erat "Merk," et ad solum usque dejecit, cum ecclesia quadam, quæ castello vicina erat et magnum præsidium Gallicorum. Et parvo interjecto, versus Sanctum Audomarum proficiscens, cepit innumerabilem multitudinem animalium diversorum, et ad Calesiam usque deduxit; nullo audente conatus ejus impedire, quia Deus erat cum eo et omnia ejus opera dirigebat.

He defeats a stratagem of the Captain of the castle of Ardres.

Ejus est insuper laudibus ascribendum, quod Capitaneum castelli de Arde, qui eum dolose decepisse decreverat, ipse juste [2] deceperit, et in foveam quam effoderat eundem tali occasione impulerit sapienter. Petierat idem capitaneus a Rege Franciæ auxiliares vires, videlicet quosdam milites et instrumenta bellica, machinas, et tormenta, et alia quibus vel infestari, vel omnino prosterni, solent munitiones hostium; promittens se magnum damnum nostris municipiis, præcipue sitis prope Calesiam, illaturum. Præfinito igitur die, quo hæc omnia ad villam de Arde veherentur, timens idem Capitaneus sollicitudinem ejusdem Hugonis, qui vix [3] aut unquam sinebat Gallicos vel eorum bona prope eum impune transire, ut eum teneret attentius occupatum, quominus impedirentur ejus vota quæ conceperat, mittit ad eum, nuncians ut aliqua [4] vellet tractare cum eo; et hoc caute egit, ut eodem die foret iste tractatus, [5] quo omnia prædicta pervenirent ad eum. Hugo vero, vir perspicax, æstimans non pro nihilo eundem Capitaneum tam sollicite eidem talem diem ad tractandum deputasse, sibi quidem concessit ipso die salvum conductum, tractaturo de quibuscunque placeret; suis autem propriis hominibus misit occulte, mandans ut viam ipsam obsiderent, secretiusque ducit de Bolonia ad villam de Arde, ne forte idem Capitaneus nova aliqua ipsis nociva vel contraria moliretur. Et factum est, volente Deo, ut hæc omnia ab hominibus ipsius Hugonis prospere caperentur,

---

[1] Supplied from the printed texts.

[2] *deceperat* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] *aut* omitted in the printed texts.

[4] *velit* in the printed texts.

[5] *quomodo omnia* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. A.D. 1378.

et ad Calesiam ducerentur, cum omni apparatu armatorum et aliarum rerum, ipso Capitaneo de Arde nondum egresso de prædicto colloquio, quod ipse dolose confinxerat ad decipiendum Hugonem. Videns igitur omnia venire Calesiam, expavit vehementissime, recedens cum gemitu atque murmure; et dolum quem imaginaverat, fatebatur, asserens [1] se ingeniose deceptum et in adventione propria circumventum.

Angli victi.

The Northumbrians are defeated by the Scots.

Contigit sub eisdem diebus Anglicis grave damnum, et dedecus toti regno, imprudentia et superbia Northumbrorum; quorum, ut est proprium, loqui sublimia [2] [et] grandia temere attentare, ita de facili succumbere, et sine grandi negotio enervari. Hii namque, de sua virtute fidentes, inconsulte nimis eruperunt de Occidentali Marchia in terram Scotorum, putantes se posse ibidem montes æquare vallibus, lapidesque conterere sine auxilio vicinorum. Scoti vero de eorum eruptione satis edocti, congregata sufficienti armata manu, eis obviam processerunt, et, sine magno eorum dispendio, majorem partem eorum crudeliter peremerunt. Quo facto, accrevit Scotis audacia, vicinis Anglis timor et inertia, adeo ut jam effœminatos crederes, quos parum ante cordis magnitudo æquaverat leopardis. Missus est ergo Dominus Edmundus Mortimer, Comes Marchiæ, ad tractandum cum Scotis, ut moris est singulis [2] [annis], in die quam Anglici et Scoti "diem Marchiæ" consuetudinaliter appellant. Qui id effecit, ut treugæ stabiles inter utrumque populum, sed parvo tempore, firmarentur.

A truce effected by the Earl of March, but of short duration.

Acta in Britannia apud Sanctum Maloum.

The Duke of Lancaster prepares to embark, at last.

Prope dies istos Dux Lancastriæ, cujus memoriam sæpe per ante fecimus, post longam et diutinam moram in terra, quam protraxerat, jam, licet [3] sero, conversaturus in aquis validis accingitur, cum turba satis valida, versus mare. Quæ quidem multitudo ad resistendum quibuslibet hostibus suffecisset, si Dei gratia tanto agmini minime defuisset. Sed pudet recordationis tot rerum tam male gestarum ipso tempore, adeo ut silentio multa tegamus quæ scribere deberemus, ne forte ab

---

[1] *se* omitted in the printed texts.

[2] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.; omitted in the printed texts.

[3] *se* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1378. incredulis, sive nostris æmulis, odii seu malitiæ [1]argui [2]valeamus. Ne ergo lateant omnino posteris facta nostratum, parcius quam gesta sunt omnia tunc temporis locuturi sumus, cursim transeundo, potius quam silendo, infortunia, quam in talibus inmorando. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

He crosses over to Bretagne. Sir Robert Knolles lays waste the country.

Ingressus mare Dux, post non multos dies, ad Britanniam est trajectus Armoricam, ubi combustæ sunt quædam villæ per Dominum Robertum Knolles; sed [3]non impune, nam plures amisit ex valentioribus viris suis. Dux vero ad Sanctum Maloum se cum omnibus copiis contulit, villam inter omnes villas Britanniæ munitam, [4]ita ut, illa capta, fecisse aliquid magni videretur. Sed villani, ut dicitur, de tanti exercitus multitudine tremefacti, obtulerunt Duci villam, eo pacto ut ipse eos a rapinis et incendiis tueretur, cum omnibus bonis suis. Sed Dux hanc civium submissionem æstimans esse vecordiam, prout dicebatur a pluribus, audita tam [5]gratiosa conditione, non suscepit eos, sed repulit, in tantum ut pacem oblatam sperneret, mandans ut sine conditione aliqua redderent sibi villam, facturo de ea et civibus quæcunque sibi placeret. Cives vero, postquam hæc audissent, videntes rem agi pro capitibus, concepta audacia villam alacriter munierunt. Dux vero, collectis exercitibus, et rebus expugnandæ villæ necessariis, jussit suis ut irent ad experiendum vires cum villanis, dum ipse interim se contineret a longe, contemplaturus bellantes, et optimos pro meritis remuneraturus. Conserunt ergo manus Anglici et Britanni, et [6]utrolibet acriter decertatum est, illis cupientibus res et capita custodire, istis e contrario nitentibus villanos atterere, et civibus [7][et] eorum possessionibus dominari. Sed tandem, ut creditur, injuriam passis fortuna [8]favit, et prevaluerunt Britanni, Anglicis a muris turpiter satis dejectis, et quamplurimis ex valentioribus interfectis. Quid plura? Doluit Dux suorum facta fœdari, cum suis militibus præstantiores in opere Martio reperiret. Quapropter, recessit iratus, dedignans accedere ad hostes tam truces; sed illis commisit propriis arbitrio et voluntati.

The Duke is defeated at Saint Malo.

TheFrench burn Fowey and

Sed dum hæc aguntur, Gallici mare oceanum pervagantes, villas in Cornubia licenter incendunt, videlicet Fowey et quas-

[1] *regni* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] *taxemur* in the printed texts.

[3] *non* omitted in the printed texts.

[4] *ita* omitted in the printed texts.

[5] *gloriosa* in orig.; corrected from the printed texts.

[6] *utrobique* in the printed texts.

[7] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

[8] *patuit* in orig.; corrected from the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

dam alias, absque resistentia sive licentia Anglicorum. Hæc tamen in Ducis absentia facta sunt in terra ista; sicque sub hac tempestate hic illicque [1] percutimur, ubique vero generaliter flagellamur. Quia,—

A.D. 1378. other towns.

"Si bubo lapidi jactetur, vel lapis illi,
"Ictus damna gravis semper habebit avis."

De Pollutione Westmonasterii.

Pollution of Westminster Abbey, by sacrilege and murder committed there.

Rem scripturus sum plus quam tragicam, qui comœdiam scripsisse semper optaveram; scelus a nostris sæculis intentatum, sed in nostris diebus, proh dolor! perpetratum; qualiter videlicet Sathanæ satellites, irrumpentes templum, inauditum perpetrant sceleris exemplum, pollutionem utique illius aulæ Dei, ab Apostolorum Principe dedicatæ, et ad præsens tempus ab ipsis etiam incredulis et sine fide hostibus impollutæ. Sed invenit tempus nostrum, proh dolor! homines Christiano nomine insignitos, pejores [2] infidelibus, et irreverentiores ipsis ethnicis aut paganis. Revera pagani suorum sacrorum immunitates et jura, quæ non Soldanorum, Admiraliorum, sive Regum, chartis fulciuntur, sed solum devotione [3] plebeiana, adeo illibata custodiunt, ut capitale sit infra ambitum templi [4] ullius hominem percussisse. At templa tanta gaudent immunitate, ut nulli liceat damnum aut gravamen inferre hiis qui se talibus libertatibus contulerunt. E contra vero, Christiani modernis temporibus, sub fide falsi, et deteriores ethnicis, non sinunt domum Dei, portam cœli, januam Paradisi, Summi Sacerdotis aulam, videlicet Domini Jesu Christi sponsam, non [5] solum liberam et immunem esse, sed etiam incestis manibus, funestis gladiis, truci proposito, non tantum ancillare, sed insuper polluere humano sanguine, non verentur. Quid ergo dicendum est, ubi fides periit, jus evanuit, devotio friguit et abcessit? Vel quid [6] scribendum, ubi omnis conspirat in deteriora consensus? Dolor autem nos silere compellit, magis autem ipsa periculosa tempora, in quibus perfidi Christiani, Antichristi discipuli, divini verbi prædicatores, sive ipsorum morum detestabilium conscriptores, odiis, damnis, et injuriis persequentes. Sed tamen, ne videamur magis homines vereri quam

---

[1] *percutiuntur* in the printed texts.

[2] *et infidelibus* in the printed texts.

[3] *plebē* in orig., *plebis* in the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[4] *nullius* in orig., *illius* in the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[5] *solam* in orig.; corrected from the printed texts.

[6] *scribendi* in orig.; corrected from the printed texts.

A.D. 1378. Deum, etsi [1][non] universa mala quæ fiunt in terra scribere decrevimus, illa saltem trademus notitiæ posterorum, quæ pro sui magnitudine latere non debent. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Grounds for the imprisonment of Robert Haule and John Schakel.

Erant ergo in hiis temporibus duo armigeri, quibus non facile vel in Anglia vel in Francia validiores reperiri valerent; nomen uni "Robertus [2]Haulee," alteri vero "Johannes Schakel." Hii ante decennium, in bello quod illustrissimus Princeps Edwardus contra Hispanos gesserat, in quo et Henricum Bastardum devicit, et Petrum fratrem ejus, injuste pulsum, regno restituit, ceperant Comitem de Dena, virum non ignobilem, qui judicio Principis et Johannis Chandos, dictorum armigerorum magistri, eorum captivus est effectus. Super quorum decretis [3]ipsi armigeri chartas, tam Principis quam dicti Johannis sigillis firmatas, obtinuerant, ne alicujus in posterum impetitio præpediret eos, quominus emolumentum tantæ personæ perciperent. Dictus igitur Comes de Dena filium suum primogenitum eis dederat in [4]obsidatum pro eo, dum ipse, dictorum armigerorum indulgentia, ad propria remissus esset. Comes autem, postquam Hispanias pervenisset, parvipendit fidem datam hiis qui eum ceperant, filio, ut dictum est, in Anglia obside derelicto. Hunc ergo, postquam naturæ debita persolvissent duo illustrissimi Edwardi, videlicet, Rex pater, filius quoque Princeps, consiliarii novi Regis ad opus ejusdem [5]tumide petierunt; ut quibusdam vero placet, hoc factum est in gratiam Ducis Lancastriæ, qui habebat jus in regnum Hispaniæ, ut, habito tanto Comite, ad prædicti regni possessionem facilius perveniret. Alii vero asserebant factum propter Dominam Matildam, sororem Regis, relictam Domini P. de Courtency, ut, illa sibi desponsata, et illa tanto viro promoveretur, ut pax et concordia accresceret per tales nuptias inter regna. Sed nullo modo prædictam [6]prisonam extorquere poterant ab illorum manibus Rex nec ipse Dux, quin ipsum occultarent et ab eorum manibus elongarent. Quapropter capti et in Turri Londoniensi trusi sunt.

They escape from the Tower, and take

De qua custodia evadentes, [7]in Curia ad Westmonasterium confugerunt. Quod Dux graviter ferens, et eorum æmuli, consiliarii, [8][consilium] inauditum, ut, videlicet, spretis tot sanc-

---

[1] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

[2] *Haule* in the printed texts.

[3] *Christi armigeri* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[4] *obsidem* in the printed texts.

[5] *timide* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[6] *personam* in the printed texts.

[7] *de* in the printed texts.

[8] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1378. Refuge at Westminster.

torum regum sanctionibus, tot summorum pontificum confirmationibus, et tot contravenientium terribilibus sententiarum comminationibus, postremoque, divino timore ac Sanctæ Matris Ecclesiæ reverentia, statuerunt eos, a sanctuario perturbatos, ad Turrim usque reducere, et ibidem cautius conservare; vel, ut putatur, tot malis affligere, ut vitam deserere cogerentur. Proinde mittuntur ex [1] aulicis ad Westmonasterium, causa hujus incuriæ in homines, Deum, et Ecclesiam, committendæ, quinquaginta armati; secrete tamen, propter metum Londoniensium, ne forte tumultus fieret in plebe illa.

Schakel is recaptured.

Qui ingressi sanctuarium Sancti Petri, astu quidem primum, scilicet Johannem [2] Schakel, circumventum libertate Ecclesiæ exuerunt, et ad Turrim illico reduxerunt. Ad secundum autem eodem die, Robertum Haule, cum venissent, et ipse Missarum solemniis, in crastino videlicet Sancti Laurentii, interesset, convenerunt eum de satisfaciendo Regi super hiis quibus ejus offenderat majestatem; quia cum esset ejus ligius homo, regiis non tantum postulationibus, quantum precibus ejus, spretis, contra eum tergiversari tam procaciter ausus fuit. Ille vero, dum non Regem, sed ejus consiliarios, de injustitia, avaritia, falsoque consilio, accusare niteretur, et illi manus injicerent ad extrahendum [3] [eum] de ecclesia violenter, extracto quodam curto gladio, mox omnes armatos ipse [4] inermis ad fugam coegit, et salvare se cupiens, bis circa chorum monachorum currendo pro refugio, tandem in ipso choro ab ipsis undique circumvallatur. Quid multa? Ex omni parte strictis pugionibus impetitus, ut se reddat perstrepunt, horribiliter exclamando, et sanctissimum illum Conventum monachorum, necnon sacerdotem sacro astantem altari, post perlecta Sancti verba Evangelii, conturbando, amplius etiam exarsit eorum furor; in tantum, ut domum Dei non solum haberent despectui, sed etiam in ipsos Christi famulos, qui jam, ut dictum est, Domino in choro astabant, ministerio iniquitatis vasa converterent, pectoribus singulorum figentes cuspides gladiorum, vetantes eos sub pœna mortis horridæ, ne [5] suffragio forent illi quem perimere laborabant. At illi, qui eundem Robertum Haule circumsteterant, dum pacem Ecclesiæ peteret, dum causam tanti sceleris quæreret, dum se tandem cancellatis

Haule is murdered in the Abbey.

---

[1] *Anglicis* in orig.; corrected from the printed texts.

[2] *Shawel* in orig.; by inadvertence, arising probably from the form of the letter *k* in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.; omitted in the printed texts.

[4] *in armis* in orig.; corrected from the printed texts.

[5] *subsidio* in the printed texts.

A.D. 1378. manibus sub hiis verbis Deo et Ecclesiæ commendaret, inquiens,—"Deo me reddo, talium injuriarum vindici, et libertati "Sanctæ Matris Ecclesiæ," unus eorum, inter hæc verba, gladio percutiens caput ejus, [1][eum] in choro, prope altare stantem, crudeliter excerebravit; alius vero ejus corpus in eodem momento mucrone transfodit a tergo. Quidam autem ex famulis ipsius ecclesiæ, qui conatus fuerat eos impedisse a tanti sceleris perpetratione, [2]prædicando atque monendo, ne verendum illud templum, miraculose ab Apostolorum Principe dedicatum et hactenus impollutum, fœdarent, cujusdam framea mox in ipso loco per latera trajectus interiit, ut credimus, martyrio coronatus. Dicti vero ministri sceleris, [3]anteque præambuli, non [4]contenti tot execrandis maleficiis, ipsius Roberti Haule cadaver [5]exanime per pedes arripiunt, et illud horrende [6]tractantes per sacratissimum locum chori, ac per ecclesiam, ejus sanguine sive cerebro cuncta fœdantes, demum [7]irruerent et foras ejiciunt; utpote deliro [8]debacchantes, qui nec timuerunt Deum nec hominem reverentur.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

One of the servants of the church is also slain.

Sic vero profanatum est sanctuarium, luget Syon, Sancti Petri sacrarium sedet in tristitia; regum receptaculum, domina ecclesiarum, facta est in opprobrium et derisum, viæ Syon lugent, quia omnes portæ ejus destructæ, sacerdotes ejus gementes, et ipsa oppressa amaritudine; facti sunt hostes ejus in capite, inimici illius locupletati sunt, quia Dominus locutus est super eam. Et quid locutus est Dominus? Prædixit, ut a senioribus nostris audivimus, istud facinus; prædixit et vindictam deferendam ob necem Sancti Thomæ Martyris et Archiepiscopi Cantuariensis, donec sacrarium Westmonasteriense humano sanguine fœdaretur. Timenda est vindicta, rogandus est Dominus ut fiat pax et veritas in diebus nostris.

An existing prophecy hinted at, in reference thereto.

Prima Executio per Episcopos in Malefactores.

Peracta apud Westmonasterium cæde prædicta, pastores Ecclesiæ congregati aliquandiu dubitaverunt quid faciendum foret; utrum videlicet metu materialis gladii, gladio spirituali

---

[1] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

[2] *precando* in the printed texts.

[3] These three words are omitted in the printed texts.

[4] *contenti aut satiati tot* in the printed texts.

[5] *examine* in orig. and in the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[6] *trahentes* in the printed texts.

[7] *irreverenter foras* in the printed texts; *irruerent et foras* in Bibl. Reg. 13 E. ix.

[8] *debacantes* in orig.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1378.

percuterent, vel omnino renunciarent potestati et viribus Sancti Petri. Tandem, quamvis tarde, concepta audacia, Metropolitanus Pontifex, cum quinque Suffraganeis, procedit in publicum, et terribiliter fulminavit excommunicationis sententiam in omnes qui huic nefario operi interfuerant, vel qui illis consilium impenderant aut juvamen; præcipue autem et nominatim, [1][in milites] Dominum Alanum Buxhulle et Dominum Radulphum de Ferrariis, qui horum malefactorum fuere capitanei et ductores; demum tamen, Regem et matrem ejus, necnon et avunculum Ducem Lancastriæ, ab hoc anathemate specialiter exceperunt. Londoniensis vero [2]Antistes, apud Sanctum Paulum, Dominicis, feriis quartis et sextis, in dictos malefactores diu prædictam continuando sententiam, terribiliter publicavit; unde factum est, ut plures ex illis, tam terribilis fulminis adustione perculsi, citius pœnitendo ad pacem Ecclesiæ se conferrent.

Sentence of excommunication pronounced against the malefactors, by the Archbishop of Canterbury.

And published at Saint Paul's by, the Bishop of London.

Dux aggerat sibi invidiam.

[3]Factum est per idem tempus Consilium apud Wyndelishore, ad quod Dux Lancastriæ, cum cæteris qui eum ad mare, ut superius dictum [4][est], comitati fuerant, jam post exhaustam pecuniam, et nil gestum prospere, redierat, ut ore communium dicebatur. Dum igitur venisset, et audisset de tam terribili fulmine indies ab ore misso Londoniensis Præsulis, ægre tulit; et præcipue autem abominari se dixit tantam in eo protervíam, qui cum litteras regias supplicatorias accepisset, ut desisteret, [5]vel differret publicationem prædictæ sententiæ, ipse nihilominus, regiis contemptis precibus, [6]perseverasset in pertinacia præconcepta. Et magis absurdum, asseruit, invitatus a Rege ad idem Consilium venire, superbe contempsisset. Quapropter affirmavit, si Rex juberet, se velle properare Londonias, et illum contumacem Episcopum, invitis Londoniensibus, quos "ribaldos" vocabat, violenter ad Consilium adducturum. Præterea dicebantur omnia, quæ scelerate gesta retulimus apud Westmonasterium, ejus jussu et conniventia perpetrata; unde commota sunt corda multorum, et ora, ad male sentiendum vel loquendum de persona sua.

The Duke of Lancaster resents the conduct of the Bishop of London.

The outrage at Westminster imputed to him.

---

[1] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.; *in Dominum* in the printed texts.

[2] *Antistites* in orig.

[3] *Pactum* in Parker's text.

[4] Supplied from the printed texts.

[5] *ut* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[6] *in perseverasset* in orig. and in Bibl. Reg. 13 E. ix.; but in the latter, with expunctory marks under *in*.

A.D. 1378.

Parliamentum Glovernicæ.

A Parliament held at Gloucester.

Circa festum Sancti Lucæ Evangelistæ, factum est Parliamentum apud Gloverniam, instigatione quorundam perversorum, qui semper aliquid novi moliebantur incommodi sacerdotio sive regno. Et ea causa quam maxime, quia credebant Episcopos et plebem regni communem, necnon et Londonienses, minus audere resistere vel contradicere votis eorum in partibus tam remotis. Nempe retulit fama vulgaris, quod inæstimabili summa pecuniæ decreverant regnum multasse, ac etiam Sanctam Ecclesiam de pluribus possessionibus spoliasse, si fuissent suum perversum propositum consecuti. Et idcirco locum illum elegerant præmeditato facinori; ne Londonienses, si Londoniis fuisset Parliamentum prædictum, sua auctoritate vel potentia eorum conatus ullatenus impedirent. Sed Ipse consilium eorum dissipavit, qui perdit [1][sapientium] sapientiam, et prudentiam prudentium reprobat solo nutu. Revera cor Archiepiscopi et cæterorum Episcoporum, ut creditur, a Domino confortatum et visitatum est, et tam firmiter solidatum, ut decernerent inter se nihil concedendum quod in præjudicium Ecclesiæ, vel damnum aliquid, redundaret; quorum [2]consilium malignos non latuit. Quare ipsi verentes pati repulsam cum dedecore, se in lucis angelos transformarunt, nihil pro tunc omnium quæ decreverant tentaturi, sed universa facturi quæ ipse Archiepiscopus et Suffraganei pro tunc vel decernerent vel juberent.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Reasons alleged for Parliament being held at so distant a place.

Grant made by Parliament to the King.

Ne autem omnino nullum damnum inferrent patriæ, hoc egerunt, ut Regi de quolibet sacco lanæ per annum præsentem una marca a mercatoribus penderetur; et de qualibet argenti libra rerum venalium, quæ de ultramarinis partibus advehuntur, et ab emptoribus comparantur, sex denarios Regi persolvendos censuerunt.

Nuncii Papæ novi.

Nuncios sent by Pope Urban VI., to ask succour from England.

Ad idem Parliamentum venerunt solemnes ex Italia Papales nuncii, petentes succurri Domino Papæ, in arto constituto per Regem et magnates; declarantes injurias et damna quæ idem Dominus Papa pertulit insolentia apostatarum Cardinalium, qui nitebantur eundem, cum universa Ecclesia, subvertere et infirmare. Venerunt et nuncii eorundem Cardinalium, affe-

---

[1] Supplied from the printed texts.

[2] *consilio maligno* in orig. and in the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

rentes litteras decem signatas sigillis, petentes et ipsi auxilium præstari Cardinalibus, allegantes fortiter pro eisdem. Sed Domino Deo favente, qui cuncta juste [1] disposuit, repulsi sunt apostatici, et admissi Papales, promissumque subsidium Domino Papæ gratanter quam cito tempus exigeret opportunum. A.D. 1378. Envoys also sent by the opposing Cardinals.

Cantuariensis nempe Archiepiscopus, perpendens publicam falsitatem et errorem manifestum per scripta eorundem, in quo idem Cardinales voluntarie versabantur, et execrans eorum actus sceleratos vehementer, spiritu Dei subito agitatus, cepit hoc thema,—"[2] Unus erit pastor noster." Nam invenit in eorum litteris electionem factam de illo Apostolico, et ita luculenter illorum populo declaravit errorem, et per multa argumenta, et præcipue per eorum dicta propria, ut omnibus constaret illorum malitia, et error innotescat execrandus. The Archbishop of Canterbury preaches against the apostate Cardinals.

Aberat tunc [3] quidam e Cardinalibus, qui quondam fuerat Ambianensis Episcopus, jussu venerandæ memoriæ Papæ Gregorii supradicti, ad sedandum quasdam dissensiones apud Pysas, quæ ortæ fuerant inter Papam et cives ejusdem urbis. Qui, audito de morte Papæ Gregorii, et de electione nova facta, tunc quidem ibidem morari decrevit, donec nova reciperet a fratribus aut a Papa. Quod et factum est. Sed ex post in brevi apicibus accitus Apostolicis, properavit ad Curiam, mandatis Papalibus pariturus. Post cujus adventum, cum novus Pontifex intrasset Consistorium, cœpit ethice tractare de multis, et inter multa disputare contra Cardinalium avaritiam; qui, fulvo corrupti metallo, aut excæcati pecunia, plus venabantur argentum quam pacem gentium, ad [4] quam missi fuerant inter regna [5] reparandam. Conduct of the Cardinal, late Bishop of Amiens, on the death of Pope Gregory XI. The new Pope inveighs against the avarice of the Cardinals.

Increpatio Cardinalium a Papa.

Ambianensis autem amplius publice detestabatur et condemnavit perfidiam, imponendo sibi, cum sæpius missus fuisset a Papa Gregorio, prædecessore suo, ut quoquomodo pacem inter Angliæ et Franciæ regna firmaret, et ipse inæstimabiles auri et argenti summas pro labore sui itineris, jussu Papæ, de utroque regno cepisset, omisso suæ legationis officio, non curavit paci providere regnorum; sed potius elaboravit, ut dissensiones et odia continuarentur inter Reges diutius, ut dum ipse sæpius descenderet taliter sub umbra firmandæ concordiæ, rediretque multotiens, infecto negotio, suo provideret uberius And against the perfidy of the Cardinal, late Bishop of Amiens.

[1] *disponit* from the printed texts.
[2] *Ezek.* xxxiv. 23.
[3] *quidem* in orig.; corrected from the printed texts.
[4] *quem* in orig.
[5] *reparanda* in the printed texts.

A.D. 1378. infando marsupio de male quæsita pecunia, relevata de Christi patrimonio, utroque regno sophistice spoliato. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The Cardinal insults the Pope, and leaves the Court.

Ambianensis vero, hiis auditis, in furore mentis erexit se, cum [1] indicibili fastu, et in propatulo, extento digito, Domino Papæ hæc verba furiose respondit;—"Tu," inquit, "tanquam "Barrensis, mentiris;" et mox, relicto Consistorio, cum contumelia recessit a conspectu Papali. Quem illico secuti sunt plures e Cardinalibus, qui parti suæ favebant, vel consimilia scelera obligabant. Quos omnes Dominus Papa confestim suis privavit titulis, et alios ordinavit, numero viginti novem, diversorum regnorum, homines excellentiorum dignitatum, utpote Archiepiscopos, Episcopos, Archidiaconos, inter quos et Londoniensem de regno Angliæ censuit eligendum. Cardinales igitur apostatici guerram aperte contra Papam ausi sunt suscitare, et ipsum et sibi faventes persequi, usque [2] [ad] divisionem corporis ac spiritus, statuerunt. Et ut eorum conatus ampliora sortirentur robora, eligunt quendam, altis ortum natalibus, in Papam, ex Gallia, qui ipsi Francorum Regi et pluribus ex Franciæ magnatibus linea consanguinitatis erat junctus. Amplius autem ad diffiduciandum Dominum Papam, hanc eidem Epistolam, plenam minis et terroribus, transmiserunt:—

The Pope deprives his partisans of their dignities; and creates twenty-nine new Cardinals.

The apostate Cardinals elect a Pope of their own party.

Epistola erronea Cardinalium Apostatarum.

Letter addressed by the apostate Cardinals to Pope Urban VI.

"Episcopi, Presbyteri, et Diaconi, Cardinales, Apostolica "Sede vacante, Bartholomæo, quondam Archiepiscopo Barrensi, "spiritum consilii sanioris. Exigit sanctitas, et Catholicæ "fidei puritas, et Christiani populi devotio salutaris, totiusque "Ecclesiæ status clara professio, ac salus animarum Christi "fidelium singularis, ut ea quæ dissimulatam in fide maculam, "subversionem in Christicola populo, status ecclesiastici "enervationem, ac evidentia animarum pericula, inducerent, "palam notificentur omnibus, et annuncientur in populis, et "juxta doctrinam Evangelicam super tecta prædicentur, ne "per indiscretum silentium in errore relinquantur hii qui "poterant [3] erudiri, ac hii ad quos ex officio pertinet, sub- "jaceant reprehensioni Prophetæ, dicentis,—[4] Prophetæ et "'prædicatores tui videbant tibi falsa et stulta, nec [5] ape- "'riebant iniquitatem tuam, ut te ad pœnitentiam provocarent.'

[1] *indiscibili* in orig. and Bibl. Reg. 13 E. ix.; *indicibili* in the printed texts.

[2] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

[3] *erudire* in orig.; corrected from the printed texts.

[4] *Prophetice* in orig. *Lament.* ii. 14.

[5] *apparieband* in orig.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1378.

"Cum igitur, Apostolica Sede vacante, per obitum piæ recordationis Domini Gregorii Papæ Undecimi, qui mense Martio proximo præterito in Urbe diem clausit extremum, nos pro electione futuri Pontificis, ut juris et moris est, celebranda, in Conclavi ad hoc in Apostolico Palatio, in quo idem sanctæ memoriæ Dominus Gregorius obierat, deputato, convenissemus, populus Romanus etiam, ad campanæ sonum congregatus, hostili more locum totum circumdans, ab intus et ab extra totum fere implens Palatium, et cum terrore vehementi minas etiam superaddens, quod nisi eligeremus, et sine [1] mora, Romanum vel Italicum, statim incideremur per frusta; etiam congruo spatio, omnes in quo saltem de persona idonea deliberare possemus, penitus nobis subtracto; contra voluntatem et propositum nostrum, ad eligendum Italicum subito et ex abrupto per violentiam et metum corporis coegerunt invitos. Propter quod, ad evitandum mortis duntaxat periculum, alias non facturi, ut etiam tunc palam inter nos diximus, te in Papam duximus eligendum, æstimantes te, cui tam infanda impressio, sicuti et toti clero et populo, nota erat, talis esse conscientiæ, quod eam nullatenus acceptares. At tu, propriæ salutis immemor, omni pura conscientia procul pulsa, ambitiosus alias mundani honoris, ardore quam maxime inflammatus præsentatione electionis hujusmodi, ab illis qui a nobis in urbe remanserant etiam per metum extorta, contra canonicas sanctiones, in scandalum maximum cleri et populi Christiani, ac exempli perniciem, electioni hujusmodi, licet nullæ et invalidæ ipso jure, consensisti; necnon metu, et ipsius metus causa, adhuc proculdubio perdurante in urbe, intronizatus et coronatus de facto te in Papam nominasti. Qui a sanctis et sapientibus patribus, et a jure communi, apostaticus, anathematizatus, Antichristus, et totius Christianitatis invasor ac destructor potius, et merito, nominaris. Nempe igitur cum ista tua tam nefanda intrusio in Papatu jam sit divulgata per orbem, veluti tam notoria, quod jam alicubi celari non potest, cum hoc tempore, videlicet modicum ante Pascha, factum fuerat, quando de universis partibus Christianitatis major adest populi multitudo in urbe, quod errores plurimi pullulare inceperunt, et fidelium Christianorum illaqueari conscientiæ, tuque diutius expectatus, et in secreto caritative admonitus, immemor salutis propriæ, totum in præcipitium cupiens trahere clerum et populum universum, ad cor redire non curas; sed inanem et transitoriam mundi gloriam saluti animæ et

[1] *more* in orig. and Bibl. Reg. 13 E. ix.; by inadvertence.

A.D. 1378. "aliorum Christi fidelium anteponens, animo obstinato satagis "ipsum Papatum [1] tyrannio possidere, qui per ostium non intra- "sti.—Nos, non valentes præmissa salvis conscientiis amplius "sub dissimulatione transire, ad tuam et aliorum Christi fide- "lium notitiam omnia præmissa, licet ipsa tam sibi quam pene "toti clero et populo existant notoria, deducentes, te anathema- "tizatum ac tanquam intrusum ad Papatum, nulla electione "canonica præcedente, totius Christianitatis invasorem, qui "caput ipsius Christianitatis invadere non formidas, de- "structoremque, qui ut sub tua occupatione tyrannica efficere "satagis, ut fere sacramenta deficiant, et ut Christicola "populus, tanquam vero pastore carens, per abrupta deducatur "in devium, publicamus et etiam denunciamus; te nihilominus "exhortantes et obsecrantes, per viscera misericordiæ Jesu "Christi, cujus Ecclesiam, sponsam suam, non erubuisti "invadere, ut de fine cogites, ad quem te trahit plenitudo "dierum, ad Deum et puram conscientiam dirigas aciem "mentis tuæ, ipsamque Beati Petri Sedem sanctissimam, "quam sine titulo occupas, liberam et vacuam omnino dimittas, "insigniaque deponas Papalia, et ab administratione spiritu- "alium et temporalium Papatus et Romanæ Ecclesiæ abstineas "indilate, ac alias Deo et Ecclesiæ suæ Sanctæ per fructus "veræ pœnitentiæ satisfacere studeas, juxta posse. Quod si "feceris, gratiam Dei, et gloriam mundi, et laudes cleri et "populi, ac acerbarum pœnarum per jura canonica tibi "impositarum, ac imponendarum, remissionem, cum universa "[2] indulgentia mereberis obtinere, aliter indignationem Omni- "potentis Dei et Beatorum Petri et Pauli, Sanctorumque "omnium, non immerito incursurus. Nosque divinum et "humanum consilium cum Christi sponsa, et omnium Christi- "anorum, quorum mater parte proculdubio violatur, invoca- "bimus, aliisque utemur remediis per canonicas sanctiones "concessis, abinde et [3] [in] antea nullam spem de misericordia "habiturus." MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The above Letter is sent to the Pope.

Hanc ergo Epistolam, plenam veneno et malitia, idem Cardinales schismatici dolose confinxerunt, et eam publice Domino Papæ, ut supra retulimus, transmiserunt; desiderantes per eandem commune vulgus et innocentem populum a vero pastore suo fraudulenter avertere, et in favorem eorum talibus [4] machinationibus inclinare. Unde, ipso elaborante, qui nostris

---

[1] *tyrannide* in Camden's text.

[2] *diligentia* in the printed texts.

[3] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.; omitted in the printed texts.

[4] *inclinationibus* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

gaudet in periculis, et Ecclesiæ lætatur perturbationibus et A.D. 1378. procellis, inimico homine qui solet puro tritico superseminare zizaniam, multi seducti ipsarum doctrinarum sequerentur errores, in brevi, ex discipulis facti magistri, utpote potentes Francorum cum ipso eorum Rege, et aliis qui non parum [1] navicellam Petri, sponsam Christi, matrem Christiani populi, perturbarunt. Hoc modo, suis ministris mille artifex vias providit, qua desiderium eorum attulit eis, et non sunt fraudati a desiderio suo, saltem pro tempore quo sponsus Ecclesiæ, Christus, Petri naviculam inter tot fluctuum perturbationes agitari permisit.

Responsio Episcoporum Catholicorum ad Litteram Pseudo-Cardinalium.

Letter of the supporters of Pope Urban VI.

"Universi Christi fideles, suo sacrosancto charactere insig- "niti super firmam petram fidei sic fundati, ut manutenente "Domino, et nostræ sanctæ fidei irrigante radicem, nullo "turbine hæreticæ seu schismaticæ persuasionis, extirpari "poterimus, aut everti, Johanni Episcopo Prænestino, [2] Gille- "rino titulo Sancti Stephani in Cœlio Monte, etc., non, prout "nobis scribitis, miseratione divina Sanctæ Romanæ Ecclesiæ "Cardinalibus, immo, super vos maledictione fulminante, lupis "rapacissimis, totius gregis Christi invasoribus, ac vulpibus "callidissimis, vineam Domini Sabaoth cupientibus demoliri, "non salutem sed languorem, non gaudium sed mœrorem, et "indui, sicut [3] diploide, confusione vestra. Tenor insipidus "litterarum vestrarum, quas, instigante diabolo, per omnes et "singulas Christianitatis provincias temere destinastis, corda "et intima quæque nostra sauciavit, non inquam fidei nostræ "læsione, sed pia cordis compassione, de tam horrendo scandalo "in Ecclesia Sancta Dei noviter suscitato; veruntamen [4] væ "vobis per quos scandalum venit! Nam pallida facta est "Matris Ecclesiæ [5] [facies], pallore nempe turbationis im- "mensæ, et ex errore scelerum vestrorum a sæculis inaudito, "qui [6] putabamini esse legis æmulatores, sed estis sacrilegi. "Rubor verecundiæ interdum conspergitur, dum ex vestris "actibus scandalosis fines totius Christianitatis uruntur. O "vestra detestabilis et [7] infide infelix ambitio, qui tunicam

[1] *naviculam* in the printed texts.
[2] *Gulielmo* in the printed texts.
[3] *duploide* in the printed texts.
[4] *de* in the printed texts.
[5] Omitted in orig.; supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.
[6] *putabimini* in orig. and the printed texts.
[7] Omitted in the printed texts.

A.D. 1378. "Domini inconsutilem, quam sors beata vestræ dispositioni "non annuit, scindere nititur, et partiri quæ divisionem non "patitur, sed congaudet potius unitati. Servi nequam, ex ore "vestro judicandi, modum electionis Summi Pontificis nuper "celebratæ nobis per litteras vestras declarastis, dicentes quod "Conclave vestrum vallavit armatorum indomita multitudo, "minas vobis facientes terribiles et letales, nisi eligeretis "Italicum vel Romanum, nullam tamen certam vobis limi-"tando personam ad quam compellerent [1] eligendum. Mani-"festum est igitur, quod personam quam vos conceditis "elegisse, [2] elegistis libere, et non coacte, et sic, quantum "ad personam a vobis tunc electam, tenemus firmiter, et tene-"bimus, ipsam electionem esse et fuisse rite et canonice cele-"bratam, et ipso electo, intronizato, et coronato, tanquam "Sacrosanctæ Ecclesiæ vero capiti, et Petri successori, et in "terris Christi Vicario, fideliter adhæremus, et ipsius moni-"tionibus, et dictis, et factis, ut veri fideles et Catholici, "humiliter promittimus obedire, vestram perniciosam rebel-"lionem et sacrilegam ac hæreticam contumaciam, in ex-"emplum damnabile non trahentes. [3] Detestamur insuper "vestram vecordiam, qui cum in acie Ecclesiæ [4] Beatæ sitis "constituti, velut pugiles et [5] propugnatores [6] orthodoxæ fidei, "et Ecclesiæ libertatis, capellos in capitibus rubeos com-"portantes, ob signum strenuitatis et audaciæ, quod intrepide "usque ad mortem certare pro justitia deberetis, quomodo "metus mortis vos invasit et vicit, ut perire justitiam sine-"retis. Quomodò qui vos 'columnas Ecclesiæ' nominatis, facti "estis et infirmi et debiles, ut sustinere non possetis tectum "quin rueret? Numquid affuit ibi Sampson, qui longe prius "obierat? Sed dicetis fortasse ad [7] excusandum excusationes "in peccatis, quod Petrus petra fidei, et [8] post Petrum "Christum primum Ecclesiæ fundamentum, ad vocem ancillæ "hostiariæ expavescens, ipsum Christum detestando et jurando "negavit; cujus infirmitatis vos estis participes et sequaces. "Genimina viperarum, callidi serpentes veneno nutriti, si "amaram gustatis herbam, gustate similiter dulcem et sua-"vem, et post capitis vestri damnabilem negationem, redite

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[1] *eligendam* in the printed texts.

[2] Omitted in the printed texts.

[3] *Detestemur* in the printed texts.

[4] Omitted in the printed texts.

[5] *oppugnatores* in the printed texts.

[6] *ortodoxo* in orig.; by inadvertence.

[7] Omitted in the printed texts.

[8] Sic in orig., Bibl. Reg. 13 E. ix., and the printed texts; but inserted in error, apparently.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. A.D. 1378.

"cum Petro ad confessionem. Verum verbum hoc seminavimus super petram, cum vestra detestabilis obstinatio inde proditoris vos efficiat participes et consortes, cujus iniquitas residet super talentum plumbi. Cæterum non existimet vestra stulta cæcitas et cæca stultitia, quod illa verba, quæ interdum in vestris litteris videntur sapere pietatem et zelum domus Dei, nos commoveant, vel quicquam vobiscum consentiendo persuadeant; satis enim luculenter perpendimus, quod ipsa verba fermento [1] Pharisæorum conduntur, a quo in Evangelio Christus suos cavere præcepit. Locum ergo quem elegistis vestris sceleribus perpetrandis, idoneum vobis nominatis, ostendentes clare vos verum caput Ecclesiæ reliquisse, et effectos membra diaboli in desertum abiisse cum Juda proditore, ubi vosmetipsos estis laqueo suspensuri, ut de vobis verificetur id propheticum,—[2] 'Fiat habitatio eorum deserta, et in habitaculis eorum non sit qui inhabitet.' Et iterum, de singulis vestrum dictum est, [3] 'Fiant dies ejus pauci, et Episcopatum ejus accipiat alter.' Præterea Comitis Fundorum claram famam vestris commendationibus in toto Christicola populo denigrastis, cum dicat Poeta, 'Idem est laudari a turpibus et ob turpia.' Animadverte igitur, Fundorum Comes, quod per quamplures Christianorum fines eras incognitus, et eo infelicius præsertim, cum jam tibi non nomen, sed ignominiam, perquiris, inimicos Christi et unitatis Ecclesiæ divisores, ac pacis et tranquillitatis totius Christianitatis turbatores invitando, eos in ipsorum detestabili perfidia confovendo, ut etiam contra Christum et populum Catholicum ædificasse videaris asylum. Exsurge ergo, O Comes, et mures de pera projicias, de tabernaculo tuo fuga serpentes, et carbones sulphureos a sinu tuo excute; ne flamma inextinguibili te exurant, et Dei gratiam et benedictionem totius populi Christiani, gloriam mundi et commendationem adipisceris, et divinam mereberis effugere ultionem.[4]"

Captio Castri de Berwico.

Capture of Berwick Castle by the Scots.

Circa idem tempus, videlicet die Jovis proximo ante festum Sancti Andreæ Apostoli, latrones de Marchia Regis Scotiæ furtive intraverunt castrum de Berwyco noctanter, per quod-

[1] *Matt.* xvi. 6.
[2] *Psalm* lxix. 25.
[3] *Acts* i. 20.
[4] *Data etc.*, added here in Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

A.D. 1378. dam foramen cujusdam turris, et Constabularium dicti castri, Dominum Robertum de Boyntone, militem strenuum, ibidem imparatum invenientes, occiderunt; uxorem vero ejus et filios, ac etiam familiares alios, exire permiserunt, sub conditione reddendi eisdem [1] tria millia marcarum infra tres septimanas sequentes, vel alias, reddendi eorum corpora custodiæ carcerali. Deinde in crastino, idem vespiliones exeuntes, patriam conterminam pervagantes, oves et boves, et diversi generis animalia rapuerunt, et ad castrum pro eorum victu perduxerunt. Sperabatur autem a multis, quod hæc [2] omnia facta sunt consilio et favore procerum regni Scotorum.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Recapture of the castle by the Earl of Northumberland.

Hiis auditis, Dominus Comes Northumbrorum animose ad obsidendum dictos malefactores advolat, et absque mora, adunatis quasi quadringentis armatis, insultum facit ad castrum, [3] deterrens inclusos insuper cum petrariis et aliis machinis bellicis per longam moram. Collocaverat autem idem Comes semetipsum et filium suum primogenitum Henricum, qui primo tunc suum vexillum displicuit, ad magnam portam ipsius castelli; Dominum vero Alanum de Heton, cum suis, ad aliam partem, Dominum Thomam de Ilderton, cum suis, ad aliam partem, et universos de familia de Herones ad quartam partem; et adjutorio Altissimi invocato, insultum facere unanimiter, quilibet in sua custodia, contra muros. Nec defuit inclusis animus, quin fortiter et viriliter repellerent Anglos insistentes contra eos, et arcerent eos ab ingressu amplius quam per duas horas. Tandem, post magnum longumque conflictum, fortuna nostratibus arridente, captum est castrum miraculose quidem, quum omnes, quos diximus [5] resedisse in circuitu ejus, Domini simul et semel intraverunt, quilibet videlicet in ea parte quam ceperat expugnandam. Occisi sunt ex Anglicis tantum duo, et plurimi vulnerati. Ex Scotis vero ad numerum quadraginta et octo contriti sunt, gladioque consumpti, uno tantummodo ad vitam reservato, qui Scotorum consilia ediceret nostræ genti: sicque operarii iniquitatis ceciderunt, favente Deo, in foveam quam fecerunt, et pene omnes malefactores Marchiæ contriti sunt superbia sua repente, qui putabant ex hoc uno successu Anglis exterminium irrogasse.

Vain intervention of the Earl of Dunbar.

Cum utique primo eorum irruptio in dictum castellum Comiti Northumbrorum nunciata fuisset, misit ad Comitem de Dunbarre, qui est Custos Marchiæ ex parte Scotorum, in-

---

[1] *duo* in the printed texts.

[2] *omnia* omitted in the printed texts.

[3] *deterius* in orig.; corrected from the printed texts.

[4] *fecere* in the printed texts.

[5] *reddidisse* in orig.; corrected from the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1378.

quirens si ejus conscientia vel consilio fuissent treugæ taliter violatæ, et hæc omnia perpetrata. Qui affirmavit, se nullo modo horum conscium extitisse, nec istam injuriam præscivisse; quinimmo promisit, se velle communiter cum Comite Northumbriæ ad locum properare, et, quantum in ipso foret, auxilium impendere ad extorquendum ipsum castrum de manibus perfidorum. Veniens autem juxta condictum, requisivit eos, virtute treugarum, ut redderent castrum, quod injuste occupaverant, Regi Angliæ vel Comiti Northumbriæ, seu attornato Regis. Qui, more gentis eorum, responderunt, tam breviter quam procaciter, se nullatenus Regi Angliæ castrum illud, nec Regi Scotiæ, reddituros; quinimmo servarent illud usibus Regis Franciæ contra omnes homines quamdiu viverent. Quod et opere compleverunt; nam octo diebus servantes illud, nono die, ut prædicitur, gladio perierunt.

De dissensione inter Regem Franciæ et Britones.

War between the King of France and the Bretons.

Rex Francorum, eisdem diebus coacto Parliamento Parisius, proceres Britanniæ, qui affuerant, jurare compulit ad reddendum villas munitas et castella quæ habebant in manibus, sibi vel ejus assignato, quandocunque placeret eidem Regi petere ab eisdem. Nolentes autem quosdam se astringere hujusmodi juramento mortis interminatione deterruit, et jurare coegit multos. Britanni vero, post dictum Parliamentum festinantes ad propria, munierunt sua loca, comportantes frumentum et cætera necessaria ad instaurandum castella sua. Rex autem Franciæ, paulo post, misit Bertrandum Clykeyn cum exercitu copioso, ad extorquendum præfatas munitiones de manibus Britannorum, et imponendum Francos suos. Sed Britones, non ignari de adventu eorum, restiterunt eis viriliter, arcentes eos a finibus Britanniæ cum armata manu valida, et retrocedere compulerunt. Et hac occasione facta est dissensio inter Regem Franciæ et Britannos

Transit annus iste lætus et abundus victualibus; Ecclesiæ perturbativus propter errores excrescentes in clero, tristis propter mortem Papæ Gregorii; Angliæ, Franciæ, atque Scotiæ, [1] [sive] Britanniæ suspectus, molestus, et inquietus, propter motus varios et eventus.

---

[1] Inserted from Bibl. Reg. 13 E. ix.; omitted in the printed texts.

A.D. 1379. Anno Dominicæ Incarnationis millesimo trecentesimo septuagesimo nono, qui est annus regni Regis Ricardi, Secundi post Conquæstum, secundus, eodem anno Dominus Robertus Rous, miles egregius et custos villæ de Sherbourgh, postquam Gallicos pluries infestasset, et cepisset Oliverum, fratrem Bertrandi Clekeyn, et alia multa regno Angliæ fecisset utilia, reversus est in Angliam, et missus est ad custodiam illius loci Dominus Johannes Herlestone.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Capture of the brother of Bertrand du Guesclin.

Hugo Calverle a Calesia revocatur.

Sir Hugh Calverley made Admiral of the seas.

Dominus Hugo Calverlee per idem tempus vocatus est a Calesia, quam strenue custodierat, ad totius Angliæ commodum et honorem, et factus est Admiralius maris; et Dominus Thomas Percy associatus est ei, ad observandum semitas maris per unum annum. Dominus Willelmus de Monte Acuto, Comes Sarum, missus est Calesiam loco Hugonis Kalverlee; qui, non modicum post adventum suum, prædas egit infra Galliam, et instauravit Calesiam de non parva multitudine diversi generis animalium et jumentorum.

The Earl of Salisbury succeeds him at Calais.

Acta Hugonis Calverle et Thomæ Percy in mare.

Capture of some of Sir Hugh Calverley's troops in Bretagne; and singular restitution of them by Sir Geoffrey Cormel.

Eodem tempore Dominus Hugo Calverlee et Dominus Thomas Percy profecti sunt ad mare cum magna multitudine armatorum; qui, Britannicum perscrutantes oceanum, obviaverunt septem navibus onerariis et uni navi bellicæ, onustis vino, quas levi negotio subactas ceperunt, et [1]Bristoldum transmiserunt. Cum autem circa littus maris Armorici pervenissent, exierunt [2]ab hominibus dictorum Hugonis et Thomæ ad deprædandam patriam convicinam. Quidam vero miles, nomine "Galfridus "[3]Cormel," in insidiis delitescens, cum magna manu bellicorum hominum, irruit in eos improvisos insidiarum talium, et cepit quotquot ascenderant super terram. Mandaverat tamen suis, ne cuiquam nocerent ex ipsis, sed captos illæsos omnino servarent. Quod et factum est. Igitur Dominus Galfridus, sumens homines quos jure belli ceperat, properavit ad Dominum Hugonem Calverlee sub conductu, et reddidit sine redemptione

---

[1] *Bristolium* in Parker's text, *Bristollium* in Camden's text.

[2] *de* in the printed texts.

[3] *Carmel* in Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1379.

homines supradictos, promittens, si idem Dominus Hugo vellet in regionem ascendere, multum placeret dominis et habitatoribus [1]illius terræ, et quod ipsi parati fuerunt ad liberandum sibi villas munitas et castella. Si tamen vellet morari ad regionis custodiam, obtulit insuper idem Galfridus, nomine principum regionis, sibi victualia, et mille equos exercitui suo, si placeret ei per patriam equitare. Sed idem Dominus Hugo, quoad equitationem vel moram excusans se, dixit aliud se habere opus consummandum, quod susceperat, nec posse vacare pro tunc, ullo modo, ad satisfaciendum votis eorum.

Archiepiscopus Cassillensis.

The Archbishop of Cashel denounces the King of France and the adherents of the Antipope.

Sub eisdem diebus venit a Roma Archiepiscopus Cassillensis Hibernicus, qui illuc missus fuerat urgentibus quibusdam causis, reportans magnam potestatem ligandi et solvendi, indultam sibi ab Apostolico. Cum autem venisset Londonias, habito sermone ad populum, denunciavit Regem Franciæ, et quotquot Antipapæ adhærebant, involutos excommunicationis sententia; assoverans etiam jam Angliæ fore tempus acceptabile, tam in causa [2]Dei quam in causa Regis Angliæ, ad invadendum regnum Franciæ, præsertim cum esset verisimile quod Rex anathematizatus non haberet fiduciam resistendi.

Proclamatio contra Papam.

Proclamation of the King of France against Pope Urban.

Circa idem tempus, Rex Franciæ fecit proclamari per universum regnum suum, quod nullus pareret vel obediret Urbano Papæ. Quod si aliquis attentaret, decollandum se nosceret, et omnia bona sua [3]regiis usibus confiscanda.

Parliamentum Londini.

Parliament at London. Immunities of the

Eodem anno factum est Parliamentum Londoniis, in quo fuit ordinatum, quod immunitates et privilegia ecclesiæ Westmonasteriensis illibata manerent; sed apposita est modificatio satis rationabilis atque utilis, super impunitate illorum qui

[1] *ipsius* in the printed texts.

[2] These four words are omitted in the printed texts.

[3] *regibus* in orig., by inadvertence.

A.D. 1379. pro debito illuc essent de cætero fugituri. Nam [1]cum prius quidam, quibus erat superabundans substantia ad reddendum quibus obligantur debita, scrupulosam sibi formantes conscientiam, illuc fugerunt, ibidem lætos ducentes dies in commessationibus et convivationibus; quorum bona seu possessiones eadem gaudebant immunitate ubicunque locorum sitæ essent, qua ipsorum domini existentes intra libertatem Westmonasterii fruebantur; ac per hoc, nonnunquam hii quibus debebantur pecuniæ, defraudabantur nequiter et depauperabantur, dum eorum debitores, commorantes ibidem, vel omnino recusabant solvere quæ debebant, vel quibus debebant, dimidium pro toto recipere compellebant; et ita, ut diximus, semper pars justior injuste gravabatur; statutum est ut Ecclesia, quæ justa debet universa disponere, justitiæ non præjudicet, sed sicut illa suis debet gaudere privilegiis, ita debet omnem justitiam adimplere. Quapropter ordinatum [2][est], ut pro debito confugientes ad libertatem Westmonasterii, si actor hoc expetierit, præconis voce facta proclamatione in loco ubi est verisimile quod talis proclamatio debet venire ad audientiam debitorum, moneantur parere justitiæ. Quod si [3]noluerint, extunc liceat ministris regiis investigare bona debitorum, vel intrare possessiones eorundem, et venditionem facere de bonis seu possessionibus talium, donec plene creditoribus [4]persolvatur.

Church at Westminster, as afforded to fraudulent debtors, abolished.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A new tax granted.

Item, conniventibus quibusdam, qui semper aliquid incommodi [5]ruminabant, ordinata est nova taxa ad opus Regis; parcendum enim decrevere communibus, qui exactionibus præteritis pene depressi fuerant. Duces videlicet Lancastriæ et Britanniæ solverent viginti marcas, [6][scilicet quilibet eorum decem marcas,] Archiepiscopi vero tantum; Comites autem sex marcas, Episcopi quoque et Abbates mitrati tantum, non obstante quod Abbates tenerentur solvere pro singulis capitibus monachorum suorum quadraginta denarios. In quo decreto patet manifestius eos bono [7]judicio caruisse, qui talia statuere, dum quilibet pauperrimus Abbas pro cornibus suis teneretur solvere tantum, sicut ditissimus Comitum vel Epi-

Hardships resulting therefrom.

[1] *qui* in orig.; corrected in the margin, in a somewhat later hand.

[2] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

[3] *voluerint* in orig.; corrected from the printed texts.

[4] *personaliter* in orig., by inadvertence; corrected from the printed texts.

[5] *nunciabant* in the printed texts.

[6] Supplied from the printed texts. This passage is also found in Bibl. Reg. 13 E. ix., but appears to have a faint line beneath.

[7] *modico* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. scoporum, et ultra pro monachis suis donec excederet taxam [1]Ducum. Nullus præterea, Justiciarius, Vicecomes, miles vel armiger, rector, vicarius, vel simplex capellanus, subterfugit hanc taxam; sed si habitura sit "eventus sordida præda "bonos," Deus novit. A.D. 1379.

Bellum Papæ contra Antipapam.

Defeat of the army of the Anti-pope Clement.

Hoc anno, post Pascha Domini Urbani Papæ milites, cum Romanorum et Italicorum exercitu, inierunt bellum adversus Antipapæ exercitum, qui dicit se "Clementem," et adversus Britones qui omnino favebant eidem; et cessit nostris victoria, favente Deo, occisique sunt ex Antipapalibus quinque millia sive plures, ex communibus exercitus, et [2]capti milites sexaginta, cum eorum campi-ductore Barnardo Delsale. Quod audiens, non [3][jam] Clemens, sed pene "demens," factus Antipapa, concito fugit ad quoddam castrum Reginæ Neapolis, quod vocatur "Spelunca," ibidem latitans et in terra Comitis Fundorum, donec furtivo transvectus est a schismaticis Avinionem. Sperabat nimirum in umbra alarum Regis Franciæ, quem novit parti suæ favere, et idcirco illum locum pro majori securitate [4]censuit expetendum. O detestanda, profana, damnanda, non ignorantia, sed malitia hujus Regis! qui non ignorat quam injustus, quam invalidus, quam vilis, sit titulus hujus pseudo-papæ, et tamen non solum in perniciem animæ suæ sed multorum damnationem et interitum, et totius Ecclesiæ submersionem, nititur tale idolum adorare, colere, et exaltare. Constabat utique sibi, quod non intravit per ostium, sed ascendit aliunde, videlicet per maceriam; et ideo damnabilis ejus favor omnibus fidelibus esse videtur. Susceperat equidem epistolas ejusdem, post electionem Urbani Papæ, de ejus electione concordi, de ejus intronizatione, solio, et aliis, quæ verum Petri successorem decerent; unde nihil aliud videtur facere nisi talibus consentire, qui dicunt verum falsum, et falsum verum.

He takes refuge at Avignon.

Censure of the support afforded him by the King of France.

Audierat insuper, sicut nec eum latere poterat, epistolas quas idem de gressu Urbani Papæ suo consanguineo, Comiti Flandriæ, direxerat, quibus eum verbis commendaverat; quorum effectum, etsi non omnino tenorem, dicam, ut per hæc ejus malitia clarius fidelibus elucescat. Erat siquidem hic Antipapa, ut

Conduct of Clement on the election of Urban to the Papacy.

---

[1] *dictum* in orig., *dictam* in the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] *campi* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: omitted in the printed texts.

[4] Supplied in orig., in a somewhat later hand.

A.D. 1379. præmisimus, Comitis Flandriæ consanguineus, vir et nobilitate generis præclarus, et scientia litterarum non minus spectabilis, si genus et [1] scientiam hac perfidia minime maculasset. Hic igitur mox, ut Urbanus Papa Pontificatum est ingressus, adhæsit eidem familiarius cæteris, unde et ejus consiliis specialius est accitus. Quod [2] ut compertum est Comiti Flandriæ memorato, gavisus est, quasi per ipsum multa esset apud Papam facturus et impetraturus. Nec secus accidit quam sperabat. Nam confestim ad ipsum suas destinavit epistolas, oneratas precibus et promissis, ut quendam clericum sui Comitatus, Præpositum videlicet Sancti Donati, transferre laboraret ad Episcopatum Morinensem sive [3] , ac quendam alium clericum de sua familia in Præpositum Sancti Donati, faceret promoveri. Quibus acceptis, statim Cardinalis, respectu tanti viri, consanguinei sui, Domino Papæ ejus petitiones curavit exponere; nec segnius a Papa quæ petierat impetravit. Expeditis igitur pro suæ voluntatis arbitrio Flandrensis petitionibus, confestim remisit eidem suas litteras, nuncians et suas petitiones auditas, et quam benignum Dominum Papam repererat erga suam personam, commemorans etiam multa de sanctitate Papæ, et justitia; unde precabatur obnixius ut et ipse Comes esset amicus ejus, quem senserat in primis suis petitionibus sibi tam favorabilem; ac insuper, in suis litteris curaret eidem Papæ ipsum Cardinalem specialiter recommendare. Quæ omnia idem Comes adimplevit.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Grounds upon which Clement joined the party opposed to the election of Pope Urban.

Expost vero, cum ipse Cardinalis et cæteri de Collegio, quibus Ecclesiæ perturbatio complacebat, viderent Urbanum Papam ut Summum Pontificem per omnia condecenter agere, contra avaritiam ipsorum disputare, adversus injustitias [4] disceptare, et in omnes simoniacos intrepide terribiliter fulminare, pœnituit eos fecisse hominem. Augebat insuper furorem eorum, quod protestatus fuerat se justitiam facturum inter virum et virum, et maxime inter Reges Francorum et Anglorum, per quorum pene discordias tota Christianitas detrimentum accepit. Favebant nimirum Regi Francorum, ejus illecti muneribus, unde et metuebant ne aliquid salubriter statueret contra eum, per quod vel eorum minueretur com-

---

[1] *scientia ac* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] *et* in the printed texts.

[3] *sive Thavernensem* in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. The hiatus is filled in orig., in a more recent hand; with apparently the word *Gandunienscm: sive* and the hiatus are omitted in the printed texts.

[4] *deceptare* in orig., and the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

modum, vel eorum opinio penes Regem. Hiis itaque et hiis similibus causis desciverant ab eo quasi vir unus, et istum de quo fit sermo, ad instar Baal, quod interpretatur "vanitas," erigentes, statuerunt simulacrum suum, et ambulaverunt post vanitatem, et vani facti sunt, et procidentes curvaverunt genua sua ante Baal. Relicti sunt tamen viri aliquot, viri justi timentes Deum, ex Collegio Cardinalium, qui non incurvati sunt ante eum, sed cum Urbano in unitate Ecclesiæ permanserunt. Ex quibus præmissis, ut dixeram, manifeste clarescit, quantum periculum suo capiti Rex Francorum aggeravit, qui hæc omnia sciens, sed dissimulans, nitebatur viribus et substantia totam Christianitatem trahere in erroris abyssum. A.D. 1379.

Deditio Castelli Sancti Angeli.

The Castle of Saint Angelo garrisoned by the opponents of Pope Urban.

Cum hæc ita se haberent, arridere cœpit aliqualis aura serenior Domino Urbano Papæ populoque Romano, Domino auferente opprobrium ex Israel, et conterente portas æreas, et vectes ferreos confringente. Portas, inquam, et vectes [1] castelli munitissimi, Castelli videlicet Sancti Angeli, quod fuerat eis spina in oculo, in latere stimulus, quamdiu Antipapales, Britanni videlicet, illud municipium occuparunt. Britanni revera, ad ejus custodiam mox [2] in initio dissidii inter Papam et Cardinales destinati, illud viriliter munierunt, bellicose gubernarunt, et strenue servaverunt; adeo autem, ut [3][in] ignominiam Romani populi redundaret, quicquid meditati sunt, quicquid machinati sunt, quicquid denique operte compleverunt. Romanorum namque bona diripientes, in castellum comportarunt, [4] loco vicina devastarunt, et objecta quæque, scilicet domus et palatia, quæ eis nullo modo esse possent impedimento, machinis, trabiculis, missilibus, et petrariis, conquassarunt. Erat ibidem cernere (nescio utrum magis miserandum an dolendum spectaculum) populum, cujus patribus nulla civitas, nulla provincia, nullum regnum, denique nec totus mundus, quandoque resistere potuit, jam propriis finibus ita artari, ita vexari, [5] adeo reprobabiliter deturbari a facie mediocris castri, ut pene omnem spem amitteret resistendi.

---

[1] Omitted in the printed texts.

[2] *in* omitted in Camden's text.

[3] Supplied from Bibl. Reg. E. ix: omitted in the printed texts.

[4] *loca* in the printed texts.

[5] *ab eo* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1379. The aid of Sir John Hawkwood about to be invoked. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Propriis utique diffidens viribus, quendam Anglicum militem, Johannem Hawkwode, in Italiæ et Lumbardiæ partibus cum non parva manu militum et armatorum militantem, vocandum, vel potius multa pecunia coemendum, ad suum auxilium, peroptimum fore putavit. Sed Britones qui in castello erant, cum hæc audissent, tutius rati sunt se occulte Domino Papæ reddere, quam ejus adventum in sui perniciem expectare. Constabat namque eis Romanos, sicut a militia veterum et probitate exciderant, sic a clementia et pietate quæ semper antiquos Romanos victores comitari solebant. Et revera Romani moderni crudelissimi viri sunt, [1] et nulla pietate præditi, præcipue penes eos quos armis subjugare contingit. Hac ergo causa præcipue coacti sunt Britones occulte [2] cum Domino Papa componere, ut, salvis corporibus, tamen illæsi permitterentur abire. Dominus vero Papa, ut vir pacificus, eorum petitionibus adquievit. Redditum est itaque castrum Domino Papæ, sed occulte et in nocte, ne forte venirent Romani et tollerent ipsum locum et gentem. Constabat autem Domino Papæ Romanos nullis eorum petitionibus inclinandos, nullis precibus fore flectendos; et ideo dimisit eos occulte, propter metum [3] [eorum] qui oderunt eos. Numerus quidem eorum, qui castrum ita tenuerant, qui Romanos veluti aspis in sinu afflixerant, vix excrevit ad septuaginta quinque; unde et eos majori odiò perstringebant, cum videbant a tam paucis eorum posse contundi superbiam, et ipsos Romanos amplior rubor confusionis invasit. Quare, ut diximus, nullo modo saluti eorum consensissent, si Dominus Papa pro liberatione eorum Romanorum arbitrium expectasset.

The garrison secretly surrenders to Pope Urban.

The diminutive number of the garrison.

Treasures removed from the Castle for the use of the Pope.

Britonibus itaque de castello egressis, et Papalibus, juxta condictum, immissis, per totam noctem aurum et argentum, vasa concupiscibilia, et universa quæ usui Papæ prodessent, fecit Dominus Papa ad suum Palatium comportari. Illucente crastino, senatus populusque Romanus, cum comperissent deditionem castelli, occurrit illico cum securibus, ligonibus, et omnis generis instrumentis, ad diruendum castellum, in ultionem tanti opprobrii accepti per Britones castellanos. Confractum est itaque castellum in ipsa die, et dirutum pro magna parte; et ita Romani de [4] insensibili materia crudelem quodammodo cepere vindictam.

---

[1] *ex* in orig., by inadvertence; corrected from the printed texts.

[2] *ab* in orig., by inadvertence.

[3] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: omitted in the printed texts.

[4] *visibili* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

Acre certamen inter Anglicos et Gallicos apud Scherburgh, pro victualibus.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1379.

Distress of the English troops at Cherbourg.

Eodem anno, stipendiarii qui erant cum Domino Johanne Harleston apud Scherburgh, et maxime hii qui remanserant post recessum Domini Roberti le Rous, versi in seditionem [1]dixerunt, [2]["Ecce! nihil superest quod manducemus, et "quomodo pascere poteris] hanc multitudinem, præsertim "cum Gallici omnes pene [3]aditus, omnes vias, concluserint, "per quas spes victus esse possit?" Dominus Johannes vero, eorum necessitudinibus compassus, eorum lenire cupiens amaritudinem, dixit ad eos;—"Cernitis, commilitones, me "eadem necessitate [4]pressum, vobiscum communiter, qua vos "urgeri doletis. Et quid est quod ultra facere vobis debeam? "Decernite quid me vultis facere pro salute vestra; para- "tum me habebitis sive ad vitam sive ad mortem." Cui "illi, "Est hic," inquiunt, "non procul ecclesia et quoddam "molendinum, in quæ hostes nostri sua victualia compor- "tarunt; transeamus illuc instructis armis, ut experiamur si "forte nobis arrideat fortuna serenior. Melius est enim et "honorificentius nobis mori fortiter, quam fame et inedia "cum dedecore deperire."

The English troops attack the French.

Applaudit ille dictis eorum, et nocte sequente accinguntur ad iter: ad loca ergo prædicta perveniunt, sed ea Gallicis repleta reperiunt. Nec mora, insultum dant acerrimum ad utrumque locum, et fit utrinque magnus strepitus, hinc Anglicis certantibus pro communi victu, illinc Gallicis eos viriliter propellentibus pro custodia utrarumque rerum, victus videlicet atque vitæ. Ibi videres in Anglicis non per speculum vel [5]in ænigmate, sed facie tenus, quid fames imperat, quid inedia stimulat; dum nostrates potius letale ferrum hostium appetunt, saxa libenter subeunt, muros alacriter, sed periculose, invadunt, quam famis incommoda seipsos tolerare permittunt. Quid multa? Pro victu instatur audacius, pugnatur ardentius; occupant famelici saturatos, Anglici Gallicos, et captivos accipiunt pro libito jure belli; redeunt onusti spoliis, gaudent victoria affectata.

---

[1] *duxerunt* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: omitted in the printed texts.

[3] *editus* in orig.; by inadvertence.

[4] *præsum vobiscum comiter* in the printed texts.

[5] *enigma* in the printed texts.

A.D. 1379. Sed non diu perseverat ista jocunditas,—"Non longum tenet uva "comas, nec populus umbras;" nam in ipso itinere obvios habent quosdam ex Gallicis, qui bellum eis indicunt, aut captivitatem omnibus repromittunt. Turbantur Anglici a facie verborum eorum, Gallici redeunt ad ipsos qui miserunt eos. Nec mora, apparent Anglicis qui delituerant in insidiis Gallici; unde nostrates, certiores effecti de pugna, parant se ad gloriose vivendum aut fortiter moriendum, instruunt acies, turmas disponunt juxta disciplinam ordinis militaris, præponunt sagittarios, stabiliunt pedites, et ipsi qui equites fuerant pedites efficiuntur. Gallici ergo, videntes apparatum talem, et ipsi se parant et mutuis exhortationibus se confortant. Deinde venitur ad pugnam, manus conserunt. Sed Gallici, multo nostratibus fortiores, primo impetu nostros retrocedere vi compellunt. Interim arcitenentes nostris præsidio fiunt, dum denso sagittarum imbre Francos obnubilant, dum plures vulnerant, et [1][plurimos] Plutoni commendant. Nec tamen cedunt Gallici, sed instant, animosius pugnant, alacrius [1][percutiunt], mortem, si contingat, subire pro gloria reputantes. Fit itaque personantium grandis tumultus invicem se collidentium, gladiorum galearumque tinnitus, [1][tubarum hinc inde clangor et strepitus], unde non mediocriter animantur partes ad res bellicas magis strenue peragendas ibidem. Dominus Johannes Harlestone, Anglorum ductor et capitaneus, primus vel unus e primis, Francos invadens fortiter, concidens horribiliter, prosternens immisericorditer, et ipse a multitudine eorum se circumdantium, sicut apes, opprimitur, solo tenus dejicitur, pedibus et hominum et equorum conteritur, et ibidem relinquitur semivivus. Illic cernendum Anglorum animositatem et fidem, qui cum suum ita dejectum cernerent campi-ductorem, non cedere, non fugere demum, nec mente concidere, sed audacius et fiducialius mortem contemnentes, in campo prostare didicerunt. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Sir Geoffrey Worseley comes up with the reserve, and the victory is ultimately gained by the English.

Dum hæc aguntur, et Bellona pro parte Francorum desæviret, Dominus Galfridus Worselee, miles et manu promptus et bello strenuus, quem nostrates ex industria ad succurrendum, si necessitas urgeret, reliquerant, improvise cum turma sua supervenit, durissimis armata securibus, et Gallorum stationem petit, ipsosque invadit, dissipat, et prosternit. Omnes itaque qui convenerant Anglici cum eodem, viri fortes, scientes bellum, elevatis securibus Gallicos mactant ut pecudes, dum nullus ictus effectu careret, nullus feriendo laboraret in vanum. Quicunque

[1] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: omitted in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1379.

hostem uno ictu percusserat, non opus erat ut secundum adderet. Cernere erat ibidem fortissimas galeas a viris fortibus omnino dissectas, nonnullas autem ita collisas, ut omnino vel conquassato capite vel contrito, unum latus adhæreret alteri, nulla arte levandum, nulla ratione reformandum, sine dissolutione totius operis. Affuit [1] inter [2] [hæc] et alia turba garcionum et aliorum, qui ad custodiam equorum remanserant, et ad sarcinas; quæ videns jam statum belli ex parte Francorum aliqualiter inclinatum, sumpta audacia, et assumptis instrumentis, vel quæ de propriis habere poterant vel quæ de cadentibus Francis extorserant, repente ex adverso super Gallicos irruunt; et eos, duplici contritione conterendo, dum hii istac cædunt, illuc, ut diximus, Dominus Galfridus memoratus, et sui, sæviunt, [2] [in] [3] desperationem adducunt, et violenter, immo turbulenter, ad deditionem compellunt; occisis primitus plusquam centum viginti, et captis pene prisonibus ad numerum supradictum.

Facta est igitur in illa die magna salus in gente Anglorum, et collaudabant Dominum Omnipotentem, cui non est difficile salvare in paucis æque ut in multis. Et reversi sunt ad municipium cum magna gloria et spoliis multis, digni per omnia quibus dicatur,—" Vos estis qui fecistis salutem in Israel, et " abstulistis opprobrium de gente."

Flandrenses perfidi pro crudelitate in Anglos pœnas luunt.

Evil tendencies of the Flemings in their conduct towards the English.

Eodem anno, circa festum Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ, manifestata est hominum malitia dolose diligentium, et consequenter, Deo volente, in dolosos justa animadversione vindicatum. Malitia quidem hominum impiorum, [2] [hominum] ficte loquentium, hominum perfidorum, Flandrensium, qui, more Samaritanorum, Judæos quondam colentium inter prospera, persequentium inter adversa, Anglicos vicissim et amant et odiunt varietate temporum. Hii siquidem et Anglos colunt et diligunt, dum constat eos esse superiores adversis, fortiores hostibus, fortunatiores adversantibus, solito ditiores; at contra, cum cernunt eis adversa consurgere, prævalentes hostes in-

---

[1] *etiam et* in the printed texts.

[2] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: omitted in the printed texts.

[3] *dissipationem* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E ix.

A.D. 1379. surgere, miserias crescere, ærumnas augeri, [1][fortunam adversari,] negant consilium, negant auxilium, negant fiduciam, negant notitiam, et postremo ipsi efficiuntur eisdem cunctis hostibus sæviores. Patuit hoc non semel aut iterum, sive tertio, sed puto infinities, si ab origine gentis ejusdem retexere cuncta fas sit. Patet in præsenti tempore quod nostris damnis sentimus, effectualiter cernimus. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Capture of an English vessel by the Flemings.

Enimvero, cum Dominus Hugo Calverlee et Dominus Thomas Percy ad custodiam maris destinati fuissent, obvia fuit eis bargia quædam Cornubiæ, de villa de Foiway, quæ, [2]jam transacto tempore a Rege sibi deputato ad maris custodiam, ante ingressum dictorum militum Hugonis et Thomæ, consumptis stipendiis domum redire parabat. Quam cum cognovissent iidem milites, et causam ipsius reditus, petierunt ut qui in ea erant cum eodem vase reverterentur cum eis, [3]promittentes se interim quosdam ex suis Angliam remissuros pro eorum stipendio renovando. Ipsi vero, propriis cessurum commodis arbitrantes, si quid ex hostium manubiis [4]obiter lucrari valerent, negant se pro tunc redituros, sed potius [5]dicunt se navigaturos ad propria, et postea novis victualibus, novis utensilibus, novo robore, reversuros. Quid multa? Velificant ipsi versus patriam; milites, cum suis ad maris custodiam et tutelam, [6]cum, ecce! cum volucri cursu semoti essent procul ab invicem, et utrisque visus et cognitio [7]fuisset ablatus, obviam habent Cornubienses quandam navem Flandrensem, armatis onustam, perfidis repletam, crudelibus refertam, impiis oneratam. Qui cernentes bargiam solam, et cognoscentes nostrum navigium in alias partes concessisse, operi consueto dantes operam, fide profligata, pietate repulsa, sumpta audacia, in nostros arma convertunt. Sed et nostrates, cernentes rem agi pro capitibus, [8]et ipsi se parant ad viriliter resistendum. Fit igitur conflictus atrocissimus, nostris pro rebus et vita certantibus, Flandrensibus [9]e contra laborantibus, ne eorum in hac parte [10]prodatur dolus et falsitas, si non con-

---

[1] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: omitted in the printed texts.

[2] *tam* in orig. and the printed texts.

[3] *promittens* in the printed texts.

[4] *leniter* in orig. and the printed texts. Corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[5] *ducunt* in orig. and the printed texts. Corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[6] These two words are omitted in the printed texts.

[7] Omitted in the printed texts.

[8] *et* repeated in orig.; by inadvertence.

[9] *e* omitted in the printed texts.

[10] *perdatur* in orig. and the printed texts. Corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1379.

tingat eos superiores existere, seu victores. Sed quid pauci contra multos, fessi contra fortes, valerent? Siquidem nostri diutina maris experti incommoda, eis erant impares, qui et plures erant, et minime fluctibus fatigati. Cessit ergo victoria hominibus inhumanis, trucibus, et cruentis. Revera bargiam occupantes, occidunt, prosternunt, et demergunt nostros, nulli parcentes, nulli deferentes, nullum denique quem sors eorum crudelitati obtulit reservantes. Occisis tandem, ut arbitrabantur, omnibus, bargiam profundo commendant, [1]ne videlicet eorum fraudulenta dolositas et dolosa fraudulentia Anglicis fieret manifesta.

And murder of the crew, with the exception of one boy; who finally discloses the crime.

Superfuit tamen quidam garcio ex eadem bargia, qui dum instantissime utrinque pugnaretur, cernens nostros perdendos, transierat in navem Flandrensium, descendensque in sentinam ibidem latuit, nulli cognitus donec idem [2]Flandrenses portum Anglicum attigissent. Hic ergo per tres dies sine victu perseverans, dum audisset Flandrenses Anglicis colloquentes, et idioma suorum agnovisset, repente surrexit ex profundo navis, fidem et suffragium Anglorum [3]inclamitans magna voce. Accurrunt Anglici, turbantur Flandrenses; nulli tamen rei veritas erat nota; sed demum invalescente clamore [4]pueri, res innotuit Anglicis sicut erat. Et mox Flandrenses capti sunt et carceribus destinati, recepturi pro facinoribus mercedem dignam. Navis autem et bona eorum regiis sunt usibus confiscata.

The Flemish ship seized, and the crew imprisoned.

Johannes Clerk, miles strenuus, in femore percussus corruit.

Sed Anglis [5]nunquam damna sola [6]venirent, quin potius multiplicata [7]concurrerent. Accidit Anglis eodem anno grave dispendium, et toti insulæ deplorandum. Nam vir armipotens et bellicosus, prudens et strenuus, Johannes Clerke, socius et collega strenuissimi militis Domini Hugonis de Calverlee,

Sir John Clerke is wounded

---

[1] *ut* in orig. and the printed texts. Corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] *Flandrensium* in orig.; the three last syllables of the previous word "*Flandrensium*" being immediately above, in Bibl. Reg. 13 E. ix., and so, probably, catching the transcriber's eye. *Flandrenses* in Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

[3] *clamitans* in the printed texts.

[4] Omitted in the printed texts.

[5] *unquam* in orig. and Bibl. Reg. 13 E. ix.; *nunquam* in the printed texts.

[6] *veniunt* in the printed texts.

[7] *concurrunt* in the printed texts.

A.D. 1379. dum in Armoricam Britanniam concessisset, et moraretur in castello [1] de , quædam galea portum intravit, dicti castelli tanquam naves ejusdem incensura. Videntes autem hoc qui cum eodem Johanne erant, mox armati ad vasa concurrunt, et ipsi defensuri naves ab incendiis vel rapinis. Dictus autem Johannes, cui nunquam defuit quod ducem deceret, cernens suos ita graviter pro rerum defensione concurrere, et ipse leviter armatus descendit, accurrit, navem ingreditur, asserens se velle fortunæ suorum fore socium, sive adversa futura esset, sive secunda. Qui vero in galea erant, cernentes rem pro votis accidere, nostros scilicet persequi incircumspecto, quasi in meticulose fugiendo nostros lacessunt jaculis et missilibus, donec venirent ad introitum ipsius portus. Et egressis utrisque, illis ficte fugientibus, nostris cum ardore sequentibus, mox nostri proditos se senserunt. Nam repente se inter quinque galeas qui [2] [in] insidiis delituerant, conspexerunt. Quid tunc nostri facerent, quo se verterent, dubitabant; [3] cum subito, Johannes memoratus, sumpta audacia, velut gigas, [4] efferatur in hostes, hos prosternens, istos repellens, ut ipse solus contra tot sufficere videretur. Mirantur et hostes animositatem hominis et audaciam, et in ipsum solum vires, mentes, odium, arma, convertunt. Interim quidam ex suis ejus hortatu portum reintrant, ejus protecti præsidio, forti defensi brachio, salvati periculo. Ipse tandem cernens omnes suos posse salvari, eos qui in ejus navi erant [5] ejicit ante eum, ipse murus pro illis effectus contra hostes, dum illi terram attingunt; nec prius [6] fatigatus est, donec omnes suos cerneret salvos et incolumes terram præoccupasse ante eum. Demum cum ille navem relinquere vellet, saltando de navi, cujusdam securi percussus in femore corruit, et illico captus [7] [est]. Fractum est utique femur ejus illo ictu, et tibia fere a corpore separata. Vir spectatæ bonitatis et audaciæ, posteris multarum peroptime rerum a seipso gestarum monumenta relinquens.

and taken prisoner.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

[1] Instead of this word and the hiatus, as in orig. and in Bibl. Reg. 13 E. ix., *ibidem* in the printed texts.

[2] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

[3] *tum* in the printed texts.

[4] *afferatur* in orig.; *fertur* in the printed texts. Corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[5] *ducit* in orig. and the printed texts. Corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[6] Apparently written *fatigarent* in orig.; *satageret* in the printed texts; *fatigatus est* in Bibl. Reg. 13 E. ix.

[7] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

Bargia quædam Eboraci una cum hominibus submersa.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1379.

A barge, belonging to York, is taken, but sinks with the enemy on board.

Ad malorum autem cumulum, amissa est eodem tempore et nobilis bargia Eboraci, quæ dum nimis inconsulte galeas invaderet, repente circumvallata undique a multitudine galearum, capitur a viris [1] earundem. Sed male gavisi sunt hostes tanto lucro; nam mox, ut barbari eam intrassent quodammodo, et suis et nostris, quos captivos jam tenebant, esset impleta, subito et insperato petiit profundum maris abyssi, et demersa est cum universis Anglicis atque barbaris qui in eam concesserant, rebusque omnibus [2] quas comportarant in eam. [3] Perforata fuerat dum manus consererent nostrates et hostes, in profundo ejusdem; quod latuit tam nostros quam hostes, donec effectualiter dispendia vitæ sentirent, submersione præfata.

Dux Armoricæ Britanniæ a suis honorifice susceptus.

The Duke of Bretagne is recalled by his people.

Sub eisdem diebus, Dux Armoricæ Britanniæ, quem prædiximus vocatum a suis ad recipiendum Ducatum suum, a quo velut ejectus fuerat, multis annis, susceptis obsidibus et sufficienti securitate, transfretavit ad sua, applicuitque ad portum juxta Sanctum Maloum pridie Nonas Augusti. Cui occurrentes domini, milites, armigeri, mercatores, cives, pene præ gaudio visionis domini sui naturalis, semetipsos [4] intra se capere non valebant; tanta erat universalis hilaritas omnibus in commune, gaudium et jocunditas, ut [5] cerneres certatim ipsos populi principes splendidissime armatos, indumentis pretiosissimis circumamictos, præ desiderio videndi, recipiendi, honorandi, quem eorum anima diligebat, sua ornamenta velut vilissima quæque contemnere, et se maris fluctibus præcipitanter ingerere, et ad navem devote in qua Dux, eorum dominus, erat, [6] accedere, ac in ipsis Neptuni gurgitibus, prout poterant,

Description of his reception.

---

[1] *eorundem* in orig. and the printed texts.

[2] *quas* repeated in orig.

[3] *perditis, cum manus* in the printed texts.

[4] *inter* in the printed texts.

[5] *cernentes* in orig. and the printed texts. Corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[6] *accidere* in orig.

A.D. 1379. genua flectere; quibusdam, [1] dum honorem adventanti certant impendere, pelagi fluentis ad genua, nonnullis ad pectora, plerisque ad mentum usque, totaliter madefactis. Inter alios occurrerunt ei ad eundem portum de villa de Dinnam, Dominus Karolus de Dinniam, Dominus de Mountafillan; item Dominus de Beaumaneris, Dominus Petrus Turnemeyne, Dominus de Hannaday: item Vicecomes de Dinnam, Capitaneus de Dinnam et de Selidort; item Dominus de Sancto Gyell, Dominus de Ferris, Dominus de Plesers, Dominus de Mountaban, et plures alii milites, quorum nomina scribere supersedi. Venerunt et armigeri [2] innotabili numero cum eisdem, usque ad numerum, ut usu vulgari loquar, tercentum sexaginta lancearum. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

He is joined by many of the nobles.

Septimo die Augusti, venit ad eum Constabularius de Reynes, et plures alii, ad numerum sexaginta lancearum. Octavo die Augusti, venit ad eum Dominus de la Vale, Dominus Castelon, Dominus de Mounford, et plures alii milites et armigeri, [3] [ad numerum] nonaginta lancearum. Decimo die Augusti, venit ad eum Vicecomes de Rone, quondam fortissimus et infestissimus inimicus sibi; cum quo venerunt alii plures milites et armigeri Ducatus sui, usque ad numerum quadringentarum lancearum. Qui omnes eum, ut eorum dominum naturalem et legitimum, honoraverunt, recognoverunt, ac susceperunt, et pacem, secundum ejus arbitrium, cum eo fecerunt. Reperitque idem Dux (quod mirum dictu est) post ipsius patriæ tot dissidia, tot bellorum [4] coruscationes et fulgura, tot hostium direptiones et vespilionum furta publica, quæ jugiter per multos annos pertulerat ipsa regio, omnem domus suæ supellectilem et thesaurum, omnia denique bona quæ [5] dimiserat relinquens patriam, adeo intacta et integra, ac si ipse [6] præsentialiter ea cum omni virtute sua et robore conservasset. Tanta itaque constantia arserant populares in amore domini, tanta fide viguerant in amore principis, tanta perseverantia perstiterant in amore Ducis, ut prius, ut citius, ut potius, paterentur propria in direptionem et prædam dari, quam quicquid minueretur de hiis quæ apud eos reliquerat eorum dominus naturalis. Tributum insuper regionis, quod soliti fuerant in pace colligere usibus sui Ducis, etiam in vastitate hostili colligi

Unexpected cordiality of his reception by his subjects.

[1] *cum* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] *innumerabili* in the printed texts.

[3] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: omitted in the printed texts.

[4] *chorusca fulgura* in the printed texts.

[5] *admiserat* in orig.; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.: *possederat* in the printed texts.

[6] *personaliter* in the printed texts.

MS. Bibl Reg. 13 E. ix. [1] fecerant, et ad securum locum comportari, ut quandocunque advenisset ad tractandum eos in mansuetudine et lenitate, ut accidit, thesauros tam insperatos quam inæstimabiles reperisset. Dux autem omnia ista considerans præter spem evenisse, indicibili repletus gaudio, gratias agit Deo, qui quando vult, transfert et [2] immutat regiones et regna, et quibus vult ea tribuit. Et interim, cum tempus miserandi ejus advenerit, restituit ea timentibus nomen ejus. Deinde plebi, pro incredibili fide et gratitudine quam in eis invenit, regratiatur uberrime; promittens se de cætero eis, non ut tyrannus aut hostis, præfuturum cum furore, sed, ut prius, princeps cum justitia et amore. A.D. 1379.

Memorabile factum Domini Hugonis Calverlee.

Nec oblivioni [3] Lethææ [4] tradendum æstimo factum notabile, factum non minus laudabile quam memorabile illius virtutum et [5] fortitudinis [6] exemplaris, illius præfulgentis speculi militaris, Domini Hugonis Calverlee; qui tamen sua sapientia, animositate, et virtute, ipsum Ducem servavit a derisionibus hostium, et insuper commune vulgus quod sequebatur, apparatus aulæ seu cameræ thesauros publicos et privatos, arma bellica, vasa aurea et argentea, omnemque Ducis supellectilem, defendit a rapinis et invasionibus barbarorum.

Defeat of French and Spanish ships by Sir Hugh Calverley, off the coast of Bretagne.

Cum autem, ut præfatus Dux Britanniæ et Dominus Thomas Percy, cæterique majores, portum præoccupassent, simulque cum eis Dominus Hugo memoratus; nec [7] dum naves onerariæ quæ victualia vehebant, et cætera quæ prædiximus, portum attigissent; non enim poterant omnes simul intrare, quia portus artus est et periculosus; ecce! repente vespiliones Gallici, simul cum Hispanis, vecti galeis advolant, rati cuncta sibi cessura pro votis, cum naves nostræ, quæ jam portum tenebant, reverti non poterant ad ferenda præsidia; duplici, ut eis visum est, de causa, quia videlicet et aura erat eis contraria et malitia loci suspecta. Nec mora, consuetis adhibitis instrumentis, missilibus scilicet, quæ vulgus "gunnas" vocant,

---

[1] *fecerunt* in the printed texts.
[2] *mutat* in the printed texts.
[3] Omitted in the printed texts.
[4] *esse tradendum* in the printed texts.
[5] *fortitudinum* in the printed texts.
[6] *exemplar* in orig. and the printed texts.
[7] *cum naves onerare* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1379. terribiliter feriunt et conquassant ipsam classem, et adeo constanter invadunt, ut omnis spes liberationis earum, et ipsis et illis qui jam terram tenebant, esset adempta. Vidit hæc Dominus Hugo Calverlee, et ingemuit, et concaluit cor ejus intra se, et oblitus totius periculi, imperat nauclero ut convertat navem in qua erat ad hostes;—"Quoniam," inquit, "pudendum est nos affici incommodo duplici, videre nostros "cum nostris deperire, et auxilium ferre non posse. Citius "deberemus mortem amplecti, quam tam probrose damna talia "cum cachinnis hostium sustinere. Ne igitur dicant nos nos-"tratibus vel noluisse, vel ausos non fuisse, in tantis periculis "tulisse solatium, sentiant quid Deus valeat, sentiant et nobis "animos non deesse." MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Diutius vero reluctanti nauclero, et impossibilitatem prætendenti revertendi ad nostros, et pericula commemoranti quæ passuri essent si forte reverterentur, comminatus est pœnas nisi laboraret reverti; sicque factum est, ut cum maxima difficultate revertendo penetrarent ad hostes. Quo cum pervenissent, mox Dominus Hugo et ipse sua præparat instrumenta, et sagittariis imperat ut jam demonstrent hostibus, quid manus, quid brachia, quid arcus, quid tela sua, [1] prævaleant. Ipsi vero non segniter jussis ejus parent, et tam animose, tam dense, sagittas in hostes emittunt, ut tempestas grandinis descendere consuevit in ortu primi veris. Igitur nullus locus, nullus angulus, [2] [a] sagitta volante [3] tutus erat, quin ubicunque locorum concesserant hostes, vel læderentur, vel configerentur, [4] vel saltem per sagittas impedirentur a cœptis; sicque dum sagittarii eminus, gladiatores nostri, non comminus, prœliantes, parata est via et occasio [5] navibus onerariis evadendi. Nec prius destitit Hugo, quoadusque omnes prædictas naves tutam stationem cepisse viderat. Tunc demum et ipse [6] obsequitur, hostes viriliter a sua rate proturbans, qui eum insecuti fuerant, et eorum conatus tam vi quam astu deludens, donec et ipse cum suis portum salutis reintrasset.

Admiration of his valour expressed by the Duke of Bretagne,

Viderant hæc omnia una parte Britones, cum suo Duce, qui ob facta fortia ejusdem Hugonis, et Anglorum qui cum eo fuerant, in tantum amorem eorum exarserunt, quod vitam et animam pro eis ponere, si necessitas hoc exigeret, cum jura-

---

[1] *prævalent* in orig.; and the printed texts. Corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: omitted in the printed texts.

[3] *tectus* in the printed texts.

[4] *ut* in the printed texts.

[5] *manibus* in orig., by inadvertence.

[6] *insequitur* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1379.

mento, dulce reputarent. Sed et ipse Dux vix unquam a gratiarum actione cessabat, nunc Dei collaudans virtutem et gratiam, nunc Hugonem extollens et magnificans, quasi per eum ex inope factus fuisset opulentus, quippe qui opes et substantiam turpiter et cum dedecore perdidisset, nisi jam Hugonis animositas, strenuitas, atque probitas, opem [1] tulissent.

And by Bertrand du Guesclin.

Stabant ex adverso, in muris et turribus villæ Sancti Maloi, Gallici, cum eorum Capitaneo, Bertrando Cleykyn, [2] qui et ipsi, non minus quam Britones, viri ausus laudantes et facta, afficiebantur [3] eidem, timentes, ut assolet vulgus, casum aut captionem viri quem diligit; et quanquam hostes existerent, tamen pro ejus incolumitate Dominum precabantur. Ipse insuper Bertrandus Cleykyn publice protestatus est, se maluisse omnes Gallicos illo conflictu deperisse, quam quicquam [4] adversi tantus vir pertulisset; quibus laudibus [5] iste vir dignus habetur, qui et suis salutem [6] saltem per hostium detrimenta tulit, et tamen pro virtute sua hostium promeruit laudem et favorem. Profecto nostris temporibus non est inventus in ordine militari similis illi qui conservaret legem Excelsi; et idcirco reor omnia hæc sibi contigisse præter solitum, ut cognoscant posteri quanta erga Deum devotio, erga Sanctos affectio, erga Matrem Ecclesiam veneratio, ac postremum, erga cultum justitiæ fervor et dilectio, valeant obtinere. Nullus quippe, ut verum fatear, eo virum magis sanctitati deditum, orationibus aut eleemosynis assuetum, nostro tempore facile reperisset.

Dives quidam, Mercator Januensis, a Mercatoribus Anglicanis invidiose peremptus.

A Genoese Merchant is assassinated through jealousy, as alleged, on part of the English merchants.

Eodem tempore, quidam nobilis et prædives mercator Januensis, veniens in Angliam et [7] plura commoda Regi regnoque promittens, si Rex dignaretur permittere eum apud Hampton, castellum de novo constructum, occupare, et ibidem sua mercimonia recondere, repente interemptus est a mercatoribus Anglicanis; magno detrimento plebis et regni; nam promiserat, et effectualiter complevisset, ut dicebatur, si

---

[1] *tulisset* in the printed texts.

[2] *quin* in the printed texts.

[3] *ibidem, timentes,* in the printed texts.

[4] *adversus* in orig.; corrected from the printed texts.

[5] *ipse* in the printed texts.

[6] Omitted in the printed texts.

[7] *pluries* in orig. and the printed texts. Corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1379. consecutus fuisset vota sua, et vita privatus subito non fuisset, eo provexisse portum Hamptoniæ, quod nullus portus in hiis Occiduis Europæ partibus æquiparari potuisset eidem. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Revera, quicquid ex Orientalibus regionibus per mercatores Januenses, Flandriæ, Normanniæ, Britanniæ Armoricæ, solebat inferri ante, nostris [1] regionibus fuisset allatum; et ita consequenter compulsi fuissent ab Angligenis exteri suas merces requirere, a quibus ipsi non sine magno periculo suas divitias petere consueverunt. Sed tantis commoditatibus obvia fuit nostrorum malitia; [2] et nimis licenter efferata est in virum innocentem et molientem nostra commoda. Mercatores siquidem, suis cessura damnis arbitrantes quæcunque in hac parte publico proficerent incremento, ut ferunt, hominem nihil doli suspicantem, noctu repente circumventum, Londoniis in [3] strata publica ante fores obtruncant hospitii sui, per quosdam conductos ad illud facinus exoquendum. Sicque nostrorum detestanda malitia, nec minus execrabilis avaritia, nobis inimicitias peperit amicorum, Januensium videlicet et aliarum nationum quæ in circuitu nostro sunt; et paucorum perfidia suspectam reddidit fidem omnium incolarum. Quis enim externus [4] [in posterum] audebit se fidei nostræ committere, cui tanta infidelitas sive inhumana crudelitas nota erit? Quis non timebit nostras versutias, et abominabitur nomen nostrum? Et super hæc omnia, metuendus est Dominus, quem tam proterve nostris [5] malis offendimus, cujus mandata adeo [6] infinite [7] despicimus, ut non jam negligenter quidem delinquimus, sed, tanquam servi qui sciunt domini voluntatem et non faciunt, voluntarie suis legibus contraimus. Scimus enim Eum comminando præcepisse,—[8] "Innocentem et justum non interficies;" sed nihili pendit mandata divina avara cupiditas, et legis naturalis scita refugit ambitio mundialis; plus valet apud inhumanos homines lucrum temporalis substantiæ quam caritas vel affectio socialis vitæ, quæ nos generaliter fratres efficit. Timendum est igitur ne nobis [9] iratus Dominus in ultionem

The crime censured by the writer.

---

[1] *temporibus et regionibus* in the printed texts.

[2] *et* omitted in the printed texts.

[3] *platea* in the printed texts.

[4] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: omitted in the printed texts.

[5] Apparently written *aliis* in orig., corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.; *peccatis* in the printed texts.

[6] Incorrectly written *infirmitate* in orig., and *infrunite* in Bibl. Reg. 13 E. ix.; *infinite* in the printed texts.

[7] *displicuimus* in orig.; corrected from the printed texts.

[8] *Exod.* xxiii. 7.

[9] *iratus est Dominus ut ultionem*, in orig. and the printed texts. Corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg 13 E. ix.

A.D. 1379.

[1] fraternæ necis comminando dicens improperet;—[2] "Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, et maledicta "terra in opere tuo, quæ aperuit os suum, et suscepit "[3] sanguinem fratris tui." Quis autem frater carnalis unquam majora commoda fratribus suis elaboravit inferre, quam iste nostratibus machinatus est? Revera dicebatur, quod libram piperis pro quatuor denariis vendidisset, et ita consequenter de singulis faciendo generibus specierum. Quod profecto tractu temporis indicibile emolumentum incolis peperisset.

Magna Pestis in partibus Borealibus; Scotique tunc partes illas invadentes.

A great pestilence in the North of England.

Eodem anno, tempore æstivali tanta pestis exorta est in partibus Borealibus ex iniquo siderè, quanta nunquam antea visa fuit; adeo namque invaluit ipsi ipsa mortalitas, ut pene totam patriam de probatissimis viris subito spoliaret; et de mediocribus, quid dicendum, evacuavit quamlibet fere domum, ut penitus sola remaneret; familias amplissimas absorbendo delevit, non usque ad unum, sed usquequo nullum, superstitem derelinqueret. Sed hæc perpauca sunt respectu eorum quæ sequuntur.

The Scots ravage those parts.

Enimvero, in tantum aggravata est manus Domini super eos, ut villas et oppida, olim viris bellicis, prudentibus, et prædivitibus, ac ipsis colonis, refertissima, suis habitatoribus destituerat et in solitudinem redigeret et desertum. Et super omnia, Scoti, ut patet, humani generis inimici, non compati tot [4] proximorum mortibus, non condolere tot calamitatibus, didicerunt gentis miseræ, postremo nec manum Domini, tam vicinam eis, vereri sciverunt, sed inhumaniores brutis, efferatiores feris, istud tempus accommodatum eorum crudelitati putantes, in gentem morbo et peste [5] tabescentem efferati, quos Dominus percusserat persecuti sunt, et [6] [super] dolorem vulnerum eorum addiderunt, percutientes in ore gladii viros bello aptos, quos nondum morbus aut pestis infecerat, et, plurimorum amputatis capitibus, vesano spiritu agitati ipsa capita ad invicem

Enormities committed by them.

---

[1] *subitæ necis* in the printed texts.

[2] *Gen.* iv. 10.

[3] *sanguinis* in orig., by inadvertence.

[4] *Christianorum* in the printed texts.

[5] *tabescente* in orig. and the printed texts. Corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[6] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: omitted in the printed texts.

A.D. 1379. pede percutere et repercutere, ad modum cum pila ludentium, non horrebant. Et cum nullum tot malis obviantem, nullum resistentem, conspicerent, exinde audaciores effecti, universa sibi licere putantes, patriam pervagantur, villas prædantur, divitias asportant, fugant coram eis bestias et jumenta, in tantum ut ipsos greges porcorum coram ipsis abigerent, quod animalium genus nullus ante Scotorum abducere prætentavit. Cum autem patriæ præmeditati fuissent direptionem, antequam ingrederentur regionem illam, accitis quibusdam ex incolis, sollicite scitati sunt, cur ipsis tantum tanta pestis acciderat, plus quam Scotis aut aliis gentibus convicinis. Qui simpliciter responderunt, se nescire causam tantæ mortalitatis, quippe quibus occulta fuere divina judicia. Sed unum constanter affirmabant, quod omnis calamitas, omnis mortalitas, demum omnis adversitas, quæ eis acciderant, ex speciali Dei gratia contingebant; quandoque propter peccata sua, ut luerent in hac vita commissa nefarie, et malis operibus dediti timore mortis desisterent ab inceptis; aliquando propter exercitium justorum, ut majorem fidem in Deo habeant, quemadmodum scriptum est,—[1] "Justi et timebunt et sperabunt in Domino;" et aliquoties propter multas causas occultas quas non expedit vobis scire. Cum vero Scoti [2] audivissent ab incolis pestem eis illatam Dei gratia, trepidaverunt timore ubi non erat timor, saltem talis qualem assumpserant satis bestialiter; unde ingressuri terram, et postquam ingressi sunt eam, cotidie mane signaverunt se tali benedictione, ab ipsis magna deliberatione composita, et multum necessaria, ut eis visum fuit.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The Scots' prayer that they may be preserved from the pestilence.

Senior igitur, vel major natu, inter ipsos, taliter inchoavit —"Benedicite," et respondebatur—"Dominus." Deinde major prosecutus est,—"Deus et Sanctus Kyntegernus, Sanctus Romanus, et Sanctus Andreas, servent nos hodie [3] [et cotidie] a "divina gratia et fœda morte qua Anglici moriuntur." Et post istam benedictionem, se satis protectos satisque munitos [4] [putabant] a cunctis malis casibus quæ supervenire valebant. Quæ benedictio multo ridiculosius sonat in ipsorum idiomate quam lingua Latina, et propterea illam in præsenti loco scribere dignum puto; nam isto modo sonat;—"*Gode and Seynt Mango, Seynt Romayne, and Seynt Andreu, scheld us this day fro Goddis grace, and the foule deth that Ynglessh men dyene*

[1] *Psalm* xl. 3.

[2] *aut ab*, in orig. and the printed texts. Corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix: omitted in the printed texts.

[4] Supplied from the printed texts; not found in Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

"*upon.*" Sperandum est ergo, etsi non in præsenti, in futuro tamen, precum suarum consequentur effectum, et inhumanitatis crudelitatem quam exercuerunt in populum humiliatum sub flagello Dei, peste videlicet [1] laborantem, digna compensatione persentient. Lento namque gressu progreditur divina severitas, [2] [sed] tarditatem suam gravitate compensat. A.D. 1379.

Johannes Schakel libertati pristinæ restitutus.

Eodem tempore, intercurrentibus personis gravibus, qui multum de injuria irrogata personis dudum in ecclesia Westmonasteriensi, videlicet Roberto Haulee et Johanni Schakel, pie justeque doluerant, reddita est pax et libertas Johanni Schakel, quem supra docuimus irreverenter extractum de eadem ecclesia, et ad Turrim Londoniarum tractum, ibidemque [3] carceri mancipatum. Convenit siquidem inter Dominum Regem et [4] ipsum, id postulantibus viris venerabilibus, ut Johannes Schakel captivum suum, filium Comitis de Dena, qui jam nuper, defuncto patre, et ipse hæreditarie Comes effectus est, Domino Regi publicaret; nondum enim sciebant quis aut qualis esset, vel ubi moram traxerat ita diu. Et præterea ordinatum est, ut Dominus Rex daret eidem Johanni, pro possessione prædicti captivi, terras ad valorem centum marcarum per annum, et in pecunia quingentas marcas; et quod Dominus Rex de bonis regiis fundaret unam cantariam pro animabus eorum quos ejus ministri in ecclesia supradicta peremerant, de quinque sacerdotibus, perpetuis temporibus duraturam. Firmatis istis conditionibus, Regi captivus redditur, et Johannes Schakel pristinæ libertati. Jussus autem exhibere captivum, cunctis admirantibus, ministrum suum obtulit, qui ei astiterat et more valecti servierat in omni tribulatione sua, et ante persecutionem quæ sibi illata fuerat in carcere, et extra carcerem; et ita fideliter sibi adhæserat, ut non potuisset agnosci; ita impense ministraverat, ut putari conductitius suus famulus merito potuisset. Erat cernere inter Anglos ibidem confusionem magnam et verecundiam de tanta viri fide, dum quisque non haberet in summa tranquillitate, quod ipsum in maxima perturbatione et regni totius commotione habuisse conspiceret;

John Schakel is restored to liberty, on certain conditions.

Singular fidelity shown by his prisoner, the Count de Denia.

[1] *laborante* in the printed texts.

[2] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: *sed tarditatem iræ gravitate pœnæ compensat*, in the printed texts.

[3] *carcere* in the printed texts.

[4] *ipsum, depostulantibus* in the printed texts.

A.D. 1379. omnibus inter se quærentibus quisnam ex ipsis inveniri potuisset [1] [ei] similis, qui potuit transgredi, et non est transgressus, ut honorificus dominus habitus a Rege fuisse, regnique proceribus; et omnia, respectu fidei quam magistris suis debuit, contempsisse, ac demum, in ipsa persecutione suis magistris illata, pene caput suum intuitu fidelitatis ipsis gladiis [2] posuisse. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Reflexions on his constancy.

O constantia juvenis prædicanda! quæ licet posita inter pressuras persequentium, nulla tamen varietate fortunæ frangi potuit, quominus inveniretur [3] perfecta, stabilis inter aspera, [4] secura inter dubia, fide [5] certans inter adversa. Anglice, quisquis es, qui, pecunia corruptus, aut aliis donis illectus, [6] proditionem patriæ tuæ moliris, respice speculum hujus externi, fidem scilicet hujus viri, qui non Anglicus, non indigena, sed quodam jure hostis et alienigena, et [7] tamen, ita proterve, [8] tam pertinaciter, fidem servat, juramentum observat quo magistris suis, ut ita dicam, se adjunxerat, quod pauper et inops, et servus miseriæ magistrorum in fidelitate plus elegit effici, quam in fidei læsionem semetipsum prodendo, damno magistrorum [9] cum Rege regnique proceribus juxta conditionem sui generis, in abundantia, jocis, ac divitiis gloriari. Hæc idcirco scripsi, ut pudeat Anglos præsentes et futuros proditionis infamia, qui respectu hujus Hispani in promptu habent fidei non fictæ sed perfectæ speculum, et discant quanta laus et gloria fide et probitate perquiritur, et e contra quam pudenda recordatio, quam fœda memoria, sequitur proditores.

Comes Flandriæ, dum novas a suis communibus exigit consuetudines, expulsus est.

The Count of Flanders is expelled by his subjects.

Sub eisdem pene diebus, Comes Flandriæ, dum novas consuetudines a suis communibus [10] exigit, dum novas exactiones exquirit, dum nova onera minus prudenter imponit, dum in-

[1] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: omitted in the printed texts.

[2] *potuisse* in orig.; corrected from the printed texts.

[3] *perfecte* in the printed texts.

[4] *securus* in the printed texts.

[5] *cernens* in orig.; *cernens nil adversa* in the printed texts. Corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[6] *perditionem* in orig. and the printed texts. Corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[7] *ita tamen* in the printed texts.

[8] *ita* in the printed texts.

[9] *in* in the printed texts.

[10] Omitted in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1379.

sueta contra suorum libertates inquirit, cum omni domo sua, universa familia, totoque Consilio, de terra sua vi communium est expulsus. Et mox exercitus plebis cito deligitur viginti millium, et eo amplius, virorum de communitate electorum, ad custodiendum fines patriæ ab incursu faventium Comiti, suo videlicet domino naturali, et ad obsidendum [1][vel] capiendum eundem Comitem, si persistendum inceptis putaret. Interim, ut assolet, fiunt direptiones et prædæ bonorum Comitis sibique faventium, incendia prædiorum, mortes famulantium, et cuncta quæ vel odio personarum geri solent, vel vindicta victorum.

The Count de Saint Pol is compelled to make concessions to his people.

Sensit damni partem Walerannus Comes Sancti Pauli, qui per idem tempus ad partes illas concesserat, ad muniendum castra sua in illis partibus constituta. [2]Nam cum comperissent eum favere parti Comitis, mox ad quoddam ejus manerium universi se transferunt in spiritu furoris et iracundiæ; et totum illud prædium, quod in ædificiis et pulchritudine omnia Comitatus excedebat prædia, solo complanant, non relinquentes tignum super parietem, aut lapidem super lapidem; ut omnibus luceret clarius illos in corde et ex corde odio persequi dominum suum Comitem, et omnes qui ei familiaritate aliqua jungebantur. Cum igitur, elapsis jam multis diebus, Comes cerneret eos in sua perseverare pertinacia, et prius mori velle quam consuetudines suas avitas amittere, et ipse pertæsus damni quod patriæ inferebatur medio tempore, mittit ad eos qui eorum palparent animos, si forte interim flexi fuissent, vel labore militiæ aut expensarum nimietate animo concidissent. Sed ubi didicit eos nullo modo deflexos, nullis laboribus fatigatos, decernit [3]condescendere suorum [4][naturalium] voluntati. Et idcirco renunciavit illis, se fore paratum ad præsidendum eis ut dominus placidus, [5]si ipsi in cæteris modo consueto sibi submittant. Ipsi vero nequaquam se subjiciendos renunciant, nisi omne Consilium [6][ejus] removeatur ab ipso, et recipere solum velit consiliarios ex communis vulgi decreto; et insuper, ut tradat in manus plebis ipsos qui hujusmodi perturbationis, seu commotionis, causa fuere. Comes igitur, nullam aliam

[1] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: *et* in the printed texts.

[2] *Nam* omitted in the printed texts.

[3] *descendere* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg 13 E. ix

[4] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix: omitted in the printed texts.

[5] *sed si ipsi* in the printed texts.

[6] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. Omitted in the printed texts.

A.D. 1379. viam cernens ad recuperandum ejus dominium, licet invitus adjudicavit fieri petitionem eorum, et ita postremo est suo Comitatui restitutus. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Edmundus Brumfelde fraudulenter agit in acquisitione sibi Abbatiæ Sancti Edmundi.

Edmund Brunfelde fraudulently obtains the Abbacy of Saint Edmund's Bury, from the Pope.

Per idem tempus, venit a Curia Romana Edmundus Brunfelde, monachus ecclesiæ Sancti Edmundi de Burgo, afferens secum Bullas, in quibus, dono et provisione Domini Papæ, asseveravit se Abbatem et pastorem ipsius ecclesiæ confirmatum. Iste siquidem Edmundus, promotus ex substantia illius Monasterii usque ad summum gradum, quotiens a Studio revocabatur ad Monasterium, semper contentiosus et seminator discordiarum, et odii concitator, extiterat inter fratres; unde fratres illius loci, fatigati sæpe per ipsum, cum consilio Domini Johannis Bryncle, patris tunc et pastoris eorum, [1] decreverunt quovis pacto, aut per fas aut per nefas, deliberari [2] de persona sua, ne videlicet una ovis morbida totum gregem ipsius Monasterii contaminaret; et ut illorum propositum cautius et secretius, ac sine fratrum, vel loci, aut ipsius Edmundi, scandalo, sortiri valeret effectum, offerunt sibi officium Procuratoris domus illorum, ut vadens ad Romanam Curiam, ibidem pro ecclesiæ necessitatibus jugiter moraretur, ac sic per consequens domus illa sua præsentia vacuaretur, et fraterna quies suis simultatibus in posterum minime turbaretur. Sed antequam hoc negotium eum exequi, aut ab eis recedere, permiserunt, cogitantes [3] et plerumque quod cœli diversa facies vel externa regio non [4] mutat conditiones quorundam, nec potest Æthiops mutare pellem suam, exegerunt ab illo juramentum de non adquirendo aliquo beneficio ipsius domus, et de non procurando quod in ipsius ecclesiæ cederet præjudicium quovismodo. Quod et juravit, facto coram eis publico sacramento. Postea vero, Præsidentibus Capituli Generalis id procurantibus, impositum est ei onus Procuratoris Generalis totius Nigri Ordinis; et, ut favorabilius acceptaretur a Summo Pontifice, litteras commendatorias ([5] quanquam aliqualiter contra conscientias), tam Præsidentium quam suæ domus, accepit ad Papam; quæ postea magno detrimento domus suæ fuere, ut inferius declarabo.

[1] *discreverunt* in orig.
[2] *a persona* in the printed texts.
[3] *et* omitted in the printed texts.
[4] *mutant* in the printed texts.
[5] *quenquam* in orig., by inadvertence.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1379.

The agency through which his design was effected.

Cum ergo Romam venisset, et ibidem longam moram traxisset, nec assecutus ab Apostolico ullum fuisset beneficium, tandem audivit Dominum Johannem Brincle, quondam Abbatem suum, diem clausisse supremum, et putans jam tempus opportunum arrisisse sibi, [1] ad procurandum et consequendum quod diu mente conceperat, accessit ad quendam advocatum, sed [2] Flandrensem, qui tamen morabatur in Curia et vocabatur "Magister Johannes Shipdam," et promisit ei magnam summam pecuniæ annuæ, si id efficeret, ut Abbas de Burgo quoquo pacto creari posset. Et si contingeret eum in hoc negotio minime expedire, procuraret sibi aliquem ex vacantibus Episcopatibus; aut si hoc non posset assequi, Prioratum de Derhirst obtinere laboraret eidem, habiturus pro labore suo pro quolibet annuatim unam [3] summam, et spopondit. Dictus vero Johannes quosdam e Cardinalibus, qui nunquam aurum respuunt, ad partem suam traxit, ut ipsorum interventu et favore Edmundi prædicti negotia efficacius expediret. Securus ergo de ipsorum Cardinalium adjutorio, proponit coram Domino Papa causam Edmundi, asserens eum verum electum Capituli, [4] ut omnium fratrum votis optatum, ad ecclesiæ eidem præessendum. Dominus vero Papa, considerans malitiam ipsius temporis, et sui adversarii Antipapæ cotidianum incrementum, et sperans Edmundum magno adjutorio sibi affuturum, si Abbas efficeretur ibidem, de facili inclinatus [5] est ad confirmandum [6] [eundem], vel si electio rite celebrata non fuisset, ad gratis dandum ipsi Edmundo beneficium supradictum. Quid multa? Consequitur [7] Edmundus dono et favore Papæ imaginarium appetitum, et ad repatriandum cum Bullis suis se præparat toto nisu.

Edmundus supradictus, cum suis adhærentibus, Turri Londoniensi commissus.

The monks of Bury elect another Abbot.

Fratres vero de Bury, post mortem statim Abbatis sui, ad electionem convenerunt, et unanimi consensu elegerunt in Abbatem Dominum Johannem de Tymworth, domus suæ Sub-

---

[1] *fit ad* in the printed texts.

[2] *filium* in orig. and the printed texts; *Flm* in Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] *summam ex eis. Dictus* in the printed texts.

[4] *et* in the printed texts.

[5] *est* omitted in the printed texts.

[6] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: omitted in the printed texts.

[7] *Edmundo* in the printed texts.

A.D. 1379. priorem, virum idoneum, et Ordinis zelatorem. Qui audientes Edmundum eos taliter prævenisse, mox festinant duos monachos ad Romanam transmittere Curiam, ad certificandum Dominum Papam de falsa suggestione Edmundi, et ad petendum confirmationem ipsorum electi. Deferunt ergo secum litteras regias, et plurimorum dominorum, supplicatorias, pro confirmatione electi et Edmundi depositione. Sed Papa, pro tunc plus favens Edmundo quam monachis, permisit eosdem ibi damnosam trahere diu moram.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Their envoys are detained at Rome.

Interea Edmundus, cogitans quod mora trahit periculum, et [1] [quod]—[2] "Semper nocuit differre paratis," properat ad Burgum Sancti Edmundi, et ibidem alliciens sibi vicinos de patria, in brevi magnum exercitum in partem suam traxit. Stipatus igitur multis assentatoribus, publicari [3] facit in parochialibus ecclesiis suas Bullas; [4] et ut fieri solet in talibus, plebs, avida semper ac cupida novorum, suis credit assertionibus et favet honori, maxime quia patriota fuerat et vicinus eis. Videns autem Edmundus principia sibi cessisse pro votis, sperat cœlos miscere terris et spiritum carni conjungere, et claustrum foro; monachos scilicet conflare laicis, et unum serere in utrisque. Intrat ergo Capitulum cum turba multa, mittens notarios qui invitarent monachos ad Capitulum ex parte Domini Papæ, ad audiendum, sub pœna inobedientiæ, ejusdem mandata. Simpliciores vero fratres, timentes hanc notam, Capitulum intraverunt. Alii quoque, qui pericula mente libraverant, et incommoda quæ Monasterio possent emergere per talem provisionem, a turba se et Capitulo subtraxerunt.

Brunfelde prevails upon the monks to admit him as Abbot.

Edmundus igitur, in Capitulo residens, de facili traxit in partem suam fratres qui aderant, partim timore censuræ, partim affectione, partim dominandi cupidine, præcipue quos amor administrationum temporalium detinebat. [5] Creat idcirco post expressata negotia sua, et, postquam vidit partem favere, novos obedientiarios, [6] et deponit antiquos; sed et electum eorum, Dominum Johannem de Tymworth, restituit officio [7] Supprioris, si tamen idem electus putet cedendum electioni et mandatis ejus parendum. Dehinc cum illa parte Conventus quæ convenerat ad Capitulum, et ejus suasioni adquieverat, intrat ecclesiam, et, arreptis pontificalibus ornamentis, Missam

---

[1] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: omitted in the printed texts.

[2] A quotation from Lucan.

[3] *fecit* in the printed texts.

[4] *et* omitted in the printed texts.

[5] *Erant* in the printed texts.

[6] *statuit, et deponit* in the printed texts.

[7] *Superioris* in Camden's text.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

solemniter celebrat more Abbatis loci, agens diem solemnem in condensis, non tamen usque ad cornu altaris, sed usque ad ipsas mensas et convivium, [1] cum magna utique sexus utriusque frequentia atque plausu. A.D. 1379.

Sed non diu istud gaudium durat, quin perturbatio atque luctus ejus extrema occupat. Nam paulo post, regales tam milites quam armigeri, cum lictoribus, ad Burgum conveniunt, et Edmundum sine magna difficultate secum ducunt ad respondendum Regi super præmissis. [2] Egressa autem cum illo Edmundo pars Conventus quæ sibi favebat, secuti sunt illum monachi circa decem et octo. Cumque ad Westmonasterium pervenisset, requisitus est a Cancellario, Domino Ricardo Scrob milite, cur sine licentia regia Abbathiam de Burgo Sancti Edmundi intrare, et [3] Abbatis vices ibidem agere, præsumpsisset. Quo respondente se tanquam legitimum pastorem intrasse ovile proprium, ut et ovibus suis infectis peste præstaret solatia, et morbidis salutifera procuraret remedia, subintulit Cancellarius;—" Puto te," inquit, "in ipso loco nec ægras oves nec " sanas possidere; præsertim cum sine conniventia regia, " immo contra jus regium et approbatas regni consuetudines, " non ut pastor, sed nec ut mercenarius tantum, sed ut " lupus potius, subintrasti. Et ideo scire te debes, et omnes " tui similes, [4] eos læsæ majestatis regiæ tanquam proditores " arcendos et carceribus mancipandos; præcipue propter " Statutum Parliamentale editum vicesimo secundo anno Ed" wardi, Regis ultimi, quod docet omnes tales vel [5] decapi" tandos vel carceribus detrudendos. Decernimus ergo te ad " Turrim Londoniarum mittendum, [6] [cum hiis qui te in " Regis injuriam prosecuti sunt de Monasterio monachis, ut " ibidem sol]licite conservemini, donec voluntatem regiam et " decretum Parliamenti futuri super isto negotio plenius cog" noscamus."

Brunfelde is arrested.

And committed, with his partisans, to the Tower, by the Chancellor.

Nec mora, cum [7] verba et decretum [8] perficiebantur; [9] deductique sunt ad Turrim una cum eo qui consentientes aderant;

---

[1] *cum* omitted in the printed texts.

[2] *Egressus* in orig. and the printed texts; *Egresso* in Bibl. Reg. 13 E. ix. Correctly, *Egressa . . . . parte.*

[3] Omitted in the printed texts.

[4] *eos* (correctly) omitted in the printed texts.

[5] *deceptandos* in orig.; corrected from the printed texts.

[6] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.; the reading in the printed texts being solely, *mittendum, et ibidem conservandum donec.*

[7] *verbum* in the printed texts.

[8] *perficiebatur* in orig., Bibl. Reg. 13 E. ix., and the printed texts.

[9] *deducti enim sunt* in the printed texts.

A.D. 1379. et proclamatum est Londoniis, ut [1] caperentur pari custodiæ, si inveniri possent, hujus viæ monachi non præsentes. Factumque est, ut qui quietem claustralem sponte deseruerant, inviti commendarentur inquietudini carcerali. Expost tamen, vel propter regales expensas minorandas, vel propter zelum religionis, Consilium regale decrevit, ut monachi qui Edmundum secuti fuerant, diversis monasteriis mitterentur, cum mandato regio super eisdem, ut videlicet Abbates vel Priores, quibus directi fuerant, eorum custodiam agerent, responsuri pro corporibus eorundem Domino Regi in Parliamento sequenti.

MS. Bibl. Reg. 13 E ix.

The monks are afterwards sent to various Monasteries.

Exercitus mittitur in Francos, ad succurrendum Duci Britanniæ. Dominus Johannes Arundel et sui milites polluunt Sanctimoniales.

An expedition fitted out, in aid of the Duke of Bretagne.

Ipso anno etiam, prope festum Sancti Nicholai Præsulis, exercuit Dominus manum magnam super Anglicos, in quosdam vindicta [2] desæviens, quibusdam vero misericordiam suam prætendens. Cum enim jam regium Consilium in parte succurrendum putasset Duci Britanniæ, qui, [3] Francis infestantibus eum post [4] adventum suum in terram suam, pene [5] videbatur Francorum numerositate terrendus, communi decreto missi sunt [6] cum armata manu ad [7] auxiliandum sibi Dominus Johannes Arundel, Dominus Hugo Calverlee, Dominus Thomas Percy, Dominus Willelmus Elmham, Dominus Thomas Morews, Dominus Thomas [8] Banastre, et plures alii milites et armigeri, quos enumerare longum foret. Hii ergo armis et equis instructi nobiliter, post perceptum a Rege aurum stipendiarium, ad confinia maris properant, ibidem auram prosperam præstolaturi. Qui sicut generis præeminentia et in armis exercitata prudentia, ac bellatorum sequentium populosa frequentia, Anglicis et [9] Britannis fiduciam magnam, et bonam spem hostes conterendi, pepererant, ita et Gallicis metum grandem

---

[1] *committerentur* in the printed texts; *caperentur* in Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] *desinens* in orig. and the printed texts. Corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] Apparently written "*furcis*" in orig.

[4] *reditum* in the printed texts.

[5] *nitebatur* in orig.; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix. In the printed texts, the reading, instead of this passage, is,—*cui, post reditum suum in terram suam, Francorum hostilis incursio terrorem injecerat magnum, communi, etc.*

[6] *cum* omitted in the printed texts.

[7] *auxilium* in the printed texts.

[8] *Lancastre* in the printed texts.

[9] *Britannicis* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1379.

incusserant; nec [1]immerito, quia profecto si Deo non displicuisset talis exercitus, pro virium gloria, pro prœliandi cautela, pro resistendi contra hostes audacia, non temere fuisset cunctis Gallicis metuendus. Sed quid valet vis humana? Quid astutia? Quid opulentia? Si, cui hæc accommodantur, persona displiceat Creatori, utique non ad gloriam proficiunt, sed ignominiam, et forsitan tendunt ad damnationis augmentum. Sed de hiis hactenus; jam ad materiam revertamur.

Reason for its ultimate ill-success.

Cum igitur, ut prædiximus, Dominus Johannes de Arundel cum suis complicibus ad [2][mare] pervenisset, et necdum aura secunda flaret eisdem, statuit, ut optabat, opperiri tempus gratioris venti. Perrexit interea ad quoddam [3][monasterium] monialium virginum non procul situm, et, cum suis ingrediens, petiit a matre monasterii, ut ibidem suos commilitones, in negotiis regiis laboratores, permitteret hospitari. Sanctimonialis autem fœmina, mente librans pericula quæ per tales hospites possent emergere, et quia omnino religioni talis petitio contraibat, cum reverentia et humilitate qua decuit, exposuit sibi juvenes [4][esse] plures qui cum eo venerant, et impelli posse de facili in scelus inexpiabile; quod non solum in opprobrium et infamiam illius loci, sed in periculum et perniciem sui et suorum redundaret, qui non modo castra pudicitiæ impugnare vitarent, sed etiam omne genus peccati effugere laborarent, si id agerent, [5]obtinerent, quod viros ad bellum profecturos, oporteret. E contra, ille insistere magis fervide cœpit in proposito, dicens illam [6]falli in suis suspicionibus, et non esse verisimile quod mente imaginarie pertractaret. Cui illa, solo prostrata,—"Scio," inquit, "Domine, viros tuos [7]effrænos esse, "[8]utpote qui Deum forsitan non verentur, et omnino non "expedire [9]nobis, nec tibi, [10]ut ingrediantur claustra nostra, "Quapropter, [11]et junctis manibus, tuam generositatem oro,

Sir John Arundel and his men intrude themselves on a Convent of nuns.

[1] *merito* in the printed texts.

[2] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

[3] Omitted in orig.; supplied from the printed texts. The error arises probably from the transcriber finding *mōn virginum* in Bibl. Reg. 13 E. ix., and mistaking the meaning of the first word.

[4] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.; omitted in the printed texts.

[5] This passage seems to be defective.

[6] *falsi* in orig., by inadvertence; corrected from the printed texts.

[7] *effrenes* in the printed texts.

[8] Apparently *nepote* in orig.; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix. The reading, instead of this word, in the printed texts, is *indomitos*.

[9] *vobis* in orig. and the printed texts. Corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[10] *ut* omitted in the printed texts.

[11] *conjunctis manibus* in the printed texts.

A.D. 1379. " [1]convenio, consulo, ut, hoc dimisso proposito, alibi tibi " tuisque requires hospitia, quæ superabundant in patria con- " vicina." MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Ille vero, persistens in proposito, contemptibiliter præcepit ut surgeret, jurans se nullo modo flectendum quin in eodem loco suis hospitia provideret. Confestim ergo jubet suis ut domos ingrediantur, et cameras publicas occupent et privatas, donec velificandi tempus [2]insistat. Qui mox, ut creditur, diabolico spiritu agitati, irruunt in claustra monasterii, et, ut assolet in tam indisciplinato vulgo, ille istam, iste illam, [3]irrumpit cameram, in quibus virgines filiæ majorum provinciæ servabantur ad discendas litteras, et [4]plerisque jam paratæ fuerant ad suscipiendum sacræ religionis habitum, et in proposito virginitatis mentem [5]fixerant. Quas, spreta loci reverentia et Dei timore postposito, opprimunt et polluunt violenter; et non solum in istis eorum libido furit, sed et vidualem continentiam et conjugale vinculum pollutioni tradere minime verebantur. Nam plures illuc viduæ confluxerant hospitandi gratia, ut moris est in talibus abbathiis, vel pro rei familiaris inopia, vel pro perfectius et securius servanda continentia. In mulieres etiam conjugatas, quæ illuc ex causis præmissis convenerant, adulterium commiserunt publicum, sed violentum. Nec tantis contenti nequitiis, ut fertur, ipsas sanctimoniales [6]suæ luxuriæ [7]substraverunt, parvipendentes incesti et stupri notam. Qua de re primo patientes injuriam, mox universi qui in vicinia morabantur, ad quos notitia tanti mali pervenerat, maledictiones congerunt super eorum capita [8]satis horribiles, et eis quicquid infortunii, quicquid adversi, Deus eis suscitare valeat, imprecati sunt.

Malpractices committed by his people there.

In hiis omnibus, [9]ipse Dominus Johannes Arundel, nihili pendens tantum clamorem, tot execrationes, talis infamiæ dedecus, adjecit peccata peccatis, addit mala malis. Revera permisit suos quodammodo spoliare patriam, apporiare vulgus; dum victualia vel cætera necessaria vi afferentes non compulit ad solvendum, sed potius eorum favebat violentiæ, et ipse particeps effectus erroris [10]eorum; unde protestati sunt

Arundel permits his men to spoil the neighbourhood.

---

[1] *atque obtestor ut* in the printed texts.

[2] *instaret* in the printed texts.

[3] *erumpit* in the printed texts.

[4] *pleræque* in the printed texts.

[5] *fixerant suscipiendam* in the printed texts.

[6] *ad suam luxuriam* in the printed texts.

[7] *attraxerunt* in the printed texts.

[8] *satis* omitted in the printed texts.

[9] *ipse* omitted in the printed texts.

[10] *eorum* omitted in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1379.

illius regionis incolæ maluisse adventum [1] [hostium] in terram [2] illam, præter domorum incendia, quam ipsius Domini Johannis, cum sequela sua.

Outrage committed by them on a newly married woman.

Pauca sunt ista, immo parva sunt ista, respectu eorum quæ sequuntur. Die namque illo quo mare ingressuri erant sui, et ipse cum eis, quandam novam nuptam, et illo eodem die per manus et orationes sacerdotis viro de provincia copulatam, de ecclesia post Missam et sponsalia celebrata revertentem, violenter rapiunt de medio et manibus eam ducentium, et ad naves usque deducunt, operaturi in ea opus nefarium post ingressum eorum in mari; non considerantes nec putantes tanta scelera celeriter punienda. [3] Ex abbathia etiam, ut fertur, prædicta fœminas conjugatas, viduas, et virgines, abduxerunt, et in suis [4] navibus collocarunt. Nec istis saturati, quidam ex ipsis ad sacrilegia manus extendunt. Nempe post auditam Missam, ut apparuit indevote, [5] antequam sacerdos casulam deponere potuisset, accedentes, et calicem de altari rapientes, cum summa festinatione, lætabundi quasi de præda, currunt ad naves, sacerdote eos in sacris vestibus, scilicet, alba, stola, et fanone, persequente, et sub interminatione [6] censuræ calicem repetente. Cumque nisi sannas et terribiles minas, nisi retrocederet, accepisset, non sic quidem silere decrevit; sed, accitis convicinis sacerdotibus, ad littus usque processit, cum candelis accensis, [7] campanulis, libris, et hiis quæ sententiis hujusmodi promulgandis requiruntur; ibique petiit, sub pœna [8] [excommunicationis, ablata restitui; cum autem nec sic curarent satisfacere, in eos] excommunicationis sententiam terribiliter et publice fulminavit, et jactu in mari cereum extinguendo.

They carry off many women from the Convent,

And commit sacrilege in the church.

They are pronounced excommunicated by the priest.

The conduct of Sir Hugh Calverley and Sir Thomas Percy in favourable contrast.

Dominus Hugo Kalverlee et Dominus Thomas Percy, et nonnulli alii quos hæc præmissa latebant, antequam naves ascensuri erant, fecerunt proclamari per patriam voce publica, ut venirent ante diem navigationis qui molestati fuerant per suos ullo modo, vel per illatas injurias, vel per alias quascunque vias vel causas, habituri condignam satisfactionem de quibuscunque transgressionibus conqueri voluissent: unde

---

[1] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: omitted in the printed texts.

[2] *ullam* in orig.; *quorumvis* in the printed texts: corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] *Et* in the printed texts.

[4] *manibus* in the printed texts.

[5] *ante* in the printed texts.

[6] *sensus* in orig.; *census* in the printed texts: corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[7] *campanilis* in the printed texts.

[8] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: omitted in the printed texts.

A.D. 1379. contigit, ut ipsos [1] devotis precatibus populus prosequeretur ad mare, sicut e contra Dominum Johannem Arundelle diris imprecationibus fuerant insecuti. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Arundel and his men set sail.

Post hæc [2] evolutis non multis horarum spatiis, cum ventus flavisset paulo turgidius, imperat Dominus Johannes ut omnes naves ingrediantur, et mandat naucleris [3] ut, velis expansis et in altum deductis, committant navigia ventis. Nauta vero in cujus navem ipse Dominus Johannes concesserat, videlicet Robertus Rust de Blakeney, præsagus intemperiei futuræ, dissuadet ei se pro tunc mari committere, dicens tempestatem post modicum tempus affuturam, quæ et indubitatum ferret periculum, et forsitan naufragii causa foret. Ipse autem, quem "sua fata trahebant," aurem accommodare noluit verbis ejus, sed magis urgebat ad velificandum. Igitur nauta, cernens non posse persuaderi dicto Johanni ut remorari deberet, dat Neptuno naves, et in brevi ingreditur alta maris; et ut ita dicam; [4]—"Postquam altum tenuere rates," mox "venti, velut agmine facto," "incubuere mari," "cæruleus-"que supra [5] capita eorum imber astitit, noctem hyememque "ferens, et inhorruit unda tenebris. Continuoque venti "volvunt mare, magnaque surgunt æquora; et dispersi "jactantur gurgite vasto. Involvere diem nimbi, et mox "humida cœlum abstulit:" itaque [6] cæcis [7] "errant in undis," "præsentemque eis intentant omnia mortem." Et, quod ipsa morte terribilius est, ut ferunt, diabolica [8] visio, sive [9] species, apparuit inter eos, quæ visibiliter videbatur eorum perditioni, qui in navem dicti Johannis Arundelle concesserant, imminere. Quis clamor, quantus luctus, quales gemitus, quot lacrymæ, [10] tunc inter mulieres, quæ vi vel sponte in naves ascenderant, [11] [fuerint, est narrare difficile, cum impulsu ventorum et fluctuum ascenderent] usque ad cœlos, et descenderent usque ad abyssos; cum jam non mortis imaginem, sed ipsam mortem, præsentem cernerent, et continuo morti dari minime dubitarent. Quanta perturbatio mentisque trepidatio, corporisque

They are overtaken by a tempest.

---

[1] *devota precans* in the printed texts.

[2] *evoluit* in orig., by inadvertence.

[3] *ut* omitted in the printed texts.

[4] An unskilful prose adaptation of Virgil's *Æneid.* i. 82–91, and iii. 192–200.

[5] *eorum caput* in the printed texts.

[6] *incertis* in the printed texts.

[7] *errat* in the printed texts.

[8] *vico* in orig., by inadvertence.

[9] *spiritus* in the printed texts.

[10] *sunt* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[11] Omitted in orig. and in the printed texts, and supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.; in transcribing from which, the scribe has omitted exactly two lines.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1379.

magnus remorsus, et anxietas conscientiæ viros invasit, qui pro explenda libidine mulieres ad pericula maris traxerant, ipsi [1] optime referre noverint, qui, participes existentes tanti mali, quandoque Domino miserante, salutis portum contingere meruerunt.

They throw the women overboard, to lighten the vessels.

Idcirco, quid [2] inter hæc agerent dubitabant, cum hinc ventis et procellis, illinc fluctibus et fœminarum clamoribus, urgerentur. Tentavit ergo primo alleviare vasa, projicientes [3] vilia, dehinc quæque pretiosa, si forte vel sic eis exsurgeret spes salutis. Sed cum ita non minus desperationem, sed potius augeri cernerent, refundunt causas infortunii in ipsas fœminas, ac, in spiritu furoris, eisdem manibus quibus ante illas blande attractaverant, eisdem brachiis quibus eas libidinose demulserant, arreptas in mare projiciunt; ad numerum, ut fertur, sexaginta fœminarum, piscibus et marinis belluis devorandas. Sed ita quidem non cessavit tempestas, sed excrevit per amplius, ut cunctis omnem spem adimeret mortis pericula evadendi. Cumque diebus aliquot atque noctibus, non tantum in mortis periculo quantum in mortis faucibus, non sine trepidatione maxima transegissent, tandem vidit quoddam littus, et quandam insulam, in regione Hiberniæ, circa littus illud in fluctibus marinis sitam; unde momentaneo gaudio perfusus, Dominus Johannes Arundelle mox jubet ut nautæ se transferant ad littus illud, si forte eis terram contingere donaretur. Nautis autem reluctantibus, et asserentibus in tantis turbinibus magis tutum fore maris alta tenere, quam vi ventorum illidi arenæ vel scopulis appropinquando terræ, irruit in eos dictus Johannes furibunde, et quosdam ex eis crudeliter, ut fertur, interfecit.

And at length make the coast of Ireland.

Robertus [4] de Rust, cujus erat navis ipsa, timens etiam sibi de dicti Johannis violentia, promisit [5] [se], si non desit gratia, navem impulsurum non procul a terra. Cui dictus [6] Johannes;—"Nonne conspicis illam insulam prope terram? Salvemur "[7] ad tempus in ea, ascendendo saltem in ipsam, et refocil- "lando membra nostra. Fortassis qui in terra sunt videbunt "nos et nostræ miseriæ condolebunt, et victualia nobis ad- "ferent, vel efferent ad terram suam, vel certe, quod grave

Speech made by Sir John Arundel.

---

[1] *opportune* in the printed texts.

[2] *interim agerent* in the printed texts.

[3] *filia* in orig.; by inadvertence.

[4] *vero de Rust* in the printed texts; *vero Rust* in Bibl. Reg. 13 E. ix.

[5] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

[6] *Dominus Johannes* in the printed texts.

[7] These two words are omitted in the printed texts.

A.D. 1379. "videtur, naufragos captivabunt. Esto captivamur ad tempus: MS. Bibl. "minus grave est hoc quam in mari totiens ante mortem Reg. 13 "mori, et tandem mortem [1] dedecorosam evadere nullo modo E. ix. "posse. Aut si inimici sunt qui in hac terra sunt, citius "eligo per manus hostiles interfici, (forsitan cadaveri sepul-"turam indulgebunt,) quam more pecoris marinis mergi "fluctibus, et fieri pelagi monstris cibus." [2] Cumque hæc audisset Robertus, præfatus navis rector, omni nisu elaboravit ut navem impelleret inter terram et prædictam insulam, sperans insulam posse protegere navem a ventis, et æstimans facilem fore [3] ascensum in terram; sed cum illic navis pervenisset, cernit scopulos miræ magnitudinis ex utraque parte, et se in medio subito constitutum. Qui mox more morituri in clamorem erupit, et sociis confessionem facere monuit, et quemlibet hortabatur se morti parare,—"Quoniam," inquiens, "jam nullus superest evadendi locus." Cumque in tam horrendo periculo huc illucque per magnum tempus jactati fuissent, et navis illæsa scopulis jam undas admisisset, repente apparuit ascensus in insulam, sed arduus et difficilis propter scopulos et arenas. Nauta igitur, omnem vim exercens, impulit navem in arenam, ut vel sic saltem, fracta navi, daretur eis occasio evadendi. Et cum navem marinis fluctibus quantum possibile fuerat, expulisset, ipse primus in arenam exiliit, deinde multi saltando post ipsum insulam præfatam sunt ingressi.

His ship is driven on the rocks.

Demum Dominus Johannes Arundelle et ipse saltavit, et arenam attigit; sed, ut videbatur, salutis suæ nimis securus fuit; nam quasi tamen nihil metuendum existeret, in arena viva stans, cœpit [4] aquas excutere vestimentis suis, quæ in navi aquis marinis fuerant madefacta. Quod cum vidisset memoratus Robertus Rust, pericula librans quæ nondum Johannes evaserat, descendit in arenam, et, arripiens manum ejus, nitebatur secum trahere de statione periculosa; sed dum alienæ saluti minus caute consulit, et suam [5] negligit, vitam perdit. Revera dum nititur dictum Johannem secum trahere, mare undosum et inquietum, quippe quod tunc fluxit, in ulteriora fluctus dirigens, utrumque prostravit, et in regressu suo ambos [6] [in] maris profundiora traxit; et hic finis eorum. Armiger specialissimus Domini Johannis memorati, nomine N. Musard, vir inter magnos maximus et decentissimus, et

Arundel and his ship-master are drowned.

[1] *dedicorasam* in orig.
[2] *Cum hæc* in the printed texts.
[3] *assensum* in orig.
[4] *aquis* in orig. and Bibl. Reg. 13 E. ix.; *aquas* in the printed texts.
[5] *negligeret* in the printed texts.
[6] Supplied from the printed texts; omitted in Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1379.

inter omnes Anglicos audacissimus et fortissimus, qui et ipse saltaverat in arenam, et [1]manibus quendam scopulum detinuerat, alluvione maris, dum flueret, violenter avellitur [2]ab ipsa petra, et longius in mari projicitur, et hac illacque, modo supinus, modo resupinus, defertur, donec mare, fluxu eum ad scopulos illidendo, confregisset. Alter armiger, vocabulo "Denyok," similem finem sortitus est. Nobilissimus miles Dominus Thomas Banastre, Dominus N. Trumpingtone, et Dominus Thomas le Dale, dum saltant de navi, dum quisque contendit alium currendo præcedere, quilibet existit alterius impedimento; unde contigit, ut simili ascensu, sicut prius, mare, eos et plures alios rapiens, secum traheret in abyssum. Pauci qui evaserunt et in insulam attigerunt, pannos non habentes, [3]aut si fortassis habebant quidam, tamen aquis erant pleni, unde abundantioris frigoris causa fuere, cum domos non invenissent ibidem, frigore moriebantur. Cæteri modo currendo, modo luctando, [4]quoquo pacto frigus deludere contendebant, degentes etiam ibidem in magna miseria a die Jovis usque ad nonam Dominicæ subsequentis, qua hora, post mare sedatum, Hibernienses, ascensis naviculis, ad insulam navigarunt, et reductos ad terram exiliter refecerunt; fuerant enim pene inedia exanimati.

His Esquires, and other men of high birth, experience the like fate.

The rest are rescued by the Irish.

Perdidit in dicta procella Dominus Johannes supradictus non solum vitam, sed omnem supellectilem suam, et omnem apparatum, qui merito ornatum regium superaret. Habuit nempe quinquaginta duos pro proprio corpore novos apparatus, vel aureos vel aureo textos, ut ferunt; quos omnes mare absorbuit, cum equis et dextrariis qui ad valorem decem mercarum taxabantur. Præterea, viginti quinque naves aliæ, quæ secutæ sunt eum cum hominibus et equis, aliisque divitiis, sorte consimili perierunt. Corpus ejusdem Domini Johannis, et eorum corpora qui cum eo similem experti sunt fortunam, ab hiis qui remanserant, post triduum sunt inventa, et in quadam abbathia in Hibernia tumulata.

Loss of twenty-five other ships.

The body of Sir John Arundel recovered.

Nota militia Domini Thomæ Percy.

Dominus Thomas Percy et Dominus Hugo Calverlee, necnon Dominus Willelmus Elmham, et nonnulli alii, spatiose dis-

[1] *navis* in orig.; *navis quendam scapulum* in the printed texts. Corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] *et* in orig.; corrected from the printed texts.

[3] *an* in the printed texts.

[4] *quo* in orig.; corrected from the printed texts.

A.D. 1379. persi, sed tamen pelagi profunda [1] sulcantes, juxta meritum sinceræ vitæ et bonæ fidei evadere meruerunt; apud quos illud mirabile contigit. Cum Dominus Thomas Percy, post tantum fragorem et horrendam mortis diutinam expectationem, magis aptus fuisset ad refocillandum membra inedia, vigiliis, laboribus, et tot ærumnis, debilitata et fatigata, lecto vel molliori stramine, irruit repente super eum navis Hispanica, armatis onusta, qui putabant eum levi negotio post tot infortunia superandum. Sed quid ageret tunc miles invictus, non opus extitit [2] deliberatione; sed mox ubi nec locus nec tempus pro hujusmodi suppetebant, intra se [3] censuit illud modicum vigoris et spiritus militaris quod remanserat, in hostes expendere, et sic saltem, si victoria negaretur, vitam honeste finire. Sed fortuna parti suæ, immo Deus, sibi suisque robur contulit et audaciam, et de inimicis victoriam gratiosam. Nec fuit conflictus iste momentaneus, vel cito pertransitus, sed per tres horas ante deditionem hostium continue perduravit. Igitur post mare sedatum, cum ipsa navi quam superatam ceperat, et captivis, rediit, [4] reportando duplicem regioni lætitiam, de sua salute servata et de victoria prælibata. Qui mox, ut incolarum colloquio frui potuit, navem quam ceperat pro cautione posuit, acceptis a patriotis centum libris argenti. Cum quibus illico audacter ingreditur mare iterum, et cursum versus castellum de Brest, cujus erat concapitaneus cum Hugone Kalverlee, dirigit, ne locus ille, diutius [5] capitaneo destitutus, ullum incurrat infortunium per manus hostiles; ad quem locum, Domino ducente, feliciter in brevi juxta vota pervenit.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Sir Thomas Percy engages and takes a Spanish ship.

He arrives safely at Brest.

Sir Hugh Calverley and Sir William Elmham also escape the tempest.

Ac non multum post hæc, Dominus Hugo Kalverlee et Dominus Willelmus Elmham, et quidam alii, diversa littora in Anglia et Hibernia attigerunt. Sed in hiis [6] mirandum, quod cum cæteri vix vita salvata evadere potuerunt, Dominus Thomas Percy et Dominus Hugo Kalverlee nullum ex suis hominibus, sed nec equos quidem aliquos, perdiderunt. Intueri libet in præfato negotio et evidentem vindictam divinæ severitatis et manifestam misericordiam Dominicæ pietatis. Sed ne judicemur odio vel favore prosequi, quorum infortunia vel fortunas declaravimus, istam materiam, conferendam ad quemcunque sensum placuerit, lecturis derelinquimus; hoc pro

[1] *suscitantes* in the printed texts.
[2] *de deliberatione* in Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.
[3] *sensuit* in orig.
[4] *reparando* in the printed texts.
[5] *capitaneus* in orig.; corrected from the printed texts.
[6] Apparently written "*jurandum*" in orig.; corrected from the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1379.

certo adjicientes, quod, omni fuco mentiendi, circumloquendi, excitandi, vel commovendi, [1] proposita, solidam veritatem, ut ab eis qui hiis omnibus interfuere didicimus, quibus nos non decet describere, scripsimus universa.

The Spanish and French ships suffer even greater disasters in the storm.

Per idem tempus, Hispani et Gallici magnam vim navium ex universa Gallia, Hispannia, Portingallia, et regionibus illis subjectis, congregaverant, ad impediendum nostrorum profectionem prædictam versus Britanniam, vel potius ad dimicandum contra nostrates, ut debilitatos, vel certe captos, desistere compellerent ab inceptis. Sed ne libertas eis accresceret gaudendi super nostris infortuniis, manum Domini super eos similem senserunt; et non tamen similem, sed multo, ut dicitur, graviorem. Nam et majorem numerum navium, et plures personas hominum, perdiderunt in procella superius memorata.

Transit annus iste frugifer et satis fructifer; Ecclesiæ Romanæ modo lætus, modo lugubris; Franciæ desidiosus, sed suspiciosus; Angliæ [2] importunus, opportunus, propter eventus diversos, tam leves quam asperos; Britanniæ serenus et jocundus, propter receptionem domini naturalis; Flandriæ sollicitus et infamis, propter ejectionem Comitis; Scotiæ favorabilis, quia Borealibus nostris fuit infestus propter pestem.

A.D. 1380.

The Earl of Salisbury returns from Calais.

Anno Dominicæ Incarnationis millesimo trecentesimo octogesimo, qui est annus regni Regis Ricardi, Secundi post Conquæstum, tertius, hoc tempore, circa festum Natalis Domini, rediit a Calesia Dominus Willelmus de Monte Acuto, Comes Sarum, qui annalem custodiam egerat illius villæ; cui subrogatur Dominus Johannes Denros, miles ab antiquo exercitatus in armis.

Sir John Harleston returns from Cherbourg.

Circa dies istos rediit de custodia villæ de Scherbourghe nobilis miles Dominus Johannes Harleston; cui successit ad custodiam dictæ villæ Dominus Willelmus Wyndeshore, miles strenuus.

Parliamentum Londoni.

Parliament at London. A Guardian for the King demanded by the Commons.

Isto anno, post Octavas Epiphaniæ coactum est Parliamentum Londoniis, quod usque caput Kalendarum Martii continue perduravit: in quo regni Communitas petiit aliquem ex Baronibus ordinari ad tutelam regiam, qui sciret forinsecis prudenter dare responsa, et esset maturus moribus, potens operibus,

---

[1] Sic in orig., Bibl. Reg. 13 E. ix., and the printed texts; probably intended for *postposito*.

[2] Omitted in the printed texts.

A.D. 1380. Thomas Beau-champ, Earl of Warwick, chosen Guardian.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

tractabilis et discretus. Electus est ergo, communi sententia, Dominus Thomas Beauchamp Comes Warwici, ut jugiter cum Rege moram traheret, et de thesauro regio quandam summam pecuniæ pro labore, ut decuit, perciperet annuatim. Deputati vero fuerant ad idem negotium, anno præcedenti, certi Episcopi, Comites, et Barones, cum Justiciariis et multis aliis, qui ejus astarent Consilio commodisque vacarent. Qui omnes per annum magnam pecuniæ summam de Regis ærario exhauserunt, et nullum aut modicum fructum protulerunt; unde jam, ut diximus, Communitas unum petiit, amotis aliis, qui omnia et singula satis expleret quæ omnes antea perfecerant. In hoc etiam Parliamento, Dominus Ricardus Scrop cessit officio Cancellariæ, et Archiepiscopus Cantuariensis, Magister Symon de Sudbury, contra gradum suæ dignitatis, ut plurimi conclamabant, illi officio militaturus accessit; sed si ipse illud procuraverit, aut sponte susceperit, novit Deus.

Processus contra Edmundum, Abbatem de Bury.

Enquiries directed by the Papal Court, as to whether Edmund de Brunfelde had been admitted Abbot of Bury.

Ad istud etiam Parliamentum venerunt quidam a Romana Curia; non directe missi a Papa, sed a Cardinali de Agapito, ferentes secum ejusdem Cardinalis litteras. In quibus idem Cardinalis fatebatur Dominum Papam sibi mandasse, ut Archiepiscopo Cantuariensi, Capitulo Sancti Edmundi Regis de Bury, et Domini Papæ [1] Collectori, scriberet, et mandaret universis et singulis, ut, visis ejus litteris et intellectis, sine dilatione rescriberent singulas litteras, certificantes eum de statu Domini Edmundi de Brounfeld, cujus superius egi memoriam, si videlicet, acceptus in gratiam regiam, admissus fuisset ad possessionem pacificam Abbathiæ de Bury

Reason for such enquiry.

Causa autem hujus missionis ista dicitur extitisse. Postquam dictus Edmundus de Brounfeld recessisset a Curia, ut Dominus Papa audivit et vidit tot litteras supplicatorias pro confirmatione electi de Bury, ac Regi regnique magnatibus displicere provisionem suam quam fecerat, conferendo ei dictam Abbathiam, mente turbatus est vehementer. Et revolvens in animo, quantum auxilium Rex cum magnatibus contra adversarium suum, Antipapam, conferre valeret, si eorum frueretur amicitia, et quanto detrimento foret eidem, si adversarentur, statuit cameraliter, non quidem dictum Edmundum deponere, sed, quia clericus et ejus creatura fuerat, [2] ad quendam Episcopatum in

[1] *Collectorio* in the printed texts. | [2] *a* in orig., by inadvertence.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. A.D. 1380.

Hibernia, tunc vacantem, transferre. Quod audiens supra nominatus falsidicus, Magister Johannes Schipdam, confestim in crastino, cum procuratores electi de Bury in Consistorio affuissent coram Papa, et petissent confirmationem electi prædicti, adfuit ipse, allegans hoc nequaquam debere fieri, maxime quia dictus Edmundus jam receptus esset in gratiam regiam, et suis temporabilibus investitus. Quod ut probaret ita esse, introduxit quendam monachum Cisterciensem, et quendam presbyterum, qui paulo ante de Anglia venerant; quos et conduxit ut jurarent coram Papa, se pro certo scire Dominum Edmundum admissum in Regis gratiam; et non solum in gratiam, sed et [1] accitum ad ejus familiare consilium, et suis temporalibus investitum. Ac ut majorem fidem facerent in præmissis, juraverunt se oculis suis vidisse eum, ante eorum egressum de Anglia, Londoniis nobiliter incedentem, ut tantum Abbatem decuit, stipatum magna caterva, præeuntibus eum bis senis armigeris in una secta. Quæ omnia procuratores electi constanter refellebant, asserentes hoc nullatenus ita esse.

Fraudulent allegations made by Brunfelde's agents at the Roman Court.

Quapropter Dominus Papa distulit in causa procedere, donec alia certiora nova de ista materia [2] percepisset. Et hæc, ut dixi, fuit causa quare dictus Cardinalis præfatus dicto modo scripsit.

Further enquiries directed thereon.

[3] *Rescriptum Archiepiscopi certificatorium Papæ.*

Archiepiscopus ergo Cantuariensis inprimis maturavit scribere Domino Papæ, et eundem certificare super hiis quibus fuerat oneratus. Qui post præmissa verba subjectionis et reverentiæ debitæ, innuit se, ob Apostolicam reverentiam, institisse penes Regem et proceres pro Edmundi prædicti deliberatione, et ut Edmundum ecclesiam, Papali sibi provisione collatam, pacifice ingredi paterentur. Sed post pauca in progressu asseverat pro firmo, se ex responso regali ac regni procerum intellexisse, nunquam eos passuros ingressum Edmundi in Abbathiam de Burgo, sed nec egressum ejus a carcere, timore vel interventu alicujus personæ, nisi solummodo contingat eos flecti per ipsius Domini Papæ preces sollicitas et instantes. Explicat præterea, eum jus regium et regni consuetudines talibus ab initio provisoribus contravenisse; et inter cætera deprecatur ut, temporis præsentis considerata malitia,

Answer sent by the Archbishop of Canterbury in reference thereto.

[1] *attractum* in the printed texts.
[2] *cepisset* in the printed texts.
[3] *Rescriptio* in orig.

A.D. 1380. condescendat voluntati regiæ, intuitu undecunque periculorum emergentium, electum de Bury, juxta Regis et magnatum regni desiderium, confirmando. Hortatur præterea humilitate qua condecet, ut nullius credat litteris, nullius fidem det sermonibus, qui aliter scripto vel verbo suæ significabunt reverentiæ, quam ipse propriis litteris commendavit.[1]

Confirmation of election demanded in behalf of the King's nominee.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

In eodem Parliamento concessum est ab Ecclesia una decima, et a laicis una quintadecima, ad opus Regis, adjecta conditione quod ab illo tempore, scilicet a Kalendis Martii usque ad festum Sancti Michaelis, anno revoluto, aliud non fieret Parliamentum: sed conditio ista non servabatur, ut in sequentibus demonstrabimus.

A grant in aid.

Nuptiæ [Johannæ Courtenay].

Marriage of Lady Joanna Courtenay, the King's sister, to the Count de Saint Pol.

Nuptiæ factæ sunt eodem anno, in Octavis Paschæ apud Wyndeshore, tubicinum et histrionum magna frequentia, Francorum gaudio, nullius commodo, sed livore et odio plurimorum: siquidem Dominus Wallerannus, Comes Sancti Pauli, externus et alienigena, adamatus Dominæ Johannæ Courtenay, sorori Regis, in tantum ut nullius Anglici, respectu illius, dignaretur amplexum, duxit, ut prædictum est, eam supra memoratis loco et tempore in uxorem. Et quia contra consilium matris suæ, quondam Principissæ, tunc matris Regis, et omnium amicorum, eadem Johanna ista præsumpsit, ipsorum destituta subsidiis, merito et indignationem incurrit, et de gente sua opprobrium non leviter transiturum. Rex tamen, quia soror ejus erat, consilio eorum qui astabant ei, contulit eis villam suam, et manerium, de Bifleet; ut videlicet et illam honoraret, et Comitis animum suæ fidelitati magis, et obsequiis, inclinaret.[2]

Its unpopularity.

De Duello inter Johannem Anslee et Thomam Katrington.

Sir John Annesley accuses Thomas Katrington of treason.

Res nova per hoc tempus in Anglia visa est, quæ, cum magis insolita, tanto plures ad spectaculum sui traxit, propterea quod natura humana gaudet non solum variis sed insuetis. Miles [3]quidam, nomine "Johannes Anneslee," in Parliamento

---

[1] After this word, the following passage is added in Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts—"*Hæc* "*tempore prædicti Parliamenti acta* "*fuere.*"

[2] A long passage in Bibl. Reg. 13 E. ix. is omitted here.

[3] *quidem* in orig. and the printed texts.

M.S. Bibl. Reg. 13 E. ix. quod "Bonum" merito appellatur, tempore Domini Edwardi Regis, Tertii post Conquæstum, Thomæ Katringtone armigero, quondam Custodi castelli de Sancto Salvatore, quod recolendæ memoriæ Dominus Johannes Chaundos construxerat in Galliis, intra insulam de Constantin, imposuerat notam proditionis, eo quod dictum castellum, ut asseruit, vendiderat Gallicis pro inæstimabili summa pecuniæ, cum nec defensio sibi nec victualia defuissent: in qua causa, cum eodem armigero armorum lege obtulit se pugnaturum. Ad eum namque, ratione uxoris suæ, cui debebatur hæreditas, tanquam proximæ de affinitate dicti Johannis Chaundos, dominium illius castri spectasset, si non proditiose alienatum fuisset commentis dicti Thomæ. Prædictus autem Thomas pro hac causa captus et incarceratus fuit pro tunc; sed cito post, quando Duci licuit quicquid libuit, dum Rex pater ejus in extremis agebat, deliberatus est, interventu, ut dicitur, Domini de Latimer, cui idem armiger in pace et in bello, in justis et in injustis, in veris et in falsis, per ante militaverat. Nec potuit Johannes Anneslee sui clamoris effectum per totum tempus sequens consequi usque modo, quibusdam asserentibus contra jura regni fore aliquem de ipso regno pro ulla causa tali lege in regno pugnare. Obstabant quam maxime, qui simili nota percelli timebant; sed tandem coactis [1]juridicis et senioribus militibus regionis, diffinitum est pro causa extrinseca, sicuti pro præsenti causa, quæ non infra regni limites orta est, e pro possessione rerum transmarinarum, bene licere quemquam duello confligere, si Constabulario et Marescallo regni per ante causa fuisset notificata, et in eorum præsentia duellum a partibus acceptatum.

A.D. 1380.

Katrington is imprisoned.

But afterwards liberated.

The matter agreed to be decided by duel.

Statuitur ergo dies belli, et interim præparantur duello necessaria in Curia apud Westmonasterium, limites videlicet, quas "listas" vocant, de lignis fortissime fabrefactæ, tanquam perpetuo duraturæ. Adveniente die præfixo, conveniunt de cunctis regni partibus ad [2]insuetum belli spectaculum, in tanta quidem copia, ut numerus Londoniis confluentium multitudinem eorum qui ad Regis Coronationem paucis annis ante [3]concurrerant, excessive, multorum testimonio, superaret. Ipso vero die, summo mane, Rege cum proceribus et regni communitate locum ingressis, prout moris est, miles intrat armatus, insidens dextrarium decentissime phaleratum. Nam appel-

Preparations at Westminster for the duel.

---

[1] *viridicis* in the printed texts.

[2] *insueta* in orig. and Bibl. Reg. 13 E. ix.; *insuetum* in the printed texts.

[3] *confluxerant* in the printed texts.

A.D. 1380. lator debet ingredi [1]primum locum, defensoris præstolaturus adventum. Deinde, post aliquam horam vocatus est armiger ad defendendum causam suam, tali forma;—"Thoma [2]Katring-"tone, defensor, compareas defensurus causam tuam, pro qua "Dominus Johannes de Anneslee, miles et appellator, te publice "et in scriptis appellavit." Hoc autem,[3]tertio voce præconis [4]bellici factum fuit. Tertia vocatione completa, adest armiger, et ipse armatus, equitans dextrarium, stratum regaliter stramentis præferentibus arma dicti Thomæ. Qui mox, ut ad listas pervenit, descendit de equo, ne juxta consuetudines prœlii, Constabularius vendicaret eum, si limites fuisset ingressus. Sed nihil sibi [5]valuit astutia sua; nam equus, juxta listas discurrens, aliquotiens totum caput et pectus injecit ultra limites. Ob quam causam Constabularius, Dominus Thomas de Wodestoke, equum vendicavit, jurans se velle caput ejus habere, videlicet quantum inter listas de equo visum fuit; unde adjudicatus est ei equus. Sed hæc [6]expost; jam ad formam duelli revertamur.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The Constable claims and obtains the defendant's horse.

The Articles of accusation read.

Armigero itaque limites pedes ingresso, per Marescallum et Constabularium allata est indentura quondam coram ipsis confecta, consensu et voluntate partium, in qua continebantur articuli depositi contra eum per militem adversarium; et in omni audientia legebantur. Armiger autem, quem conscientia stimulabat, nitebatur exceptiones facere, ut quoquo facto sua causa purior effici valuisset. Dux vero Lancastriæ, cum vidisset eum tardare, et audisset eum exceptiones jam velle facere, publice juravit, nisi juxta conditiones duelli, et leges armorum, vellet admittere cuncta in indentura conscripta, quæ non sine ejus assensu confecta fuerant, quod mox tanquam proditionis reus ad suspendendum traheretur. Quo facto, Dux multorum sibi conciliavit gratiam, et partem infamiæ suæ antiquæ [7]detersit. At armiger, ut ista persensit, fatebatur se audere pugnare cum milite, non tantum in hiis casibus sed in omni casu mundi. Fidebat utique plus in robore fortitudinis suæ et favore amicorum, quam in causa quam susceperat defendendam. Erat enim magnus statura, cum miles inter mediocres minimus videretur; et habebat amicos potentissimos, Dominum de Latimer, Dominum de Basset, et plures alios, quorum nomina [8]sup-

The defendant attempts to take exceptions; which the Duke of Lancaster refuses to allow.

---

[1] *primo* in the printed texts.

[2] *de Katrington* in the printed texts.

[3] *ter* in the printed texts.

[4] *belli* in the printed texts.

[5] *valet* in the printed texts.

[6] *post* in orig.; corrected from the printed texts.

[7] *abstersit* in the printed texts.

[8] *supprimemus* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1380.

primimus ad cautelam; quorum interventu fulciri sperabat, si forte quicquam adversi passurus esset. Hujuscemodi occasionibus animatus, ingreditur locum pugnæ, et præmisso ab adversario suo, milite, juramento, prout moris est, et ipse idem juravit audacter, videlicet, quod causa, in qua pugnaturus erat, vera fuit, et quod non erat conscius ullius artis magicæ, per quam de adversario posset reportare victoriam; nec gestabat super se herbam, aut lapidem, nec experimenti genus, quibus solent malefici de hostibus triumphare.

Oath made by both combatants.

Quibus paratis, et ab utroque devote oratione fusa, pugnam ineunt; primo lanceis, deinde gladiis, postremo cultellis, rem agentes. Pugnatum est ergo diutius, donec omnia instrumenta bellica armigero subripuisset. Tandem armiger a milite virtuose prosternitur, et miles se preparat ad irruendum in eum; sed tamen, sudore decurrente per cassidem aliqualiter visu hebetatus, dum credit semetipsum projicere super eum, a latere corruit, armigero non appropinquans. Quod persentiens armiger, quanquam jam pene exanimis factus esset præ labore, se convertit ad militem,[1] [et, injecta manu super eum, semetipsum erigens super corpus militis, totum jecit; quo viso, diversi diversa loquebantur. Quidam asserabant jam militem] inferiorem existere, et ideo quantocius devincendum. Alii vero dicebant militem in proximo surrecturum, et victoriam de armigero habiturum. Interea Rex pacem clamari præcepit, et militem levari de terra. Quid multa? Mittuntur qui armigerum erigunt; sed cum pervenissent ad militem, rogavit cum instantia ut Dominus Rex permittat eum modo prætacto jacere, asserens sibi bene esse, et victoriam reportaturum, si armiger reponatur modo quo prius jacuit super eum.

Particulars of the combat.

Tandem cum miles non posset vota sua consequi in hac parte, permisit se levari de terra. Qui mox postquam levatus est, sine fulcimento cujusquam perrexit ad Regem alacriter: cum armiger, postquam levatus fuisset, sine sustentamento duorum hominum, nec stare, nec quoquam progredi, potuisset; et idcirco depositus in cathedra, se dedit quieti. Miles igitur, cum ante Regem venisset, rogavit eum et proceres, ut sibi illam concederent gratiam, ut iterum in loco quo prius, posset reponi, et armiger super eum; persenserat enim armigerum jam pene ultimum flatum emissurum, præ nimietate [2] [et laboris] et caloris, et armorum ponderositate, quæ sibi vitales fere spiritus

[1] Omitted in orig. and in the printed texts: supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. In the printed texts the reading is, *inferiorem existentem, et ideo, etc.*

[2] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: omitted in the printed texts.

A.D. 1380. subripuerant. Rex vero et proceres, cum vidissent militem tam animose, tam vivide, bellum repetere, et insuper magnam summam auri offerre publice ut id posset effici, decreverunt eum iterum reponendum, et armigerum super eum, modo universaliter servato, quo jacuerant ante prostrati. Sed interim armiger, deficiente spiritu, repente de cathedra corruit quasi mortuus, inter astantium sibi manus. Accurrunt ergo multi, hominem vino perfundunt et aqua; sed nihil omnino proficiunt, donec, detractis armis et omnibus indumentis, ad corpus usque nudatus fuisset. Quod factum et militem victorem probavit et armigerum esse victum. Post diutinam autem moram, paululum revixit spiritus armigeri, et apertis oculis cœpit caput erigere, et terribiliter unumquemque respicere circumstantem: quod ut nunciatum est militi, accessit armatus, quippe qui nihil deposuerat armaturæ a pugnæ principio, et alloquens eum, et proditorem et falsum appellans, quærit si iterum audeat duellum repetere. Illo vero nec sensum nec spiritum habente respondendi, clamatum est pugnam finitam, et ut quisque ad propria remearet. Armiger igitur, mox ut ad lectum delatus est, cœpit furere, et, in insania mentis perseverans, in crastinum, circa horam nonam, spiritum exhalavit. Actum est bellum præfatum septimo Idus Junii, communis vulgi gaudio, proditorum dolori.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Katrington is finally pronounced vanquished.

And dies on the morrow.

Exercitus Anglicanus equitat per regnum Franciæ, nemine resistente.

An army sent from England to succour the Duke of Bretagne.

Circa istos dies Rex Angliæ et ejus Consilium, validum conflantes exercitum, miserunt in succursum Ducis Britanniæ, qui pene ab omni spe exciderat resistendi [1]Gallicis, postquam audisset videlicet Dominum Johannem de Arundelia et ejus exercitum in mari, ut prædiximus, expertos tam dira fata. Præfecti sunt autem huic exercitui Dominus Thomas de Wodestoke Comes Bokynghamiæ, Regis avunculus, Dominus Thomas Percy, frater Domini Henrici Percy Comitis Northumbriæ, Dominus Hugo Kalverlee, Dominus Robertus Knolles, Dominus de Basset, Dominus Johannes Harlestone, Dominus Willelmus de Wyndeshore, omnes profecto viri, quibus singulis merito exercitus quisque committi posset, præ sapientia, fortitudine, et arte bellandi. Hii, [2]quia tutum non erat directo cursu ab Anglia in Britanniam navigare, propter galleyas

[1] *Gallias* in orig. and the printed texts: corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] *qui* in orig.; corrected from the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

observantes maris semitas, et propter paucitatem navium, quæ non plures simul ex eis transvehere poterant, elegerunt a Doveria et Sandwico ad Calesiam copias transferre, et ita per omnem Franciam equitare, donec Britanniam pervenirent; ne per longinquum mare sparsim trajecti, dispendia numeri suorum hominum piratarum paterentur incursu.

A.D. 1380. The English army passes by way of Calais into Bretagne.

Johannes Philipott, civis Londoniarum, in ista profectione laudem promeruit et honorem, qui et eis naves proprio labore conduxit, et gravatos ære alieno, propter longam juxta mare moram, ut assolet, præ expectatione navium aut ductorum, absolvit a debitis, creditoribus satisfaciens, [1][et] cautiones suis dominis restituens; qui loricas, laminas, cassides, galeas, arcus, lanceas, et alia armaturæ genera, pro victualibus vadiaverant; quibus necesse fuerat vel non transire, pro defectu, ut [2]prædicitur, armaturæ, præfato modo expositæ, vel certe inermes omnino proficisci. [3]Accepi utique ab ore ejusdem Johannis Philipott, quod mille loricas vel tunicas, quas vulgo "*jakkes*" vocant, redemerit de manibus creditorum. Profecti autem nostrates omnem Galliam circumequitando gyraverunt, patriam deprædantes in vastitate hostili, villas et prædia succendentes, et populum sine respectu [4]misericordiæ in ore gladii perimentes, donec ad confinia Britanniæ pervenissent, nemine eorum ausus impedire præsumente, de tam famoso regno. Tantus utique terror ipsos Francos invasit ut in amplissimo regno, in quo mille semper viri singulis ex Anglicano exercitu opponi potuerant, citius eligerent, more fœminarum, latebras se occultando quærere, quam glomeratim Anglicanis manipulis obviare. Tua sunt opera hæc, Christe, tua miracula, Jesu bone, cui potestas est dimicare, seu vincere, in paucis æque ut in multis; qui tibi famulantibus inter confertissimos hostes tutum iter præbes, et vindictam retribuis in hostes nostros; [5]tu enim fecisti, ut essent immobiles quasi lapis, donec pertransiret populus tuus, Domine, exercitus Anglicanus, qui non in superbia et in abusione regnum Franciæ subjugare laborant, sed in justitia et æquitate, et innocentia Regis sui, justi hæredis Francorum regni, confisi.

Great services rendered to the expedition by John Philipot.

The English lay waste the intervening districts of France.

Abject fear manifested by the French.

Capitur navis Scotica.

Per istud tempus viri de villa de Hulle et de Novo Castro super Tynam, communibus votis egressi, ad piratarum qui tum

[1] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

[2] *dicitur* in the printed texts.

[3] *Accepti* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[4] Omitted in the printed texts.

[5] *tū* in orig.

A.D. 1380.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Capture of a Scottish ship by the people of Hull and Newcastle-on-Tyne.

abundabant malitiam retundendam, fortuito cuidam navi de Scotia obviantes, cognito quod hostes essent in [1] ea, navem invadunt hostiliter, et occisis vel captis qui in eam concesserunt, ratem pertrahunt ad partes suas, cum bonis ad valorem septem millium marcarum æstimatis. Nec mora, hujus eventu rei cognito, Comes Northumbriæ, Dominus [2] Henricus Percy, citius advolat, et partem vel totum dictæ prædæ obtinere cupiens, Regis nomine præcipit, ne distractionem rerum ipsius navis facere præsumant sine ejus conniventia quovismodo. At Boreales, mox spiritum habentes in naribus, prout moris est illius gentis, satis incomposite, ore distorto, naribus præ furore vento repletis, turgide responderunt, cum summa indignatione latrantes, se mortis periculis obtulisse pro Regis regnique commodis, et per magna dispendia hostium bona ab ipsorum manibus extorsisse; nec debere eos, qui tantum laboraverant, ipsius arbitrio partes capere, sed potius ipsorum esset in divisione discretio, quorum fuerat in adeptione periculum; et idcirco, quantocius jubent illum recedere, ne cogantur in illum arma vertere pro rebus propriis; pro quibus iterum se fatebantur citius dare discrimen magis æquanimiter quam sufferre in earum divisione ejus arbitrium, qui in earum adeptione minime laboravit. Comes, hæc audiens, quanquam sitiens avide bona præfata, iratus valde discessit, imaginaturus contra eos malum, quos scivit sibi nihil in hac parte velle deferre.

The Earl of Northumberland makes a claim in the King's name; but ineffectually.

He obtains writs for seizure of the captors.

Adquisivit ergo brevia ad capiendum eos, tanquam sibi, et per consequens Regi, rebelles, quippe qui vices Regis ibidem gerebat. Sed interim, nec ipse, nec viri de Novo Castro, qui maxime sibi restiterant, gavisi sunt de præda; quin potius a desiderio suo fraudati, et ridiculose delusi, abalienati sunt retrorsum, bonis prædictis ab eisdem abductis cautelose, et ad alias partes transvectis.

The ship is finally seized by one of the captors, and carried off to the town of Hull.

Occasio hujus facti fuit.—Quidam de villa de Hulle, qui, ut præmittitur, in dicta profectione socius laboris fuerat, et postquam Comes præfatus, ut diximus, rerum divisionem petierat, nec obtinuerat, petiit a sociis sibi dari partes suas pro quibus laboraverat; timuit revera, si mora longior intercederet, quod nec ipse nec socii gavisuri essent bonis præfatis. Socii vero sui de Novo Castro et de convicinis locis responderunt, bona prætacta nondum partiri debere, præsertim cum nescirent quid Comes Northumbriæ contra [3] eos imaginaturus esset. Altercantibus autem illis pro hac causa, et exorta rixa cum

---

[1] *eā* in orig.

[2] *Henrici* in orig.; by inadvertence.

[3] *eos* omitted in the printed texts.

M.S. Bibl. Reg. 13 E. ix. verbis, postremo negantibus viro de Hulle quicquam de præda, recessit ad sua, et post paucos dies cum armata manu ex improviso adveniens, solvit navem cum bonis omnibus; et nullo audente resistere, revertitur ad villam de Hulle, infidis sociis spoliatis, et Comite supradicto a suo desiderio, cum sannis et cachinnis, excluso. A.D. 1380.

Hostes in Hibernia capiuntur.

Capture of French and Spanish enemies at Kinsale.

In festo Sanctæ Margaretæ Virginis, Franci et Hispani qui maritima loca Angliæ multipliciter infestaverant, et naves plures rapuerant, dum consueta suæ nequitiæ opera continuare contendunt, per viros de Occidentalibus partibus Angliæ, subito [1] super eos irruentes, coacti sunt quendam portum capere in Hibernia, vocatum "Kynsale" ab incolis; ubi, virtute et animositate Anglicorum et Hibernicorum, capti sunt duces eorum, videlicet Johannes de Verse, Admirallius et Capitaneus Franciæ, Johannes Perys de Verris, Johannes frater ejusdem, Gounsalue Martinus de Moterigo, Turgo Dominus de Morauntz, Dominus de Reych, Perys Martinis de Wermewe, Johannes Medite de Wermewe, [2] Seynich de Weillale, [3] Seniscallus de Wargario, Johannes [3] Seniscallus de Seynt Andiro, Cornelius de Sancto Sebastiano, Paschalus de [4] Byskey, Johannes Martynis Sopogorge de Sancto Sebastiano, et plures alii nominati, pluribus interfectis, quorum numerus se extendit ad quadringentos viros. Recepta sunt autem ibi vasa quæ ipsi nostratibus abstulerant, viginti etiam unum, majora et minora, cum quibusdam [5] e vasis eorum, scilicet quatuor bargiis et uno balingario. Evaserunt nostrorum manus ex Hispannicis quatuor, nominati Martinus Grauntz, Johannes Peris Montago, Johannes Husch de Gytario, et Gressie [6] et de Sancto Sebastiano.

Scoti capiunt Nundinas de Penreth.

The Scots ravage Westmoreland and Cumberland.

Hac æstate, Scoti navem, de qua locuti sumus, captam esse dolentes, Northumbrensibus vices rependere studuerunt, et similia pro similibus machinari. Ingressi namque cum populosa multitudine gentis rabidæ fines nostros, gentes West-

[1] *per* in orig.; corrected from the printed texts.

[2] *Seymch* in the printed texts; *Ceyniche* in Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] *Ceiniche* in Bibl. Reg. 13 E. ix.

[4] *Bykey* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[5] *e* omitted in the printed texts.

[6] *s de*, in Bibl. Reg. 13 E. ix.; apparently for *scilicet*. The passage is evidently defective.

A.D. 1380. marorum et Cumbrorum invaserunt, spoliarunt, et occiderunt, et, ultra progressi, de foresta de Ingelwode diversi generis animalia in Scotiam fugarunt, ad numerum, ut dicitur, quadraginta millium, ubique furentes, ubique cædentes, et quæ poterant flammis contradentes. Nec hiis contenti, nocte iter ingressi, furtive et repente super villam de Penreth irruunt, ubi tunc nundinæ celebrabantur multorum populorum frequentia, [1] [in] quo loco et occisis quamplurimis, multisque captis, cunctisque fugatis reliquis, congregatas asportant divitias, quæ nimirum cujuslibet cupidissimi exercitus aviditatem explere potuerunt. Deinde per urbem redeuntes Karleolensem, eam invadere decreverunt; sed tamen fama territi, quod nocte præcedente pene innumerabiles de appendicibus Comitatibus ad ejus defensionem occulte confluxissent, statuerunt quidem iter agendæ circa civitatem [2] prædæ, ne forte aliquo dolo circumventi, si ibi morari contingeret, partas manubias apud Penreth et in patria dimittere cogerentur: quod et factum est, sed tamen transeundo, per quosdam sagittarios Westmarorum et Cumbrorum, nonnullos ex suis amiserunt; unde contigit, ut cum metu prætereundo recederent festinanter, agentes tamen coram eis prædas captas, et in Scotiam traducentes.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

They plunder Penrith.

But forbear to attack Carlisle.

And, after experiencing some loss, return to Scotland.

The Earl of Northumberland is forbidden by the King to make reprisals.

Comes Northumbriæ pulsatus eorum injuriis, quippe cui amplius damni quam mille mercatus intulerant, dum ad arcendum eos, vel pro damnis damna parat reddere, per scriptum repente regium eis quisquam facere prohibetur. Unde cum festinatione veniens ad Consilium regale Londoniis, quærit quidnam hoc esse potest, quod inhibitum sit per Regis scriptum et regni resistere tam immanibus inimicis. Qui blande, mox accepto responso, et diem Marchiæ, quem annis singulis Angli simul tenent et Scoti, expectare jussus, recessit, nihil acturus usque ad diem præfinitum.

Villa Winchelse capitur.

Ravages committed on the sea-coast by the enemy.

Hac ipsa æstate galeæ jugi pervagatione per diversa littora plura damna patriæ irrogarunt. Nam vespiliones qui in eis erant, ubi custodiam deesse conspexerunt, egressi prædas agebant impune multotiens, et quandoque etiam villas injectis flammis combusserunt; sed more mergorum, ubi aliquem armatum advenire videbant, ad aquas præcipitanter [3] corruc-

[1] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

[2] *prædas* in orig. and Bibl. Reg. 13 E. ix.; *prædæ* in the printed texts.

[3] *cucurrerunt* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1380.

runt. Quos aliquando fortuna nostris obtulit; unde contigit ut quandoque octoginta, quandoque centum, simul intercepti, antequam ad mare pervenire possent, sagittis perforati, remorari coacti sunt.

They take the town of Winchelsea.

Inter quæ dedecorosa damna quæ patriæ intulerunt, villam de Wynchilsee ceperunt, et Abbatem de Bello, succursum eidem villæ præbere conantem, ad fugam cum suis omnibus compulerunt, capto quodam ex suis monachis, qui illuc cum cæteris armatus convenerat. Comes de Arundelia Ricardus, quem paternæ divitiæ et avita hæreditas sublimem effecerant, nihil horum minuere quovis pacto decernens, postposita pompa rei militaris et nominis, ne damna inferret claustris inexorabilibus, cum in partes suas prædicti nebulones ascenderent, cum notabili familia, sane incompetenti tali personæ, cum una lancea, ut usu vulgari loquor, egressus est, non ad terrendum hostes, sed eisdem præstandi animum ad vilipendendum Comitatus dignitatem et nobilitatem militiæ Anglicanæ; dum cernerent vel audirent quempiam e nobilioribus, ditioribus, et potioribus regionis, [1] cum tantilla familia egressum, non in occursum prædonum, et ut patriæ spem resistendi pareret, sed potius, ut vulgo ferunt, metum incuteret minoribus ipso sed melioribus; qui proculdubio eos satis viriliter arcuissent, si ipse timide non interposuisset manus suas.

Remissness, or cowardice, of Richard, Earl of Arundel.

Thomas Helton a carcere liberatur.

Sir Thomas de Heltone is liberated.

Per idem tempus, Dominus Thomas [2] [de] Heltone, pacta redemptione, a carcere liberatur in Aquitannia; qui domum rediens obviavit Anglicano exercitui, quem supra diximus in Franciam destinatum pro succursu Ducis Britanniæ: quem omnes Domini cum summa jocunditate susceperunt, et per dies aliquot cum eis detinuerunt. Qui medio tempore moræ suæ plura salutis monita dedit eis, et eosdem instruxit de multis præcavendis periculis; quæ eis expost, ut apparuit, non parvo momento fuere. [3]

Crudelitas Comitis Flandriæ.

Cruelties committed

Circa mensis Septembris initium, orta simultate inter Comitem Flandriæ et communes suos de Ypres et de Gandavo,

[1] *dum* in orig.; corrected from the printed texts.

[2] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts. See p. 342 *ante*, Note 3.

[3] A long passage in Bibl. Reg. 13 E. ix. is omitted here.

A.D. 1380. dum Yprenses convenissent ad tractandum cum magnatibus Comitis, repente venit Comes inopinate cum magna armatorum multitudine, et irruit super cives Yprenses, et occidit ex eis [1]octo millia virorum, adorsus fortassis facinus in seipso acrius puniendum. Deinde juxta naturam sui crudelis animi, e vestigio cingit urbem Yprensem obsidione; quam captam, mox succendit partem ex ea, partem, ad testimonium victoriæ suæ, intactam reliquit a flammis. Quadraginta vero de majoribus illius villæ decapitari præcepit, et totidem ad villam de Brugges direxit, carcerali custodiæ deputandos. Quibus feraliter perpetratis, commune vulgus convocat, et se illorum fore dominum superbe pronunciat. Quapropter mandat, de cætero caveant illi resistere, ne similem omnes pœnam incurrant, quam decapitatos diximus excepisse; sacramento affirmans, se vindicaturum in illos, si unquam sibi resistendum putaverint, ut in concives eorum ultus est, omnes generaliter plectendo sententia capitali. Præterea, [2]cum pulsaretur clamoribus relictarum fœminarum, quarum maritos obtruncaverat, quærit quænam sint, vel quæ causa clamoris earum. Cumque didicisset has [3][esse] relictas virorum morte [4]punitorum, mox, ut nihil plenæ deesset crudelitati, et has decapitari præcepit, mandans ut suis mittantur maritis, ne diutius in viduitate detentæ cogantur prolixius inaniter lamentari.

upon the people of Ypres, by the Count of Flanders.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

He besieges Ghent, the people of which place defy him.

Quibus gestis, Gandavum cum centum millibus de plebe sua obsidione vallavit; nam et illam urbem subvertere cogitabat, non solum quia rebellem judicabat eandem, sed ideo maxime, quia Gandavenses villam de Dindermoun igni succenderant, eo quod Comiti nimis favere visa fuit. Sed Gandavenses, nihil eum veriti, nec ejus exercitum metuentes, elevatis portis de suis cardinibus, et in medium forum villæ perlatis, latum iter sibi et suis, si intrare audeant, patefaciunt.[5]

De Rege Franciæ.

Death of Charles V., King of France.

Hac æstate Karolus, qui dictus est Rex Franciæ, qui et illud regnum post [6]perjurium occupavit injuste, maximus adversarius Regis Angliæ et Domini Urbani Papæ, concessit

[1] *ad octo* in the printed texts.

[2] *ad* in orig.; by inadvertence.

[3] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.; omitted in the printed texts.

[4] *punctorum* in the printed texts.

[5] A long passage is omitted here, that appears in Bibl. Reg. 13 E. ix.

[6] Apparently written "*perturium*" in orig.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1380.

in fata; a suis prius impotionatus, ut ferunt, satisque pœnitens de suscitatione belli injusti contra regnum Angliæ, et adhæsione Antipapæ. Qui, cum consilio suorum procerum, Ducem Burgundiæ, juniorem scilicet fratrem suum, constituit regni Francorum rectorem, antequam moreretur, eique commendavit parvuli filii sui omnisque domus suæ tutelam, eo quod infantulus nondum aptus fuerat ad regnandum.

The duke of Burgundy appointed guardian of his son.

Andegavensis autem Dux, major frater Karoli, post mortem ejus, ægre ferens [1]juniorem fratrem sibi prælatum, (nam ad ipsum ratione ætatis spectasset, ut asseruit, regni tutela), cœpit adversari manifeste sibi, adhærente suæ parti Domino de Clisson et nonnullis aliis de potentioribus regionis. Facta est dissensio publica atque notoria inter eos, ita ut pene plus timerent invicem alterutram crudelitatem, quam nostri exercitus Angliæ, qui tunc impune circum patrias equitabat [2]eorum, potentiam sive numerositatem. Dux tamen Burgundiæ, ut ostenderet se idoneum regni Custodem, jam tunc cum fratre confligere non reputavit expediens, quando cerneret nostrates circumquaque patriotas perimere, patriam vastare tam flamma quam gladio: quare collecta apud urbem de Troys, qua potuit, multitudine de tota terra præter terras Andegavensis Ducis et Domini de Clisson, quas scivit propter memoratam dissensionem sibi parere nolle, ad numerum fere quatuor millium armatorum, et de communi plebe magna multitudine, statuit nostratum impedire viam, eos in itinere præveniendo, ut quoquo pacto compelleret ad pugnandum. Quod ut nostris est compertum, decreverunt Francos præcedere sine mora, ne forte eis aliquod impedimentum contingere posset, si Gallici eos præcessissent: et factum est ita, collectique sunt nostri subito ante eos, non modicum mirantibus ipsis, quo modo nostratibus ita cito ipsorum consilium innotuisset. Cumque certam nostri elegissent stationem, [3]et armatos statuissent ordinate et pulchre dispositos per turmas suas, cariagium quoque, (quod [4]"sarcinas" appellamus) a tergo locassent, ecce! quidam ex Gallicis egressi sunt, transgredientes quandam novam fossam, quam iidem Gallici sibi fecerant pro sui exercitus majori tutamine, ad pugnandum contra nostrates; quos illico, sine grandi negotio, quidam [5][e] nostris fossam relinquere, et ad suos retrocedere, compulerunt, obtenta ex eis eadem fossa, et multis super eandem interfectis:

Jealousy manifested by his brother, the Duke of Anjou.

The Duke of Burgundy collects a force to meet the English.

The French are repulsed near Troyes.

---

[1] *minorem* in the printed texts.

[2] *eorum* omitted in the printed texts.

[3] *ut* in orig. and in the printed texts: corrected from Bibl. 13 E. ix.

[4] *garcinas* in the printed texts.

[5] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

A.D. 1380. quod factum Gallicis mox pavorem incussit, adeo quidem grandem ut amplius dictam fossatam egredi non auderent. Cives autem urbis de Troys tantus metus invasit, ut sine mora, collectis quibusque de rebus pretiosissimis, ad partes alias pavidi transmigrarent: credebant namque nostros repente irruituros super eos et eorum urbem, quam rebantur nullo modo custodiri posse contra eos. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The English move on towards Bretagne.

Nostrates vero, post prædictum certamen per aliquot horas expectantes in loco, cum nullum e Gallicis ulterius eos infestare vel impetere velle percepissent, sine magno damno cum victoriæ gloria recesserunt, diutius ibidem immorari caventes; immo quam maxime, quia nesciebant qualiter res cum Duce Britanniæ, in cujus adjutorium missi fuerant, se haberent; quanquam fortassis, si [1] post prædictum conflictum vel Francos impetere vel dictam urbem invadere decrevissent, magnum eisdem commodum excrevisset tali facto. Sed amor Ducis, et [2] invictum mandatum quod acceperant ad festinandum ad succursum suum, eos a tali proposito averterunt; qui tamen tam periculosa itinera peragrasse, tam confertos hostes et loca hostilia penetrasse, tantos labores non consummasse sed inchoasse, in adventu et approximatione Britanniæ cognoverunt.

Equivocal conduct of the Duke of Bretagne.

Enimvero Dux, cujus amoris intuitu hæc omnia [3] tentavere, vel inductus metu vel allectus mercede, in partem consenserat adversam per ante, ut multis constaret sanioris capitis, cum magis timore quam amore Anglicis [4] videtur impendere gratiam vel favorem; si tamen "gratia" sive "favor" sunt dicenda, quæ vel ab invito vel coacto quovis pacto extorquentur. Jam nunc vel sero saltem cognoscere possunt Anglici suam protervam et indisciplinatam imprudentiam, et stultitiam infrænabilem, qui, [5] omni credentes spiritui, sensum, vires suas, atque substantiam, in omnem ventum dispergentes, et velut metuentes ne terra sua habitatores ejus devoret, eosdem emittunt, qui defensio, protectio, et juvamen esse possent, in mari vel peregrinis regionibus consumendos. Et dum magis cavent alienis periculis, ipsi jacturam irrecuperabilem patiuntur, et periculis se exponunt, ipsorum more qui, vitantes Scyllæam voraginem, in Charybdim impingunt.

---

[1] *potest conflictum*, in orig.; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

[2] Sic in orig. and Bibl. Reg. 13 E. ix.; perhaps an error for "*stric-* "*tum*."

[3] *tempture* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[4] *videntur* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[5] *omnium* in the printed texts.

MS. Bibl Reg. 13 E. ix.

A.D. 1380.

Losses suffered by the English in his cause.

Quis enarrare poterit quanta dispendia, quantos luctus, mors Domini Johannis de Arundelia, et nobilium perditio qui cum eo similem sensere fortunam, invexit incolis Anglicanis? Quæ plaga regionis, quæ provincia, quæ civitas sive villa, quenquam non amisit in illa infausta expeditione, in quam de toto regno valentiores convenere? Puto nullus aut rarus angulus in tota terra vacavit a luctu; ubi non mater filium, vel uxor maritum, aut quis affinem vel cognatum in ipso naufragio se doluit amisisse. De substantia rerum pretiosarum amissarum, sine pecunia qua pauperes apporiati sunt et terra depauperata, pro illius exercitus exhibitione, silendum existimavi; cum anima sit plus quam esca, et corpus quam vestimentum, cum insanabilis sit plaga terræ tot fortibus morte percussis, tam generosis perditis, tam probis submersis. Et tamen, hiis omnibus non obstantibus, adhuc insensata patria iterum militiam legere, iterum expensas parare, iterum optimos et probatissimos regionis dubiis fatis committere, non veretur. Ecce enim! in expeditionem Britannicam emittitur simul fere tota nobilitas, [1] [et] ad hostes manifestos et publicos, privatos et dubios, destinatur; quæ si non magis divina cura quam patriæ suæ fide fota fuisset, forsitan nunquam patriam revidisset; presertim cum hinc Gallici, certi hostes, illinc Britones, dubii vel occulti, in circuitu eorum constituti, dolos et malitiam, insidias et fraudem, jugiter meditantes, eos quovis pacto prodere vel circumvenire tentabant. Nam quotiens a Francis, dum per totum regnum Francorum audacter equitabant, dum vastabant patrias flammis atque ferro, dum quicquid libuit pro voluntate, in ipso itinere versus Britanniam, disponebant, ibidem insidias occultas et manifestas sunt perpessi, dicere longum foret.

Hardships endured by the English army.

Novissime Britanniam subintrantes, et cuncta reperientes ibi confusa, Ducem dubium, et instabilem, et nutantem, incolas perfidos et fraudulentos, quis diffidere poterit, eos in maximis periculis constitutos? Et quod magis est hiis omnibus, suæ gentis propriæ perpessi proditionem, dum mox, ut terram Angliæ sunt egressi, derelicti velut mortuus a corde, e vestigio pacta confracta, promissiones infectæ, et pene omnis spes auxilii est subtracta. Unde nisi Dominus [2] custodivit eos propter vitæ munditiam, cordis innocentiam, quibus effulsere qui ductores fuerunt hujus exercitus, nunquam terram propriam reintrassent. Nempe campi-ductores hujus turbæ, non, ut plerique cæteri qui duces ante eos fuere, patriam passi sunt

Exemplary conduct of the troops.

[1] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: omitted in the printed texts.

[2] *custodivisset* in the printed texts.

A.D. 1380. deprædari propriam [1] in egressu suo, non maledictiones pauperum incolarum plebem ad prœlia processuram [2] siverunt promereri, sed potius quicquid favorem, gratiam, benevolentiam totius populi invitaret in terra, antequam ingrederentur maris alta, agere studuerunt. In Francia quoque constituti, cum pene per totum regnum Franciæ ipsi, invitis Gallicis, illæsi transissent, adeo ut nullum e suis per totum illud iter perdiderunt, in tanta felicitate nullatenus obliti sunt Dei sui, sed Regi et proceribus, et omnibus religiosis Angliæ, preces devotissimas litteraliter direxere, ut orationes continuare, processiones pro eisdem facere, et alia pietatis opera exercere, dignarentur. Contigit ergo, ut felici fine, [3] quanquam in propria regione, quamvis in terra hostili, insidias paterentur, benedictus Deus, cui placere comprobata sunt ipsorum opera, cuncta conclusit, et ad propria cum salute, cum honore, gratiose reduxit.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Final safety of the expedition.

Immediately on their arrival, the Duke of Bretagne takes measures for the departure of English.

Et quidem fuit ipsorum gratiosa regressio, qui ubi amicos reperisse initio putavere, hostes familiares, Britones videlicet, repererunt. Ipse etenim Dux Britanniæ, pro cujus amore, ut præmisimus, Anglia tot valentes amisit et nobiles; pro quo, illis omnibus non obstantibus, isti tam periculosa itinera transierunt, ut opem ferrent eidem; in ipsorum adventu, mox ut ad eum pervenere, colloquio cum illis habito, de eorum recessu, non de mora, tractare curavit. Cujus inconstantiam ipsi mente librantes, et pericula quæ eis parabantur prævidentes, (nam per certos viros partis adversæ, qui eosdem [4] nimio diligebant amore, præmuniti, nisi cautius, et citius, atque subtilius, sibi providerent, quod universi, proditione mediante, vel interirent, vel saltem [5] vivi hostibus traderentur), oblatum ab eodem Duce aurum non modicum, ea conditione ut recederent, susceperunt; et ita, Deo volente et eos dextra sua protegente, ad propria sunt reversi, sine suo vel suorum damno vel læsione, excepto quod equos omnes vel in mari redeundo, vel in Britannia, perdiderunt; et præter illud, quod in obsidione quam fecere frustra circa Maumentensium civitatem, nonnullos valentes amisere: inter quos, nobilissimum militem Dominum Hugonem Tyrell, viderunt iniquis fatis succumbere; a quodam balistario trajectum [6] fuit.

Sir Hugh Tyrell slain.

[1] *ingressu suo* in orig. and the printed texts. Corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] *fuerunt* in orig.; corrected from the printed texts.

[3] Omitted in the printed texts.

[4] *immo* in orig.; *imo* in the printed texts. Corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[5] *vi* in the printed texts.

[6] *caput*, in place of *fuit*, in Bibl. Reg. 13 E. ix.; *fuit* and *caput* omitted in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Coronatio Regis Franciæ, et Tumultuatio Communium Parisiensium.

Hoc anno, mense Novembris, coronatus est filius Karoli, quondam Regis Francorum, in Regem, [1] parvulus admodum, videlicet decem aut undecim annorum. Post cujus Coronationis exacta celebria, cum universa fere nobilitas regni Franciæ Parisius convenisset, repente orta est seditio magna communis vulgi et tumultus; et murmur magnum excrevit inter proceres, eo quod totiens non tam apporiassent, quam despoliassent, patriam diversis taxis, quas "gabelas" appellant; jam exhibitas galliariis et nautis, qui nihil commodi regni contulerunt, jam diversis exteris, qui eos tutarentur et Anglis officerent, qui nihil profecerunt, jam dominis et regni proceribus, qui eos protegerent, sed in vanum; nam ipsi proceres, qui eis defensio fuisse debuerant, et ipsi patronis opus habebant, cum cernerent exercitum Anglicanum per totum regnum equitare, flammis et ferro quæque vastare, et nullum e suis non [2] tantum eisdem se obviare, sed nec quidem respicere ausum, sed quemlibet, more fœminarum, vel in urbibus vel castellis occultare. Quare pudendum fore dominis asserebant, quod in tanto regno, ubi tot nobiles, tot magnates, tot milites, tot bellici, esse debuerant, ut merito contra quemlibet de exercitu Anglicano decem de facili producere potuissent, quod nullus ex omnibus pro regno auderet se opponere, vel pro plebe. Pudendum insuper esse dicebant, quod pulchris pollicitationibus totiens populum falso circumvenissent, promittendo, si jam et jam tantum solvissent, se Angliam subjugaturos, si modo [2] tantum pendidissent, pacem habituros, et nullum ipsorum verum verbum stetisse; quin etiam, [3] nunc Anglos in medium eorum convenisse, et Francos meticulose domi residere, nihil omnino patriæ providere, sed universa Anglorum direptioni derelinqui. Quapropter scirent, proculdubio plebem nullatenus velle vel taxari vel taxationibus adquiescere; quin potius, relictis suo Rege et proceribus, qui continue eorum apporiationi studebant, ad Anglos se conferre, quos sciverunt magis placide dominaturos super eos quam Gallicos suos dominos naturales. Et talia conclamantes, vix manus poterant continere, quin in quosdam regios familiares et consiliarios injicerent manus suas. Duces igitur et magnates, cernentes populum exacerbatum, vim sibi timentes inferri,

A.D. 1380. Coronation of Charles VI. King of France.

Tumult at Paris, and grievances of the Commons declared.

The multitude is with difficulty appeased,

---

[1] *aut admodum videlicet* in orig.; *ætatis videlicet* in the printed texts. Corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] *tamen* in the printed texts.

[3] *tunc* in Camden's text.

A.D. 1380. plebem cum omni mansuetudine demulcentes, vix ad horam sedare vel compescere potuerunt. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

for the moment.

Igitur Rex et regni majores in quendam locum munitum se contulerunt, facientes illud Poetæ consilium:—

The King retires to a fortified place.

"Dum furor in cursu est, currenti cede furori;"

ibidem rerum eventum præstolaturi. Plebs vero, sequenti nocte cum furoris continuatione progrediens, domum cujusdam ex majoribus civitatis, cujus consiliis imputabant se totiens taxis vexatos fuisse, funditus diruerunt, et omnia ubique urbis loca perlustrantes, quotquot ex Januensibus galeiariis reperire poterant, immisericorditer trucidarunt; quoniam, ut ipsi asserebant, pene exhauserant sine fructu totam pecuniam regionis. Et revera grandis fuit summa, quam cotidie receperunt, quæ nimirum excrevit per dies singulos ad [1] septingentas quinquaginta libras, quæ per æquales portiones viginti quinque galeiis dividebantur; et quidem per tempus prolixum, ab initio mensis Maii, quo mense primo galeæ audent Occiduum sulcare oceanum, usque ad finem [2] mensis Augusti, post quem pertimescunt in nostro mari, propter procellas et turbines, immorari.

Excesses committed by the multitude.

Heavy outlay upon the French fleet.

Profectio Ducis versus Scotiam, et depauperatio regni.

Dux Lancastriæ Johannes, sæpius nominatus, per hoc tempus ad infestandum Scotos perfidos et rebelles, mittitur in partes Boreales, cum decentissima satis turba, ad exturbandum, si expediret, totum regnum Scotorum. Occasio profectionis istius extitit Scotorum irruptio turbulenta, dum, ut præmittitur, satis inhumane partes Cumbrorum et Westmarorum, necnon villam de Penreth, hostiliter invasissent. Sed quid Dux ibidem tractavit, quam fructuosa ejus profectio fuerit, conjicere poteris [3] ex universis [4] [suis] profectionibus anteactis; nam Scoti, versipelles et falsi, post ejus tractatum, (licet elaborasset pro pace, tam illorum quam [5] nostra quam maxime,) plura damna irrecuperabilia regno Angliæ irrogarunt. Nam, ut prætermittamus plurima, Scoti nos non solum deceperunt sed *deriserunt.*

The Duke of Lancaster proceeds against the Scots.

And is finally deceived by them, under a show of making peace.

*Eo tempore vastata fuit pene provincia Northumbrorum nostri exercitus hospitatione; in tantum, ut provinciales jura*mento firmarent, magis æquanimiter adventum Scoticani exer-

Hardships inflicted on the Northumbrians

---

[1] *septingentes* in orig.

[2] *mensis* omitted in Camden's text.

[3] *pro* in orig.; corrected from the printed texts.

[4] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

[5] *nostratium* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1380.

citus pertulisse, quibus legaliter sive licite poterant restitisse, quam Anglorum adventantium ea vice, de quibus, reverentia cognitionis et patriæ, necnon metu legum, non poterant vindicari. Post idicirco apporiatam patriam, post expensam incredibilem auri summam, videlicet undecim millium marcarum per ante collectarum de communi plebe, reversus est exercitus, nil boni reportans patriæ, præter equos quos susceperat ad usus proprios, comparatos a Scotis ea vice.

By the presence of the English army.

Litteræ repertæ contra Radulphum de Ferrariis.

Certain treasonable letters traced to Ralph de Ferrers.

Hiis diebus, quos inanes duxit nostra militia, quidam pauper inventas litteras quasdam sigillatas attulit Johanni Philipot; qui, convocatis sociis civibus, unam aperiens, patriæ proditionem legit in ea, et, sigillo exteriori inspecto, cognovit fore sigillum Radulphi de Ferrariis militis, qui inter regios consiliarios fere tenuit primum locum; moxque alias quatuor litteras, eodem firmatas, primo regni Cancellario, deinde Regi, defert. Quibus inspectis, et signo Radulphi cognito, necnon considerato quibus personis directæ fuissent, Rex, Regisque quod pro tunc aderat Consilium, plurimum admirati sunt; et eo præcipue quod miles tam senex, in quo etiam magna spes patriæ sita fuit, proditionibus inserviret. Namque directa erat una ex ipsis Bartrando Cleykyn, alia Bruero de la River et Franciæ Camberlano, una vero Domino de [1] Clysson, et una patrono galeyarum et duci Francorum et Hispanorum exercitus; qui eodem tempore per diversa loca maritima remigantes, plurima damna patriæ inferebant. Continebant adeo profunda Regis et regni consilia, ut nulli veniret in dubium [2] alium quam Radulphum Ferrers, vel talem, qui privato Regis Consilio assistebat, potuisse vel imaginasse, vel scivisse, vel talia denudasse.

Igitur, cum summa festinatione missi sunt quidam milites, cum dicto Johanne Philipott, ad Ducem, qui tunc (ut prædiximus) ad tractandum cum Scotis in partes concesserat Boreales, cum quo etiam et Radulphus de Ferrariis eadem tempestate fuit: sigilli vero impressionibus Duci secrete monstratis, vocatus est Radulphus de Ferrariis, et sigillum proprium monstrare jussus. Collatione ita facta impressionum, compertum est nihil omnino differre: ad cumulum etiam majoris suspicionis, fatebatur idem Radulphus se nulli commisisse sui sigilli custodiam per tres annos anteactos; unde [3] visus fuit

He is charged with the crime, and imprisoned.

---

[1] *Glysson* in orig.; corrected from the printed texts.

[2] *aliud* in orig.; corrected from the printed texts.

[3] *visum* in the printed texts.

A.D. 1380. hiis qui tunc aderant, satis manifeste convictus. Præcepit cum Dux arestari, et in castello Dunelmensi servari; [1] reversisque ad Regem, quos diximus hac de causa Ducem petisse, missa sunt ad eum verba consolatoria, mandantia ne concideret in hoc casu vultus ejus, sed esset forti animo, sciens pro certo se nulla damna passurum pro præmissis. Unde mox, ut talia plebi fuere cognita, contra Ducem multa dixerunt verba acerba plena contumelia. Sed qualiter idem Radulphus evaserit, sequens, quod scripturus sum, Parliamentum declarabit. Idem Radulphus de Ferrariis [2] per Barones quatuor, qui Parliamento proximo interfuere, manucaptus est, donec per magis evidentes rationes suam innocentiam declarasset.

An encouraging message is sent to him. For which the Duke of Lancaster is censured.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Comes Sancti Pauli ejicitur.

The Count de Saint Pol is covertly expelled from England.

Comes Sancti Pauli Wallerannus, qui cum conjuge sua Johanna Courtenay, sorore Domini Regis Angliæ, paulo ante egressus est de terra, vel, ut verius asseritur, expulsus est in propriam regionem propter sua facinora, sine strepitu tamen, ne persona regia dehonestari potuisset per eum qui tam [3] arta affinitate eidem conjunctus fuerat; mox ut aerem attraxit proprium, more gentis suæ, prodere voluit se non ex corde cum Anglicis ambulasse, sed ficte potius et dolose. Revera nacta mox opportunitate, ut pervenit ad propria, magnates Francorum adiit, qui novo Regi astiterunt, filio scilicet Karoli supradicti, qui ejus negotia Regi Regisque Consilio promoverent: nec mora, gratanter ab universis admissus, Regis Camerarius est effectus, factusque est adversarius publicus, ita ut cunctis constaret Anglos ex eo fovisse [4] cocticum.

He joins the King of France; and is made Chamberlain.

Flandrenses faciunt pacem.

The people of Ghent make peace, for a time, with the Count of Flanders.

Flandrenses videlicet de Gandavo post multa ac damnosa litigia, post diutinam obsidionem, sed inanem, post cædes ac mortes quibus [5] affecti sunt, et patriotas ex parte Comitis affecerunt, quibus et superiorem manum continue reportarunt, id Comite postulante et obsidionem dissolvente, pacem fecere cum eodem; sed modico tempore duraturam.[6]

---

[1] *reversusque* in orig.; corrected from the printed texts.

[2] *et* in orig. and the printed texts. Corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] *ante* in orig.; corrected from the printed texts.

[4] *serpentem* in the printed texts.

[5] *effecti* in orig.; corrected from the printed texts.

[6] A passage in Bibl. Reg. 13 E. ix. is omitted here.

Parliamentum apud Northampton.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Circa festum Sancti Martini, nutu quorundam consiliariorum, contra voluntatem, et citra consensum, pene cunctorum regni magnatum, et præcipue contra voluntatem Londoniensium, coactum est Parliamentum apud Northamptoniam; eo quidem omnibus magis grave quod contra hyemem et in tali loco fuit celebrandum, ubi nec [1] copia focalis facile potuit reperiri, nec hospitia apta tantæ turbæ. Causa vero, quare prædicti consiliarii ibidem Parliamentum esse constituere, fuit appetitus ultionis, quam sumere [2] anhelarunt de Johanne Kyrkeby, qui fuerat interfector ipsius Januensis mercatoris, de quo supra tetigimus in hoc libro. Revera consideraverunt animositatem Londoniensium, cogitaveruntque, prout erat futurum, si Londoniis Parliamentum fieret, nequaquam Londonienses passuros eundem J. Kyrkeby pro occisione prædicti Januensis morte puniri; quin potius, si talia Londoniis tentare conarentur, sibimet periculum imminere.

A.D. 1380. A Parliament held at Northampton; against the wishes of the citizens of London.

Unde, præhabito secum consilio, ut præmisimus, Northamptoniæ Parliamentum fieri procurarunt; in quo nimirum Parliamento, [3] et trahi et suspendi fecerunt eundem Kyrkeby, Londoniensibus universa cernentibus; et novam taxam ad opus Regis, et eorum præcipue qui nuper, cum Domino Thoma de Wodestoke, per Franciam in Britanniam Armoricam missi sunt, coegerunt exigi; scilicet de quolibet sacerdote religioso dimidiam marcam, et tantum de unaquaque fœmina religiosa: de sacerdotibus quoque sæcularibus tantum, et ex singulis capitibus regionis, virorum scilicet conjugatorum et non conjugatorum, ac etiam mulierum, duodecim denarios, non sine diris imprecationibus levari fecerunt; quod quidem factum causa fuit inauditi mali in terra, ut ex posteris elucescet.

John de Kyrkeby executed for the murder of the Genoese Merchant.

A new tax levied,

The cause of unheard-of misfortunes.

Novus annus.

Anno Dominicæ Incarnationis millesimo trecentesimo octogesimo primo, qui est annus regni Regis Ricardi, a Conquæstu Secundi, quartus, post festi Natalis Domini gaudia celebrata, coactum est Consilium Londoniis, in quo absolutus est ab officio Thesaurarii Dominus Thomas Brantingham, Episcopus

A.D. 1381. Sir Robert Hales appointed Treasurer.

[1] *copiam . . . . reperire* in the printed texts.

[2] *avebant* in the printed texts.

[3] *et* omitted in the printed texts.

A.D. 1381. [1]Exoniæ, et subrogatus est Dominus Robertus Hales, Magister Hospitalis, miles in primis magnanimus atque strenuus, sed qui non placeret communitati. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Carracks arrive at Southampton, laden with spices and wines.

Circa præsens tempus advectæ sunt [2]trieros Southamptoniam, quas "caricas" alii vocare solent, refertæ multi generis speciebus et vinis, aliisque divitiis, quæ non modicum profuerunt incolis universæ terræ tempore Quadragesimali.

Deliramenta Johannis Wickliff.

Doctrines promulgated by John Wyclif.

Eodem tempore, ipse vetus hypocrita, angelus Sathanæ, Antichristi præambulus, non nominandus "Joannes Wicliffe," vel potius [3]"Wykbeleve," [4]hæreticus, sua deliramenta continuans, visus est absorbere Jordanem, et omnes Christianos mergere in abyssum: reassumens quidem damnatas opiniones Berengarii et Oklefe, astruere laboravit, post consecrationem in Missa a sacerdote factam, remanere ibidem verum panem et vinum, ut fuere per prius, Christum ibidem, ut ubique, assistere, sed specialius, et non plus valere panem illum quam alium, nisi solum propter benedictionem a sacerdote datam. Quinimmo si ibi esset Corpus Christi, asseveravit in fractione se posse frangere collum Dei sui. Affirmavit præterea Christianos errare in veneratione illius Sacramenti, quod panem esse dicebat et rem inanimatam; et potius venerandum esse bufonem, vel quodlibet animatum, quam illud, quia multo præstantiorem esse fatebatur rem animatam quam quæ carebat anima: et talia delirando multos seduxit in eundem errorem.

Factum horribile Militis de Corpore Christi.

Profanity committed by a certain Knight of Wiltshire.

Unde, quidam miles de Comitatu Wyltesiriæ, juxta Saresburiam, nomine et cognomine "Laurentius de Sancto Martino," non dissimiliter seductus, cum instante festo Paschæ vivificum Sacramentum sumere debuisset, petiit a sacerdote suo, ut in Vigilia ipsius festi sibi daret Communionem Sanctam; qui juxta vota, post Missarum solemnia, obtulit quod petebat. Miles vero, post datam a sacerdote hostiam, illam manu recepit, et continuo surgens, ad domum suam, portans Corpus

---

[1] *Oxoniæ* in orig.; corrected from the printed texts.

[2] *tyeres* in orig., *tieres* in the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] *Wikhebeleue* in Bibl. Reg. 13 E. ix.; *Wichebeleue* in the printed texts.

[4] *ne hereticus* in orig.; the scribe having probably mistaken the last syllable of the preceding word in Bibl. Reg. 13 E. ix., which stands by itself, for an independent word.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1381.

Dominicum, properavit. Sacerdos igitur, præter solitum videns militem delirare, et [1] [ipse] mox insequitur, clamans et adjurans ne tantam injuriam faciat sacramento, sed illud sibi restituat, vel Christianorum more honorifice tractet et sumat: sed nihil omnino preces illius profecere, vel clamores, quin miles illud, excluso presbytero, adhibitis ostreis, divideret, et partem cum ostreis, partem cum cepis, et partem cum vino, deglutiret; affirmans quemlibet panem apud domum suam tanti esse valoris, quanti fuit ille quem sumpsisse tali modo gaudebat. Famuli vero sui, qui de tam horrendi facti novitate stupuerunt, hæc omnia exteris retulerunt. Sacerdos igitur parochialis, quem stimulabat nimia amaritudo mentis ob tantum scelus commissum a milite, Saresburiensi Episcopo, Magistro Radulpho Ergom, cuncta per ordinem inordinate patrata narravit. Episcopus autem mox militem citari mandavit; quem comparentem et factum nullatenus abnegantem, admonuit, quia vir in illis partibus magnæ æstimationis fuerat, ut, domum rediens, diversos sibi notos clericos aggregaret, et cum illis de ipsa re tractatum haberet, si forte divinitus respectus interim gratiam consequeretur salubrius sentiendo de præfato Sacramento, comparitur interim certo die coram Episcopo supradicto: quod et factum est, et die præfixo rediens, juxta doctrinam clericorum, qui ad eum confluxerant [2] hujus rei gratia, confessus est se male sensisse de Sacramento altaris, multumque peccasse in dehonestatione Sacramenti: quare ab Episcopo et cunctis qui aderant, veniam suppliciter deprecatus est.

The Bishop of Salisbury takes cognizance of the fact.

The Knight sues for pardon.

Episcopus ergo, ejus videns conversionem, et attendens humilem confessionem, in partem pœnitentiæ injunxit eidem erigere Sarisbiriæ, in loco [3] publicano, crucem lapideam, in qua per ordinem tota series hujus rei sculperetur; et ut singulis feriis sextis vitæ suæ, discooperto capite, nudis pedibus, in sola interula et femoralibus, ad eandem crucem veniret, et coram ea totius facti peccatum publice et per ordinem, flexis genibus, fateretur: aliasque injunxit ei pœnitentias, tam publicas quam privatas, quas longum foret huic paginæ commendare.

Which is granted by the Bishop on certain conditions.

Hæc idcirco scripsi plenius, ut omnibus elucescat, quanta mala bestia quæ [4] ascendit de abysso, collega Sathanæ, Johannes Wyclyff, sive Wikkebeleve, seminavit in terra.

His crime ascribed to the doctrines of Wyclif.

---

[1] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: omitted in the printed texts.

[2] *in hujus rei gratiam* in the printed texts.

[3] *publico* in the printed texts; in an abbreviated form in Bibl. Reg. 13 E. ix.

[4] In allusion to *Revelations* xi. 7.

A.D. 1381.

Adventus Cardinalis in Angliam.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A Cardinal arrives in England, to negotiate a marriage between the King and the Emperor's sister.

Pileus, tituli Sanctæ Praxedis, Presbyter Cardinalis, per istud tempus venit in Angliam, cum Duce Tarsiliæ et multis nobilibus ex parte Imperatoris, locuturus de conditione matrimonii contrahendi inter sororem ejusdem Imperatoris et Regem Anglorum, et regnum de inæstimabili summa pecuniæ vacuaturus. Nam, ut asseruit, potestatem afferens inauditam, in brevi totum regnum ad ipsum [1] confluere fecit pro diversis gratiis impetrandis; revera diversa diversis beneficia contulit; indulgentias quas Dominus Papa concedere solummodo consuevit, et ipse concessit; biennales, triennales, confessionales litteras quibuslibet solventibus gratanter indulsit. Ad Capellanatum Domini Papæ tam possessionatos quam mendicantes admisit, nec aurum eorum respuit, qui notarii publici effici precabantur. Altaria quoque portatilia nulli pecuniam offerenti negavit. Quadraginta libras, cum aliis donis Cisterciensium, non repulit, [2] quin [3] gratiose concederet eis licentiam generalem vescendi carnibus extra monasterium indifferenter, ut in monasterio edere consueverunt. Excommunicatis gratiam absolutionis impendit. Vota peregrationis ad Apostolorum limina, ad Terram Sanctam, ad Sanctum Jocobum, non prius remisit, quam tantam pecuniam recepisset, quantam, juxta veram æstimationem, in eisdem peregrinationibus expendere debuissent. Et ut cuncta concludam brevibus, nihil omnino petendum erat, quod non censuit, intercedente pecunia, concedendum. Interrogatus autem in qua potestate [4] hæc faceret, cum summa indignatione respondit, se Romæ, si scire vellent ejus potestatem, omnibus responsurum. [5] Jam jamque adeo referti erant argento ejus sacculi, ut advenientibus ejus ministri respondere dedignarentur, nisi aurum afferrent, dicentes,—"Afferte nobis aurum; "argento enim vestro pleni sumus." Recessurus autem, aurum nec argentum post se nequaquam relinquere voluit; sed secum super summarios deferri fecit, ad tantam quidem summam, quantam nunquam Anglia in taxa vel talliagio semel pendere consuevit.

Enormous extortions practised by him, under various pretences.

---

[1] *confluxere* in orig. and Bibl. Reg. 13 E. ix.; *confluere* in the printed texts.

[2] *quum* in the printed texts.

[3] *gloriose* in orig. and the printed texts · corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[4] *hoc* in orig.; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

[5] *Jamque* in orig ; corrected from the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1381.

Profectio, seu Expeditio, in Portugaliam.

An expedition fitted out, in aid of the King of Portugal against the King of Spain.

Per idem tempus collectus est copiosus exercitus, Ducis Lancastriæ conniventia, qui in adjutorium Regis Portingaliæ mittendus fuerat contra Regem Hispaniæ, qui adversabatur eidem. Asseveravit enim idem Dux, expediens fore regno, ut illuc armatorum copia cum auri abundantia mitteretur; quatenus Rex Portingaliæ, qui pro eis miserat, majori caritate regno Angliæ et incolis regionis astrictus, maris prohiberet transitum apud Gades Herculis, quas moderni vocant "Stricta de Mar-"rachia," galeis quæ de necessitate per eum et ejus ibidem dominium transire, in adjutorium Gallicorum et Hispanorum, ad oceanum, id est, mare, infestandum Britannicum, vel Anglicum, debuerunt. Sic itaque et Angliam fore tutam, et prædicta duo regna, et præcipue Franciam, deludendam asseruit.

Constituti sunt duces et primarii hujus profectionis, Dominus Edmundus de Langelay, Comes Cantibrigiæ, Regis avunculus, Dominus Willelmus Beauchamp, Dominus [1] [W.] Botreus, et Dominus Matthæus Gournay, et alii plures milites quos non expedit numerare. Qui, mare transeuntes, feliciter quidem pervenerunt Ulixibonam civitatem, metropolim regionis, et a Rege gratanter sunt accepti. Sed præ paucitate sua ad lacessendam bello Hispaniam minus apti, tamen regno Portingaliæ plurimum profuerunt, quia satis fortes erant ad defendendum fines regni, et impediendum Hispanos, vel ne intrarent regnum hostiliter, vel pro votis damna incolis irrogarent. Hispani vero, putantes se plurimum profuturos si Ulixibonam obsiderent, in quam nostrates concesserant, adhibitis navibus et Hispanorum magna turba, urbem obsidione vallarunt; sed tunc datum est eis cognoscere virtutem Anglorum. Nam cum per multos dies urbem circumsedissent, et nihil præter verbera et cruenta vulnera lucrati fuissent, tandem, cum dedecore solventes obsidionem, ad propria recesserunt. Nostrates igitur, eorum cognoscentes ignaviam, plus animati sunt, et sæpius pro viribus et numero Hispanos irritantes, expectabant audacius in terra illa, donec fortassis ex Anglia plures bellatores mitterentur eisdem.

The Spaniards besiege Lisbon, which is successfully defended, by aid of the English.

De miseria quæ contigit Angliæ in Tumultuatione Rusticorum et aliorum Communium.

Circa tempus illud, Anglorum regnum, pro peccatis affligendum, magnum repente et inauditum cunctis sæculis sensit e suis membris dispendium emanasse; quod nisi Deus, miseri-

[1] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: omitted in the printed texts.

A.D. 1381. cordiarum Dominus, solito bonitatis intuitu citius compressisset, et regimen omnino destructum, et factum fuisset cunctis gentibus in sibilum et derisum. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Rising of the bondmen and peasantry in Essex.

Rustici namque, quos "nativos" vel "bondos" vocamus, simul cum ruralibus accolis in Estsexea, majora suis concipientes viribus, et spem habentes omnia subjicienda suæ stoliditati, conglobata multitudine, pro libertate tumultuare cœpere, et pares dominis effici, [1][et] nulli omnino alicujus de cætero astringi servitio, meditati sunt. Et ut efficacius sua vota perducerent ad effectum, mox ad quamlibet primo parvam villam viri tantum duarum villarum, qui auctores et primi motores hujus mali fuere, mittere curaverunt, ut omni excusatione postposita, omnes, tam senes quam florentes ætate, ad eosdem confluerent armis instructi, prout quisque poterat; scientes eorum bona qui venire supersederent, negligerent, aut contemnerent, dissipanda, domos conflagrandas vel deponendas, capita amputanda. Terribilis ergo comminatio cunctos coegit accurrere, ut aratri relictis negotiis, seminandique commoditatibus, uxoribus suis et prædiis, in brevi tantus coactus sit numerus, ut ad quinque millia recenserentur vilissimorum communium et rusticorum; quorum quidam tantum baculos, quidam rubigine obductos gladios, quidam bipennes solummodo, nonnulli arcus præ vetustate factos a fumo rubicundiores ebore antiquo, cum singulis sagittis, quorum plures contentæ erant una pluma, ad regnum conquærendum [2]convenere. Inter mille vero de talibus, de facili non videndus erat unus armatus, sed omnes, ut magnum numerum [3]confecere, credebant totum regnum illis resistere non valere. Ut autem majoris roboris firmamento lætari possent, Kantiam transmiserunt nuncios, qui [4]initos certificarent de illorum voluntate simul et proposito, et invitarent ad occurrendum eisdem pro libertate adquirenda, pro isto negotio contuendo, demum, pro regno regnique malis consuetudinibus immutandis.

They unite in great numbers,

And invite the people of Kent to join.

Similar rising in Kent.

Kantiani itaque, rem audientes votis per ante desideratam pluries, tollentes moram illico et ipsi, congregata non parva manu communium et rusticorum, eisdem commentis quibus diximus Estsaxones suas congregasse turbas, in brevi fere totam provinciam suam ad similem tumultuationem concitaverunt. Moxque vias omnes, quibus peregrinando itur Cantuariam, obsidentes, et peregrinos universos, cujuscunque conditionis existerent, arestantes, jurare compulerunt:—primo, ut

An oath violently extorted

[1] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

[2] *convenire* in orig., by inadvertence.

[3] *conficere* in orig.

[4] *eos certificarent* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Regi Ricardo et communibus fidelitatem servarent, et nullum Regem qui vocaretur "Johannes" acceptarent; ob invidiam videlicet Johannis Ducis Lancastriæ, qui propter maritagium filiæ Petri, quondam Regis Castellæ, et hæredis, se dicit "Regem "Castellæ." Et quod parati essent, quandocunque placeret pro eisdem mittere, ad veniendum et obviandum eisdem; et [1][quod] omnes concives vel [2]convicaneos suos inducerent ad tenendum cum eisdem; et nullæ taxæ de cætero levandæ in regno adquiescerent aut consentirent, nisi quintædecimæ quam patres et antecessores eorum solummodo noverunt et acceptaverunt.

A.D. 1381. from the pilgrims to Canterbury.

Itaque factum est, ut mox fama hujus facti in Suthsexiam, Comitatus Hertfordiæ et Cantibrigiæ, Suffolchiam, et Northfolchiam, repente diffunderetur; eratque magna [3]expectatio totius plebis, quid [4]sibi vellent hæc omnia, et quorsum tenderent cœpta tam audaciter; multis conjicientibus pro meliori futura, quibusdam timentibus ea in perniciem totius regni cessura. Divisionem namque regni præloquebantur talibus ausis evenire, et per consequens ejus desolationem et destructionem. Et cum acciperent indies incrementum hujuscemodi congregationes, et jam fere [5]factus fuisset eorum numerus infinitus, ita ut nullius resistentiam pertimescerent, cœperunt facta monstrare quædam quæ mente conceperant, et omnes et singulos juris terræ peritos, tam apprenticios quam senes Justiciarios, et cunctos juratores patriæ, quos apprehendere poterant, sine ullo respectu pietatis, capitis truncatione mulctare; asserentes non, priusquam illis occisis, terram ingenua libertate posse gaudere. Placuit iste sermo vehementer rusticis, et, ex minoribus majora concipientes, statuerunt omnes curiarum rotulos et munimenta vetera dare flammis, ut, obsoleta antiquarum rerum memoria, nullum jus omnino ipsorum domini in eos in posterum vendicare valerent; factumque est ita. Necdum evigilare voluere domini ad obviandum tantis nequitiis; sed velut stertentes, domi quiescentes immobiles permanebant, donec Kentenses et Estsaxones appropinquantes sibi unum conflassent exercitum, quasi de centum millibus communium et rusticorum. Currebatur ad eos revera ex omni parte ab hiis qui vel oppressi fuerant ære alieno, vel censuram juris timebant propter malefacta, et fiebat plebanorum conglomeratio,

The news reaches the adjoining Counties.

The insurgents put to death all persons connected with the law; and destroy the rolls and ancient records.

Inertness of the superior lords, until the people of Kent and Essex unite.

---

[1] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

[2] Apparently, *communicandos* in orig.; *convicaneos* in Bibl. Reg. 13 E. ix.; *consortes* in the printed texts.

[3] *conspectatio* in orig.; corrected from the printed texts.

[4] *si* in Camden's text.

[5] *factum* in the printed texts.

A.D. 1381. *They review their numbers on Blackheath.* quantam nullus meminisse potuit, vel audisse, [1]insimul convenisse. Cum tanta ergo frequentia ventum est ad locum vocatum "[2]le Blakheth;" ubi statuerunt turbam videre collectam, et sociorum multitudinem numerare. In quo loco dum constitissent, venerunt ad eos ex parte Regis milites, qui causam inquirerent commotionis eorum, et quare illuc tantum populum contraxissent. *Message sent by them to the King.* Quibus responsum est, se, pro certis causis et negotiis, ad habendum cum Rege suo colloquium convenisse, et debere eosdem nuncios regios remeare ad Regem, et intimare ei oportere eum omnino ad eosdem venire, ad audiendum desideria cordis eorum.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The King is dissuaded by his ministers from meeting them. Nunciatum est igitur responsum Regi, et suasum a nonnullis ut ad eos pergere festinaret. Archiepiscopus vero Cantuariæ, pro tunc regni Cancellarius, Magister Symon de Sutburia, et Dominus Robertus de Hales, Magister Hospitalis Sancti Johannis, tunc regni Thesaurarius, obnixe restiterunt talia suadentibus, dicentes nequaquam debere Regem adire tales discaligatos ribaldos, quin potius [3]disponendum esse aliter ad comprimendum superbiam ganconum. *The insurgents threaten the ministers; and reach Southwark.* Quæ cum audissent responsa vulgares, in furorem versi, juraverunt se regios traditores, Archiepiscopum scilicet, et Robertum prædictum, quæsituros, quo tutiores habere pedes se credebant, et eorum capita ablaturos. Et confestim iter versus Londonias arripientes, venerunt ad Suthwerk, et omnia loca repleverunt ibidem et in regione vicina. Major ergo Londoniarum et Aldermanni, metuentes urbi, portas mox claudere decreverunt; sed commune vulgus civitatis, et præcipue pauperiores, faventes rusticis, prohibuere Majorem a clausura portarum, inferentes vim, et mortem comminantes eidem, si id facere attentaret. Itaque factum est, ut per totam noctem sequentem, id est, [4]Vigiliæ festi Corporis Christi, libere gauderent exitu et introitu nebulones. *They obtain admission into the city of London.* Animavit communitatem Londoniarum, et etiam totius regni, ad favendum eis, quod asserebant eorum esse propositum regni tantummodo proditores scrutari, et postea cessaturos. Et eo majorem fidem adhibuere dictis eorum, quod nihil rapuerunt omnino, sed omnia emerunt justo pretio; et si quemquam reperissent in furto, capite privaverunt, tanquam qui fures maxime detestarentur.

In crastino autem, hoc est in ipso festo Corporis Christi, intrantes et exeuntes urbem, et de libertate adquirenda, de

---

[1] *insil* in orig. and Bibl. Reg. 13 E. ix.; *insulis* in the printed texts.

[2] *de* in orig.; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix. Omitted in the printed texts.

[3] *deponendum* in orig.; corrected from the printed texts.

[4] *Vigiliam* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1381.

proditoribus capiendis, et maxime de Duce Lancastriæ, quem inprimis odio habuerunt, cum simplicibus communibus Londoniarum verba serentes, in brevi pauperiores omnes in eorum vota fecere de facili conspirare. Cum autem eodem die sol altius elevatus incaluisset, et ipsi pro votis ubique vina diversa et pretiosissima pocula prægustassent, et facti fuissent non tam ebrii quam dementes, (nam Londoniarum majores et plebs communis cuncta cellaria illis aperta reliquerant), cœperunt cum simplicioribus civitatis multa tractare de proditoribus; et inter cætera se mutuo cohortati sunt, ut properantes Saveyam, hospitium Ducis Lancastriæ, cui nullum usquam in regno in pulchritudine et nobilitate potuit comparari, injectis flammis conflagrarent, ad diffiduciandum videlicet ipsum Ducem, quem proditorem vocabant, et metum cæteris proditoribus incutiendum. Placuitque statim sermo vulgaribus Londoniarum, et ipsi in primis fœdum reputantes, si quisquam Duci ante eos injuriæ aut damni aliquid irrogaret, illico velut amentes cucurrerunt, et, ignibus in gyro conjectis, destructioni loci vacabant. Et ut patesceret totius regni communitati eos non respectu avaritiæ quicquam facere, proclamari fecerunt, sub pœna decollationis, ne quis præsumeret aliquid vel aliqua ibidem reperta ad proprios usus servanda contingere, sed ut vasa aurea et argentea, quæ ibi copiosa habebantur, cum securibus minutatim confringerent, et in Tamisiam vel in cloacas projicerent; pannos aureos et holosericos dilacerarent, et pedibus conculcarent, annulos et alia jocalia cum lapidibus pretiosis imposita, mortariolis contererent, ut postea nullis usibus apta forent. Et factum est ita. Deinde, ut nullum genus dedecoris præterirent, quin Duci cuncta imaginabilia irrogarent, arreptum quoddam vestimentum pretiosissimum ipsius, quale "*jakke*" vocamus, et impositum lanceæ, pro signo ad sagittas suas statuerunt. Et cum parum damni inferre sagittando valerent, depositum securibus et gladiis confregerunt.

They become infuriated with drink, and burn the Savoy, the mansion of the Duke of Lancaster.

Active part taken by the lower classes of the Londoners therein.

Precautions taken that the Duke's property should be utterly destroyed.

Insults offered to the Duke.

Incenduntur Templum Barré et Domus Hospitalis Sancti Johannis.

Quibus perpetratis satis malitiose, etiam locum qui vocatur "Temple Barre," in quo apprenticii juris morabantur nobiliores, diruerunt, ob iram quam conceperant contra Robertum de Hales, Magistrum Hospitalis Sancti Johannis, de quo præfati sumus; ubi plura munimenta, quæ juridici in custodia habuerunt, igne consumpta sunt. Et amplius insanientes, illam domum nobilem Hospitalis Sancti Johannis de Clerkenewelle, inmisso igne, ardere fecerunt per continuos septem dies.

The Temple is destroyed by the insurgents,

And the Hospital of Saint John at Clerkenwell.

A.D. 1381.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The insurgents demand aid from the towns of Barnet and Saint Alban's.

Illucescente die Veneris, die iræ, die tribulationis et angustiæ, die calamitatis et miseriæ, nondum finitis Matutinis apud Sanctum Albanum, venere de villa de Barnet sub festinatione maxima, qui nunciarent communes mandasse, ut assumptis secum communibus villarum de Barnet et de Sancto Albano, cum armis quibus se defendere scivere melius, Londonias festinare properarent: sin alias, viginti millia eorum simul accessura ad incendendum villas præfatas, et eos cum potestate magna adductura. Res statim notificatur Abbati, qui timens eorum adventum, et damna ex eo secutura, confestim convocatis universis curiæ suæ famulis et villanis, Londonias festinare rogavit, ad mitigandum eorum malitiam, et impediendum adventum. Nec mora, villani festinant, et Abbatis armigeri, ad occurrendum eis, et Londonias iter accipiunt cum fervore. Dissimiliter tamen hii et illi, de Abbathia scilicet et de villa; quia nostrates ad proficiendum, villani vero ad officiendum, se pararunt. Cum enim ventum fuisset non procul a Londoniis, juxta prædium quoddam Magistri Hospitalis Sancti Johannis, cui nomen "Heybury," vident ibidem quamdam multitudinem, quasi viginti millium rusticorum et communis vulgi, qui, immisso igne in editissimas domos, quæ jam ardebant inextinguibiliter, nitebantur cum diversis instrumentis cuncta quæ incendio dissolvi non poterant, subvertere machinamentis solo tenus. Visi autem a quodam illorum ductore, qui vocabatur "Johannes Strawe," mox accersiti et coacti, fidem ei fecerunt quod Regi Ricardo et communibus adhærerent.

The Abbot of Saint Alban's deems it prudent to comply.

Oath of fealty exacted by John Strawe, one of the insurgent leaders.

A division of the insurgents arrives at the Tower.

Erant pro tunc turbæ rusticorum in tres partes separatæ, de quibus una pars vacabat, ut diximus, destructioni prædii supradicti. Alia juxta Londonias expectavit, in loco "le [1]Mile "Ende" vocato. Tertia vero occupaverat Montem Turris. Ea autem turba quæ prope Turrim erat, ita inverecunda et insolens habebatur, ut victualia Regis, quæ ad Turrim vehebantur, diriperet inverecunde. Et insuper, tanta agitabatur insania, ut Regem compelleret ad concedendum eis Archiepiscopum et Magistrum Hospitalis Sancti Johannis, aliosque in ipsa Turri occultatos, quos omnes proditores vocabant; alias sciret semetipsum vita privandum. Rex igitur, in arto constitutus, permisit eos in Turrim intrare, et loca secretissima pro sua voluntate nequissima perscrutari, [2]quippe qui nihil negare tute potuit quod petebant. Erant eo tempore in ipsa Turri sexcenti viri bellici, armis instructi, viri fortes et expertissimi, et sexcenti sagittarii, qui omnes,—quod mirum

Cowardice displayed by the troops in the Tower.

[1] *Milleende* in orig.

[2] *quippe* omitted in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1381.

est,—animo ita conciderant, ut eos magis similes mortuis quam vivis reputares. Mortua enim erat in eis omnis memoria quondam bene gestæ militiæ, extincta recordatio antehabiti vigoris et gloriæ, et, ut concludam breviter, emarcuerat a facie rusticorum pene totius Loegriæ omnis audacia militaris. Nam quis unquam credidisset, non solum rusticos, sed rusticorum abjectissimos, non plures, sed singulos, audere thalamum Regis, vel matris ejus, cum baculis subintrare vilissimis, et unumquemque de militibus deterrere minis, et quorundam nobilissimorum militum barbas suis incultissimis et sordidissimis manibus contrectare, demulcere; et verba modo familiaria serere de socialitate cum eisdem habenda de cætero, modo de fide servanda ipsis ribaldis, modo de juramento præstando, ut communiter cum eis regni quærerent proditores, cum ipsi manifeste proditionis notam devitare non possent, quippe qui vexilla et penicellos erigentes, tali modo cum armata manu pro modulo suo, scilicet modo prætacto, incedere non timebant? Et cum hæc omnia facerent, et, ut diximus, plerique soli in cameras concessissent, et sedendo, jacendo, jocando, super lectum Regis insolescerent; et insuper, matrem Regis ad oscula invitarent quidam; non tamen,—quod mirum dictu est,—audebant plures milites et armigeri unum de tam inconvenientibus actibus convenire, non ad impediendum manus injicere, nec verbis secretissimis mussitare. Intrabant et exibant ut domini, qui quondam fuerant vilissimæ conditionis servi; et præferebant se militibus non [1]tam militum, sed rusticorum, subulci. Quia, ut credimus, Deus Anglicis demonstrare voluit, quod non in fortitudine sua roborabitur vir, nec in arcu vel gladio fore sperandum, sed in Eo qui salvat nos de affligentibus nos, et custodientes nos sua misericordia et pietate confundere consuevit. Sed de istis hactenus; modo de hiis quæ gesta sunt [2][circa] Archiepiscopum, calamum dirigamus.

Outrages committed there by the insurgents.

De hiis quæ gesta sunt circa Archiepiscopum.

Cum ergo fatalis hora venisset, in qua manifestatum est divinam ultionem incubuisse regno Angliæ, rustici, ribaldi deperditissimi, ganeones dæmoniaci, patrem communem totius populi, Archipræsulem et Primatem, quæsituri, instinctu diabolico portas Turris, ut prætactum est, illi per vias glomeratim et cum clamore terrifico sunt ingressi; reperto vero

The insurgents demand Simon Sudbury, the Archbishop of Canterbury.

---

[1] *tamen* in the printed texts.

[2] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

A.D. 1381. quodam ibidem e famulis, imperant furibunde ut eos ducat ad locum in quo pius pater, quem proditorem nominaverunt, delitescebat. Is autem, eorum mandato contravenire non audens, deduxit eos ad Capellam; in qua, post celebratam Missam et sacram perceptam Communionem, Archiepiscopus orationibus insistebat. Nempe non inscius Archipræsul eorum adventus et propositi, totam noctem præcedentem duxerat in confessionibus orationibusque devotis; et ideo cum magna securitate eorum intrepidus expectavit adventum, frequentissime, tam in Missa sua quam post Missam ab eo celebratam, [1] moras eorum arguens tali modo;—"Quando," inquiens, "sunt "venturi? Deus bone, quid expectant? Jam enim tempus "esset, si Deo placeret, ut venirent."

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Resignation manifested by the Archbishop.

Cum autem eos adventantes audisset, cum magna constantia dicit suis;—"Vadamus modo," ait, "securi; præstat enim "mori cum non juvat vivere, neque enim ante in vita nostra "in tanta securitate conscientiæ mortui fuissemus." Et post pusillum ingressi tortores, clamaverunt;—"Ubi est regni pro- "ditor? Ubi communis vulgi deprædator?" Archiepiscopus vero, tanquam nihil omnino turbatus, ad clamores eorum ita respondit;—"Bene," ait, "venistis, filii; ecce! ego sum Archi- "episcopus quem vos quæritis, non proditor aut deprædator." Igitur eo viso, mox membra diaboli, injectis in eum manibus sceleratis, rapiunt de Capella, nullum deferentes honorem loco seu sacris altaribus, aut imagini Crucifixi quæ in summitate baculi ejus figurata erat, postremo nec Corpori Dominico, quod sacerdos coram eo tenebat: sed pejores dæmonibus, qui Christi Sacramenta verentur [2] et fugiunt, nihilipendentes Salvatoris præsentiam, trahunt per brachia, per caputium, per diversa loca ad eorum sectæ satellites, extra portas ad Montem Turris. Quo cum pervenisset, factus est clamor horrendissimus, non similis clamoribus quos edere solent homines, sed qui ultra omnem æstimationem superaret omnes clamores humanos, et maxime posset assimulari ululatibus infernalium incolarum. Qualibus etiam clamoribus usi in omni decapitatione cujuslibet, et prostratione domorum, quamdiu Deus permisit eorum nequitiam impunitam. Non tamen resonabant verba inter horrificos strepitus, sed replebantur guttura multisonis mugitibus, vel quod est verius, vocibus pavonum diabolicis. Cum itaque staret Archipontifex inter eos, ut diximus, circumdatus nebulonum millibus, et gladios cerneret circa caput ejus extractos in numero excessivo, mortem sibi minitantes, circumstantibus dixisse fertur;—"Quid est, carissimi

The Archbishop is seized, and carried out to Tower Hill.

Clamour raised by the multitude thereon.

The Archbishop

[1] *mores* in the printed texts.

[2] *ut* in orig.; corrected from the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1381.

"filii, quid est, quod proponitis facere? Quod est peccatum "meum quod in vos commisi, propter quod me vultis occi- "dere? Cavendum vobis est, ne, me interfecto, qui pastor, "prælatus, et Archiepiscopus, vester sum, veniat super vos "indignatio justi vindicis, vel certe pro tali facto tota sup- "ponatur Anglia Interdicto."

expostulates with the insurgents.

Vix hæc verba finire potuit, antequam horrisono clamore perstreperent, se nec Interdictum timere, nec Papam; solum superesse sibi ut collum submittat, qui falsus fuerat communitati et regni proditor, gladiis amputandum. Cernens autem Archiepiscopus sibi mortem indubitatam imminere, nec superesse viam evadendi, post plura piæ exhortationis documenta, post prædicata verba salutaria, ut erat vir eloquentissimus, et incomparabiliter ultra omnes regni sapientes sapiens, novissime, post remissam spiculatori qui eum decollaturus erat, quantum in ipso fuit, offensam necis suæ, ut plene videretur Salvatorem moriendo sequi, [1] qui Patrem pro persecutoribus exoravit, flexis genibus collum ferienti supposuit. Percussus vero in collo securi, sed non letaliter, apposita manu vulneri, ita dixit;—"[2] Ah! ah!" inquit, "manus Domini est." Nondum manum de loco doloris amoverat, et secundo percussus, summitatibus digitorum amputatis, et arteriarum parte, cecidit; sed nondum occubuit, donec octavo ictu miserabiliter mutilatus in collo et in capite, dignum, ut credimus, martyrium complevisset. Jacuit ibidem corpus ejus inhumatum toto illo die Veneris, in quo fuit festum Sancti Basilii, et in crastino, nemine illud audente tradere sepulturæ, propter metum irrationabilis vulgi undique debacchantis. Percussor ejus mox divinam sensit ultionem, in furiam actus et cæcitate percussus. Quidam etiam ex rusticorum turba, instigatus avaritia, nocte sequente ejus decollationem, latenter accessit ad corpus, ut annulum, qui in digito ejus fuerat, furtive detraheret.

He is then cruelly mangled, and beheaded.

Indignities offered to the body.

His executioner visited with insanity and blindness.

Quidam insuper, a multis annis cæcus, quem idem Pontifex diu ex eleemosyna sua sustentaverat, audita morte ejus et causa, fiducialiter petiit a Deo per ejus merita sibi visum restitui, et visum recepit. In sepultura sua, quidam de Doveria, qui jam duos annos in cæcitate transierat, per visum admonitus ad corpus venit, et ea nocte lumen sibi redditum fore gaudebat. Mulier quædam, quæ impregnata fuerat et parere nullo modo poterat, postulato ejus auxilio, eodem die deliberata est de tribus masculis puerulis, qui omnes baptizati sunt. Multaque miraculorum signa alia post ejus mortem divinitus sunt

Miracles alleged to have been wrought through his merits.

---

[1] *qui* omitted in the printed texts.

[2] *A a* in orig. and Bibl. Reg. 13 E. ix.: *Ah, ah,* in the printed texts.

A.D. 1381. ostensa, et divinæ ultionis [1]indicia manifesta, in eos qui vel mortis ejus auctores fuere vel in ejus necem voluntarie consensere, quæ in sequentibus, cum res et tempus postulaverint, inseremus. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Other persons slain with the Archbishop.

Interfecti sunt cum eo Robertus Hales, miles strenuissimus, Magister Hospitalis Sancti Johannis et regni Thesaurarius, et Johannes Leg, unus ex lictoribus regiis, et quidam frater de Ordine Francisci; ob iram scilicet et rancorem quem in Ducem gerebant Lankastriæ, Johannem de Gandavo, quia familiaris ei fuisse dicebatur. Decapitati sunt eodem die quamplures, tam Flandrenses quam Anglici, ob nullam quidem causam, sed ad explendum crudelitatem tunc dominantium rusticorum. Erat namque eis solemnis ludus, si quem apprehendere poterant qui eis fidem non fecerat, aut cum eisdem pari mente non gradiebatur, aut si quis ex ipsis quenquam exosum habuisset, repente tali detrahere caputium, cum clamore consueto, et mox in plateis certatim ruere ad decollandum eum; nec ullam reverentiam impendebant sacris locis, sed de ipsis ecclesiis et in [2]sanctuaria passim trucidabant quos odio habuerunt. A fido digno etenim referente, cognovi tresdecim Flandrenses violenter extractos fuisse de ecclesia Fratrum [3]Augustinensium, quæ sita est Londoniis, et in strata publica decollatos; et ab alia parochiali ecclesia in eadem urbe, decem et septem; qui omnes, spreta reverentia sanctuarii, Deique timore, quia tunc temporis ipsa turba maledicta hominem non verebatur, consimili mulctatione capitum fuisse peremptos.

Frightful excesses committed by the insurgents.

By advice of his Council, the King offers terms to the insurgents.

Cum idcirco tantas transgressiones perpetrari viderent Rex et qui de ejus Consilio fuerant, post repentinos tractatus et subitos, quia tempus illud diutinam non permittebat deliberationem, et maxime, quia omnes et singuli [4]confrænabantur de occisione Cantuariensis Archipræsulis et regni Thesaurarii, qui potissimi in regno fuerunt, et quia timebant, occisis majoribus, minoribus non esse parcendum; Dominus Rex, cum deliberatione Concilii quod tunc cum eo fuit, ut sedaret furorem qui tunc in cursu extitit, obtulit eis pacem, ea conditione ut cessarent ab incendiis domorum et dejectionibus, et hominum interfectionibus, et redirent ad propria, sine pluri, ibidem præstolaturi chartas confirmatorias pacis prædictæ. Quod Estsaxones libenter audierunt, eo quod jam pertæsi

Which are accepted by

[1] *judicia* in the printed texts.
[2] *sanctuariis* in the printed texts.
[3] *Augustinencium* in orig.
[4] *consternabantur* in the printed texts; *confrænabantur* in Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

diutini laboris, afficiebantur quodammodo [1] [domibus,] uxoribus, et liberis, revisendis. Statuerunt tamen quosdam ex ipsis, qui, [2] illis recedentibus, remanerent, pro chartæ regiæ adquisitione. Factumque est ut, recedentibus, remanerent Kentenses, tota nocte sequente.

A.D. 1381. the people of Essex, and they return home.

Ut Rustici disposuerant Londonias, concremasse.

Crastinus dies advenerat, quæ fuit dies Sabbati, dies Sanctorum Viti et Modesti, septimo-decimo Kalendas Julii, infra Octavas festi Corporis Christi, et ecce! Kentenses pene nihil remissius egerunt in omnibus sceleratis operibus, quam die fecerant præcedente; sed mortibus hominum, domorum dejectionibus, et incendiis, vacaverunt. Rex autem ad Kentenses misit, qui nunciarent socios recessisse, de cætero victuros in pace, et velle eis eandem formam concedere, si eis acceptare placeret. Ductor ergo eorum maximus, dictus "Walterus "Helier," vel "Tylere," (nam talia nomina sibimet imposuerunt [3] ex industria,) vir versutus et magno sensu præditus, si ingenium decrevisset bonis usibus adaptasse, pacem quidem se dixit amplecti, sed si conditiones secundum ejus arbitrium dictarentur. Decreverat utique Regem, Regisque Consilium, quia fortior illis esse videbatur, usque in crastinum cavillationibus suspendisse, ut nocte sequente suum perversum propositum liberius consequi potuisset. Cogitaverat etenim in ipsa nocte, quia cuncti communes pauperes, videlicet urbis Londoniarum, illis favebant, civitatem despoliasse, occiso prius Rege et majoribus sibi adhærentibus, et eam, quatuor locis injectis ignibus, conflagrasse. Sed qui superbis resistit Deus, humilibusque dat gratiam, non permisit ejus impias imaginationes et affectus ad finem usque perduci; sed gratiose et subito iniquum ejus consilium dissipavit. Cum enim [4] trina vice chartæ fuissent sibi conscriptæ, secundum formam quam in sequentibus demonstrabimus, et nulla illarum illi placere potuisset, novissime Rex destinavit ad illum quemdam e suis militibus, qui vocabatur "Johannes Newton," ut non tam invitaret quam rogaret eum, quia superbia ejus nota erat satis, Regi ad accedendum, et tractandum cum Rege de articulis pro quibus instabat suæ chartæ inserendis; de quibus unum inseram nostris Chronicis, ut legentibus constet clarius cæteros fore contrarios rationi.

The Kentish insurgents still persist in their excesses.

Designs of their leader, Walter Tyler.

Which are happily frustrated.

He is invited to confer with the King, as to the articles to be inserted in the Charter demanded by him.

---

[1] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

[2] *cum illis* in orig. and the printed texts: corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] *et ex* in orig. and the printed texts: corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[4] Incorrectly written *turma* in orig.; corrected from the printed texts.

A.D. 1381.

De Superbia Walteri Tyler.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Demand made by Tyler that all persons connected with the law shall be put to death.

Voluit namque, [1] ante alia, commissionem pro se et suis obtinuisse, ad decollandum omnes juridicos, escaetores, et universos, qui vel in lege docti fuere, vel cum jure, ratione officii, communicavere. Mente nempe conceperat, doctis in lege necatis, universa juxta communis plebis scitum de cætero ordinari, et nullam omnino legem fore futuram, vel si futura foret, esse pro [2] suo arbitrio statuenda. Fertur revera cum superbia magna dixisse, pridie quam ista fierent, apposita manu sua suis labiis, quod ante quatriduum omnes leges Angliæ de ore suo et labiis emanarent. Igitur cum, ut diximus, Dominus Johannes Newton pro acceleratione instaret penes eum, indignando respondit;—"Si tibi," ait, "multum festinandum fuerit, redeas ad dominum tuum "Regem; ego vero veniam cum placebit." Post regressum vero militis, et ille vectus equo subsecutus, sed tamen paulo tardius; cumque venisset ut esset non procul a loco in quo Rex constitutus fuerat, "Smythfeld" appellato, destinatus est ad eum secundo prædictus miles, ad audiendum et referendum vota sua. Miles autem, dextrarium insidens, accessit ad eum, auditurus quid dicere proponebat. Ille quidem indignatus quia equo vectus miles accesserat, et non pedes, mox cum furore dixit, decere [3] eum potius pedes quam equum insidens suæ præsentiæ propinquare. Miles vero, nondum oblitus omnino militiæ [4] suæ veteris probitatis, illico sic respondit;—"Sedenti," inquit, "tibi in equo non est injuriosum "me equitem accessisse." Ad quod verbum indignatus nebulo, mox extracto cultello, quem "*daggere*" vulgo dicimus, ictum militi minabatur, cum adjectione verborum quibus eundem militem proditorem appellavit. At miles, abhorrens illud nomen, eum mentiri asseruit animose, extracto contra eum æque tali cultello. E contrario, ribaldus non ferens inter suos rusticos illatam contumeliam, paravit in militem irruisse.

His insolent bearing.

He is reproved for his insolence by Sir John Newton.

Upon whom he draws his dagger; and the Knight prepares to defend himself.

The King interferes, to moderate his audacity.

Rex igitur videns militi periculum imminere, ut mitigaret animum pro tempore ganeonis, militem jussit equo descendere, et cultellum, quem extraxerat, reddere nebuloni. Cumque non sic mitigari posset ejus elatus animus, quin omnibus viis et

---

[1] *ad* in the printed texts.

[2] *suis* in orig., *suorum* in the printed texts: corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] *enim* in orig.; corrected from the printed texts.

[4] *sui* in orig. and Bibl. Reg. 13 E. ix.; *suæ* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1381.

modis vellet in militem irruere furibunde; accesserunt ad Regem, qui juxta stabant, Major Londoniarum, Willelmus Walworth, et plures de militibus et armigeris regiis, asserentes dedecus inauditum et interminabile, si, illis præsentibus, Rex permitteret nobilem militem tam pudendæ morti succumbere coram eo. Quapropter succurrendum fore sibi celerius, et ribaldum arestandum.

The Mayor of London interposes in behalf of Newton.

Quibus auditis, Rex, quanquam puer esset et tenerioris ætatis, concepta audacia, jussit Majori Londoniarum ut eum arestaret. Major autem, vir incomparabilis animositatis et audaciæ, indubitanter eum illico arestavit, librato ictu ejus capiti, qui eum plurimum perturbavit. At mox ab aliis ministris regiis circumclusus, gladiis diversis in locis corporis transverberatur; corruensque de equo in terram, primum dedit spem Anglicanæ militiæ, fere mortuæ, communibus posse resisti. Statimque, ut communes viderunt ejus ruinam, præ dolore mortis clamaverunt;—"Mortuus est capitaneus noster, "proditiose peremptus est ductor noster. Stemus simul, "moriamur cum ipso, sagittemus et vindicemus viriliter "mortem ejus." Tensis ergo arcubus, sagittare pararunt. Rex vero ultra ætatem mirabiliter ingenio præventus, et audacia [1] concitus, calcaribus urgens equum ad eos accessit, et in circuitu eorum equitans, dixit eis;—"Quid est "hoc, homines mei? Quid agitis? Nunquid sagittare vultis "Regem vestrum? Non causemini, nec sitis tristes de morte "proditoris et ribaldi. Ego enim ero Rex vester, ego capitaneus et ductor vester; sequimini me in campum, habituri "omnia quæcunque vos petere [2] delectabit."

The Mayor is ordered to arrest Tyler.

Tyler is slain.

The insurgents prepare to avenge his death.

Great presence of mind shown by the young King.

Hoc autem fecit Rex, ne rustici, in amaritudine mentis constituti, ignem immitterent in domibus apud Smythfeld, ubi fuerunt quando ductor eorum, præfatus proditor, est occisus. Igitur in apertum campum secuti sunt Regem et milites qui cum eo erant, nondum plena deliberatione certi, utrum Regem perimere debuissent, an omnino conquiescere et domum cum charta regia remeare.

The insurgents follow the King from Smithfield.

Interea Major Londoniarum, cum solo quodam famulo festinanter equitans, ingressus [3] civitatem clamare cœpit:—"Cives "optimi, gratissimi, piissimi, succurrite sine mora Regi vestro "perimendo; mihique succurrite, vestro Majori, in eodem "periculo constituto; vel si non decernitis mihi succurrendum, "propter mea demerita, tamen nolite relinquere Regem ves-

The Mayor summons the citizens to his aid.

[1] *concito* in orig. and Bibl. Reg. 13 E. ix.; *concitus* in the printed texts.

[2] *delectabat* in orig.; corrected from the printed texts.

[3] *civitatis* in the printed texts.

A.D. 1381. "trum." Hæc cum audissent optimates de Londoniis, et cæteri quorum cordibus amor Regis inhæserat, subito decenter armati sunt ad numerum mille virorum; et mox parati in plateis constituerunt, expectantes quenquam ex militibus qui eos ducere posset ad Regem. Obtulitque fortuna pluribus Robertum Knolles, quem omnes rogaverunt ut esset ductor eorum, ne incomposite et inordinate venientes facilius frangi possent. Qui gratanter duxit partem illorum, partem vero alii milites, fulgentem armis splendidissime, ad Regis præsentiam perduxerunt. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

The chief men place themselves under the guidance of Sir Robert Knolles and others.

The insurgents are surrounded, and submit.

Rex autem, et qui cum eo erant milites et armigeri, de insperato armatorum [1] [adventu et adjutorio plurimum] lætificati, repente circumcinxerunt omnem turbam undique rusticorum viris bellatoribus, velut cum oves caulis includuntur, usquedum mercenario complacuerit quas vult in pasturam emittere et quas vult morti deputare. Cernere erat ibidem mirabilem dextræ Dei mutationem; modo projectis baculis, securibus, bipennibus, gladiis, arcubus, et sagittis, rusticos [2] ad terram ruere suppliciter, gratiam postulare, qui parum ante et Regis et regalium vitam in sua non gratia, sed potestate, habuisse gloriabantur. Delitescebant miseri in frugibus, in foveis et antris, in [3] sultis, per fugam vel absconsionem vitam salvare cupientes; in quorum jamdudum manibus mors et vita nobilium pene totius Loegriæ sitæ fuerunt. Milites idcirco, qui cum Rege fuerunt, cupientes non tam eorum injuriam quam infamiam in rusticos vindicare, rogaverunt Regem, ut permitteret eos vel saltem centum vel ducenta capita nebulonum tollere, ut monumentum esset in posterum viros ordinis militaris vel aliquid in rusticos valuisse. Rex vero eorum postulationibus noluit adquiescere, asserens plures ex ipsis timore ductos turbam fuisse secutos, et posse tali modo evenire, fortassis, ut qui nihil peccaverant plecterentur, et delinquentes impunitate gauderent. Jussit tamen ut Londoniis statim proclamaretur, ne cives de cætero communicarent cum illis, nec [4] admitterent quenquam ex illis in civitate ea nocte; sed permitterent eos sub divo ruri pernoctare. Chartam nihilominus, quam petierant, scriptam ac sigillatam, ad devitandum majus malum pro tempore, tradi jussit eisdem; sciens nondum Estsexiam pacificatam, aut [5] Cantiam fore sedatam, quarum provinciarum communes et

The King interferes to prevent indiscriminate slaughter.

And orders the promised charter to be given to them.

---

[1] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: *numero lætificati* in the printed texts.

[2] *de terram* in orig.; by inadvertence: corrected from the printed texts.

[3] Sic in orig. and Bibl Reg. 13 E. ix.; *silvis* in the printed texts.

[4] *admitteret* in the printed texts.

[5] *Cantium . . . . . sedatum* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1381.

rustici parati erant ad insurgendum, si citius eorum non satisfaceret voluntati. Tenor chartæ extortæ per vim a Domino Rege talis extat, mutatis nominibus communitatum, prout diversis Comitatibus mittebantur:—

Charta Regis de Manumissione Rusticorum.

Charter of Manumission granted by the King to the bondmen and others.

"Ricardus, Dei gratia Rex Angliæ et Franciæ, et Dominus "Hiberniæ, omnibus ballivis et fidelibus suis, ad quos præ-"sentes litteræ pervenerint, salutem. Sciatis quod, de gratia "nostra speciali, manumisimus universos ligeos et singulos "subditos nostros, et alios, Comitatus Hertfordiæ, et ipsos, et "eorum quemlibet, ab omni bondagio exuimus, et quietos "facimus per præsentes; ac etiam perdonamus eisdem ligeis "ac subditis nostris omnimodas felonias, proditiones, trans-"gressiones, et extortiones, per ipsos, vel aliquem illorum, "qualitercunque factas sive perpetratas, ac etiam utlegariam "vel [1]utlegarias, si qua vel quæ in ipsos vel aliquem ipsorum "fuerint, vel fuerit, hiis occasionibus promulgata vel promul-"gatæ; et summam pacem nostram eis, et eorum cuilibet, inde "concedimus. In cujus rei testimonium has litteras nostras "fieri fecimus patentes. Teste meipso apud Londonias, quin-"todecimo die Junii, anno regni nostri quarto."

The insurgents return home.

Habita ista Charta, communes ad propria recesserunt; sed tamen priora mala facere minime cessaverunt, prout demonstrabimus in sequentibus; in processu videlicet quem, post reditum suum, villani de Sancto Albano fecerunt. Qui ut plenius cognoscatur, altius materiam repetemus, reincipientes a die exitus ipsorum, scilicet die Veneris præcedente.

Processus de maleficiis et malitia Villanorum de Sancto Albano contra Abbatem.

Arrival of the men of Saint Alban's in London; and account of their designs there against the Abbey.

Cum ergo, ut in anterioribus est prædictum, villani de Sancto Albano et famuli de Abbathia pervenissent ad [2]prædium de Heybury, ipso die Veneris in crastino festi Corporis Christi, et inde pertransissent et Londonias pervenissent, mox villani, Abbathiæ famulos relinquentes, [3]ad malignitatis se commenta converterunt; adeuntes namque ecclesiam Sanctæ Mariæ de Arcubus, quæ sita est Londoniis, ibidem tractare cœperunt de ancillatione Monasterii, et quomodo ea, quæ diu

[1] *legarias* in orig. and the printed texts. Corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix,

[2] *prædictum* in Camden's text.

[3] *et* in orig.; corrected from the printed texts.

A.D. 1381. inter eos secrete voluerant, perducere possent ad effectum; ut videlicet novis gauderent bundis circa villam, in quibus libere sua pascerent animalia, et piscationem sine calumnia in certis obtinerent locis, necnon venationes et aucupationes iterum haberent in certis locis, et pro suæ voluntatis arbitrio molas erigerent manuales ubicunque [1]placeret; et ut ballivus libertatis nihil interponeret infra villæ limites, et obligationes reposcerent, quas fecerant quondam parentes eorum piæ memoriæ Abbati Ricardo de Wallyngforde, et alias chartas, si quæ forent illis præjudiciales; omnia quoque, [2]breviter perscribendo, quæ forent munimenta in Abbathia vel illis firmamento vel Monasterio detrimento. Et ut [3]celerius optatum consequerentur effectum, quidam laudaverunt Walterum Tyler, adeundo ducem ribaldorum et rusticorum de Cantia, ut, accepta ab eo potestate, quia nunquam putaverunt majorem in regno futurum, nec leges terræ de cætero valituras, eo quod jam maxima pars juridicorum perempta fuerat, et reliqua juxta æstimationem ipsorum fuerat perimenda, domum redirent, et strictis conditionibus expeterent quæ volebant: ut videlicet, si Abbas decerneret negandum esse quod peterent, mox incendium comminarentur domui et mortem monachis, necnon postremo totius Monasterii [4]demolitionem, [5]ita ut in eo non relinqueretur lapis super lapidem.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

They propose to consult Walter Tyler in reference to their designs.

Also, to demand the King's sanction, by letter under the Privy Seal.

Alii vero asserebant esse securius adeundam Regis præsentiam, quæ tunc nulli neganda fuit, et ab eo esse petendam litteram, sub Privato Sigillo, Abbati dirigendam, ut videlicet Abbas redderet eis libertates et jura, quæ patres et antecessores eorum Henrici Regis temporibus habuerunt. Laudatum est utrumque consilium, et tam Regem pro littera Abbati dirigenda, quam Walterum pro mittendis, si necesse foret, in subsidium eorum et loci destructione, ganeonibus, adierunt.

William Gryndecobbe obtains a promise of the letter from the King.

Willelmus Gryndecobbe, qui plura debebat Monasterio, tum quia educatus, nutritus, et exhibitus, ibidem fuerat, tum propter propinquitatem monachorum, qui ejus consanguinei fuerant, et pro tunc fuerunt, maximus prosecutor istorum negotiorum extitit penes Regem; ita ut sexta vice coram turba Regi genua flecteret pro dicta littera, quam obtinuit, obtinenda. Ipse etiam in primis prolocutor extitit principalis pro istis negotiis ipsi Waltero, idolo rusticorum. Fuerunt

[1] *placerent* in orig. and the printed texts. Corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] Omitted in the printed texts.

[3] Written *scelerius* in orig. and Bibl. Reg. 13 E. ix.

[4] *demolitione* in orig. and the printed texts. Corrected from Bibl. Reg. 13 E ix.

[5] *ita* omitted in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1381.

tamen quamplures alii coadjutores malitiæ suæ penes ipsum, qui tantum Abbatem et Priorem, et quosdam e monachis, depravarunt de injusta dominatione in suos rusticos, de oppressione communium, de retentione stipendiorum pauperum et servientium, ut commoverent ipsum Walterum, quanquam non fuisset propositi sui recedere de Londoniis, nec quenquam a se de suis sequacibus mittere, ad promittendum eis adventum suum ad radendum barbas Abbatis et Prioris, et cæterorum monachorum, id est, ad decapitandum eos, cum numero viginti millium, si necesse foret, vel si ducerent mittendum esse pro ipso: ita duntaxat, ut ipsi in omnibus mandatis ejus parerent, et nihil præterirent de universis quæ mandaret. Et dedit mandata quæ facerent mox post eorum adventum ad propria, sicuti dederat universis et singulis qui de eo recesserant, vel recessuri erant, sub affirmatione juramenti, quod nihil præterirent intactum de ejus jussionibus et doctrina; quæ in sequentibus [1] edicemus. Hac ergo accepta securitate, domum rediro disponunt. Prævenit tamen eorum adventum quidam de famulis Abbathiæ, cursu equorum velocissimo, et mortuum nunciavit Archiepiscopum, mortuum Thesaurarium, mortuos esse quamplures alios, et nullam inesse communibus misericordiam aut gratiam, sed quoscunque [2] odirent sine pietate trucidare; decollandum fore Priorem, et alios cæteros monachos periculo subjacere, si vim et adventum communium expectarent.

He also pleads before Tyler against the Abbot and monks of Saint Alban's.

Tyler promises them his assistance, and threatens death to the Abbot and monks.

News of the recent events in London is brought to the Abbey.

De fuga Prioris.

Fugit ergo Prior, et cum eo quatuor monachi, alii quoque familiares Monasterii nonnulli, et per longa itinera, per magnaque pericula, quidam e monachis equis vecti, quidam pedibus, ad Tynemutham tandem trepidi pervenerunt. Villani vero, non diu post recessum Prioris, ut dicitur, redierunt; sed ante omnes, Willelmus Gryndecobbe et Willelmus Cadyndone, pistor, festinarunt, ut ipsi saltem aliquid fecisse viderentur ante adventum sociorum. Cupiebant revera specialius aliquid illis ascribi posse præ cæteris, ut magni postea haberentur. Hii igitur, in adventu illorum, nunciaverunt cuncta sibi prospere evenisse, de cætero non servos, sicut hactenus, sed dominos, futuros esse, de magnis et mirabilibus

The Prior and other members of the Abbey take to flight.

Gryndecobbe and another return to Saint Alban's, and make public their designs.

---

[1] *educemus* in the printed texts.

[2] *ordirentur* in the printed texts.

A.D. 1381. negotiis contra Abbathiam expedisse. Et ideo in primis, ad diffiduciandum Abbatem, faldas quæ fecerat in Fawconewode et sylvis aliis, esse frangendas ipsa nocte, et portas de Eywode et [1]aliis sylvis quantocius [2]excidendas; domumque Subcellerarii, quæ ex adverso stratæ stabat ubi pisces venduntur, quia videbatur aspectum burgensium impedire et nobilitatem civium prægravare, (sic enim se jam vocabant,) omnibus viis et modis illico diruendam. Nec mora, stulti, stultorum consentientes assertionibus, ipsa nocte ante quietem universa, ut præmittitur, in fractione faldarum, excisione portarum, et domus subversione, in magna mentis insania perpetrarunt. Et hic finis diei Veneris apud Sanctum Albanum, et initium malorum subsequentium, quæ pro parte in proximo Capitulo perorabo, distinguendo jam diem Sabbati a die Veneris, ut posteris facti notitia melius nota fiet. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Quod actum sit die Sabbati.

The people of Saint Alban's are summoned, under threats, to meet at Falcon Wood.

Igitur die Sabbati mane surgentes villici de Sancto Albano, tractaturi de hiis quæ perpetrata fuerant, villani cum pompa magna egrediuntur ad Fawconewode; facta prius proclamatione, ne aliquis domi remaneat qui arma ferre prævalet, sed omnes et singuli, statim sequentes, egrediantur cum armis et utensilibus quibus se melius defendere poterant vel sciebant, sub pœna decapitationis; et nihilominus, si domum haberet propriam, dejectionis domus suæ, et amissionis omnium bonorum inibi repertorum. Gravis interminatio benevolos et malevolos coegit accurrere, et accuratius subsequi incentores nequitiæ, Willelmum Gryndecobbe, cujus nomen ante præmisimus, et Willelmum Cadyndone, et alios quos supersedeo numerare.

The folds at Falcon Wood are destroyed.

Ventum est ad locum præfixum cum turba multa; habitum et diffinitum est consilium quid peterent, quid facerent, quid minarentur. Consultum est de faldis in sylvis, de sylvarum portis, ut primo, si quid pridem fuerit relictum eis integrum, ita ut mox contereretur, ne [3]ullis usibus de cætero foret aptum: secutum est opus malitiosum, consilium impium, et factum est ita.

---

[1] *alias silvas* in the printed texts; *aliis silvis* in Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] *excindendas* in the printed texts.

[3] *illis* in orig.; corrected from the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1381.

A great multitude of insurgents is collected at Saint Alban's.

Deinde, cum eadem turba regrediuntur ad villam, ubi jam expectabant eorum reditum de villis circumjacentibus et dominio Monasterii rustici, et communes qui per eos, non [1]inviti, citati convenerant, duo millia vel amplius ribaldorum. Dederant namque in mandatis hominibus villarum de libertate Sancti Albani, ut, omni excusatione postposita, et sub pœna præmissa, concurrerent simul et semel, petituri et habituri libertates quascunque petere decrevissent, et ut nullum permitterent generosum domi residere, sed omnes secum ducerent in auxilium eorundem. Nolentes vero cum eis communiter pergere, et fidem eis facere, decollarent, et eorum habitacula diruerent aut conflagrarent; sic enim docendo præceperat eis Walterus Tyler, dominus et magister ipsorum. Cumque vidissent turbam quæ convenerat ipsorum jussu, magnos se reputantes, non modice confortati sunt, et elevatum est cor eorum; moxque jungentes dexteras, fidem acceperunt ab invicem et dederunt. Deinde cum superbia magna ad portas Monasterii properarunt, demonstraturi quantam potestatem adepti fuerant de Waltero prædicto. Cum itaque pervenissent ad portas, quæ eis apertæ fuerunt, carcerem a janitore illis [2]aperiri cum [3]indicibili fastu jusserunt. Qui non [4]ignarus de illorum proposito, quid videlicet præcepturi sibi fuerant, quidve facturi,—nam Abbas per quosdam de villanis, quorum tetigerat Deus corda, occulte de omnibus edoctus fuerat, et quid facturus esset [5]janitor, edocuerat,—confestim ostia carceris reseravit. Ingressi ergo cunctos vinctos eduxerunt, et liberos abire jusserunt, ita duntaxat, ut communitati fidem de cætero deberent et gratiam, et eis inseparabiliter adhærerent. Quemdam autem quem morte dignum judicabant, inter alios extractum de carcere, ipsi, judices effecti et carnifices, decollaverunt in larga terra ante januas Abbathiæ; et caput, cum clamore diabolico quem Londoniis didicerant in decollatione Archiepiscopi, deferentes ad collistrigium in sublime fixerunt, ut cunctis patesceret eos novis uti posse legibus, novis fultos esse privilegiis. Non multo post istud factum, venerunt et villani de Barnet, villanis de

They cause the prison there to be opened, and release the prisoners.

One of the prisoners is executed by them.

They are joined by the insurgents from Barnet.

[1] *invitati citati* in orig.; *invitati sed citati* in the printed texts. Corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] *rapiari* in orig., *repari* in Bibl. Reg. 13 E. ix.; *aperiri* in the printed texts.

[3] *indiscibili* in orig. and Bibl. Reg. 13 E. ix.

[4] *ignarus illorum propositi* in the printed texts.

[5] *janitorem* in the printed texts.

A.D. 1381. Sancto Albano fœderati, ad supplendum pravorum numerum, et ipsi venientes simili mente contra Abbathiam. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Richard de Wallingford arrives from London with the Letter. written for the burgesses of Saint Alban's by the King.

Circa horam diei tertiam, cursu velocissimo equi sui vectus, venit de Londoniis Ricardus de Walingford, maximus villanorum Sancti Albani, qui ibidem remanserat pro littera deferenda, pro qua supra retulimus Willelmum Gryndecobbe Regi totiens supplicasse; deferens ante eum vexillum, vel pencellum, displicatum, de armis Sancti Georgii, juxta morem illorum qui Londoniis tot scelera perpetrarunt. Hujus adventum cum cognovissent villani, assumpta statim cum eis turba communium patriæ et rusticorum, quæ, ut diximus, citata per eosdem advenerat, obviam accurrunt eidem ad largam terram; ubi descendens equo suo, et figens standardum suum, jussit ut omnis populus, veluti sit in bello, adhæreret standardo. Et post modicum temporis spatium, quod indulsit colloquio et consilio villanorum de habendo tractatu cum Abbate, præcepit communi plebi cum standardo stare, et eorum reditum ibidem expectare, donec videlicet responsum certum obtinerent, quid Abbas decerneret [1] faciendum de petitionibus ei ex parte populi porrigendis. Ingressus est igitur in ecclesiam ipse, et plures de majoribus, et illico pro Abbate missum est, ut veniret et communibus responderet. Ita enim tunc temporis gloriabantur eo nomine, ut nullum [2] censerent nomen honorabilius nomine "communitatis," nec quemquam de cætero reputaturi fuerunt dominum, juxta æstimationem suam stolidam, nisi Regem solummodo et communes. Abbas vero, qui jamdudum citius mori decreverat pro libertate tuenda Monasterii, quam quicquam facere quod ecclesiæ suæ cederet præjudicio, pulsatus suorum monachorum precibus, monitionibus, et assertionibus, qui dicebant nil prævalere Monasterio mortem suam in hac causa, etsi omnino mori decerneret, cum irrationabile vulgus firmiter proposuisset vel obtinere petenda, vel illum et monachos suos morti tradere Monasteriumque cremare, tandem victus descendit ad eos. Qui cum venisset in ecclesiam, post brevem salutationem, Ricardus de Wallyngforde porrexit eidem breve regium, quod nuper Willelmus Gryndecobbe, non tam obtinuit, quam extorsit, a Rege, sicut prædiximus; cujus tenor est talis:—

The Letter is presented to the Abbot.

[1] *aficiendum* in orig.; *ficiendum* in Bibl. Reg. 13 E. ix., with an expunctory mark under the first *i*, and *a* inserted in the margin. Hence, probably, the transcriber's mistake: *efficiendum* in the printed texts.

[2] *censerant* in orig. and Bibl. Reg. 13 E. ix.; *censerent* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Littera Regis directa Abbati pro Chartis Regiis. A.D. 1381.

Tenor of the said Letter.

"Tres cher en Dieux.—A la petition de nous amez liges "de la ville de Seynt Alban, nous volons et mandoms, que "certaines chartres esteantz en vostre garde, faitz par nostre "progenitour, le Roy Henri, a les burgeis et bones gentz de "la dite ville, de comune, et de pasture, et de pescherie, et de "certeines autres commodites expresses en mesmes les char-"tres, a ceo qils diont, facetez [1][liverer as dites burgeis et "bones gentz], ceo que lei et reson le requeront; par ensi "quils neient matiere de pleindre desore a nous pur cele "cause. Donez souz nostre signet a Londres, le quinze jour "de Juyn, lan de nostre regne quarte."

Acta apud Sanctum Albanum die Sabbati.

The Abbot expostulates with the insurgents, as to the contents of the Letter.

Dominus autem Abbas, recepta cum reverentia debita et perlecta littera, informare nitebatur et commonere eos, qualiter omnia talia perplacita fuere suorum patrum temporibus terminata, et exinde recordum esse apud Westmonasterium in rotulis regiis; unde juxta leges regni, antiquitus usitatas, asseruit eos nullum jus vel clameum habere debere in omnibus quæ petebant. Ricardus de Walyngford, omnium prolocutor, respondit ad hæc, dicens communes jam pro tempore dominari leges, penitus non curare, nec rationes tales velle vel expectare vel acceptare;—"Quare consulo," inquit, "vos, et hortor, "ne quovismodo communitatem exasperare tentetis; quæ nul-"latenus est sedanda, donec cuncta quæ mente conceperant

---

TRANSLATION.

"Very dear in God—At the petition of our beloved lieges "of the town of Saint Alban's, we do will and command, "that certain charters being in your keeping, made by our "progenitor, King Henry, unto the burgesses and good folks "of the said town, of common, and of pasture, and of piscary, "and of certain other commodities expressed in the same "charters, as they say, you do [cause to be delivered unto "the said burgesses and good folks], according as law and "right shall require; that so they may have no ground for "complaining hereafter unto us for such cause. Given "under our signet at London, the fifteenth day of June, the "fourth year of our reign."

---

[1] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.; omitted in the printed texts.

A.D. 1381. "uno modo vel alio nanciscatur." Cumque nondum adquiesceret Abbas, sed rationes et allegationes pro se plures faceret, quare non deberet petita [1]concedere, idem Ricardus, cum majoribus villæ qui affuerunt isto colloquio, subintulerunt:—"Considerate," inquiunt, "ad millia populi ante fores Monasterii "festinum responsum præstolantis, qui in nos proculdubio "suum furorem convertent, si diutius immorati fuerimus pro "hac causa; aut enim decreverunt obtinere petita repente, "aut pro Waltero Tylere nuncios mittere, ut cum viginti mil-"libus veniat, in subversionem loci istius et periculum capi-"tum monachorum." MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Richard de Wallingford warns the Abbot not to delay.

The Abbot again expostulates.

Abbas vero, tactus dolore cordis intrinsecus, cum audisset talia, dixit eis:—"Heu, heu," inquit, "boni proximi, jam "triginta duo anni sunt ex quo Abbas et pater vester extiti, "et nunquam vos infestavi vel contristavi; sed quotiens in "tribulatione fuistis et angustia, laboravi vestris necessitatibus "et miseriis depellendis; et vos me omnino subvertere nitimini, "amicum vestrum et placidum dominum, sine causa." Cui illi,

A peremptory answer is demanded of him.

—"Fatemur," inquiunt, "vos et æquum et placidum nobis "fuisse dominum, et idcirco nequaquam proposuimus in die-"bus vestris vos pro causa hujuscemodi molestasse. Expecta-"vimus siquidem diem mortis vestræ, ut post fata vestra de "successore vestro in hac causa triumphassemus; sed jam "nihil vobis et nobis superest, nisi ut pro periculo vos devi-"tando celerius adquiescatis, et nos, ne mora nobis etiam "vitæ periculum generet, [2]ad communes cum uno responso "vel alio revertamur."

The Abbot, at length, yields to their demands.

Abbas igitur, librans pericula quæ incumbebant, ad devitandum majus malum, minus malum elegit incurrere, et concessit eisdem universa quæ petere voluerunt. Cernentes idcirco villani jam tempus suæ malitiæ arridere, mox petitiones, ut præmisimus, specificant, postulantes novas chartas illis fieri libertatum, et obligationes, quas fecerant [3]patres eorum

Bonds and other Abbey muniments are delivered to the multitude, and burnt.

Monasterio, ipsis protinus redonari. Nec mora; cupiens Abbas eorum importunitate carere, tradi jussit obligationes quæ petebantur, facturus chartas pro illorum arbitrio de quibuscunque libertatibus voluissent. Igitur mox obligationes, cum quibusdam domus munimentis et rotulis quas extorserant ab Archidiacono, quia nec jura civilia nec canonica de cætero frequentare cogitaverant, in foro villæ, juxta Crucem, flammis consumpserunt.

Sed ista sufficere non valebant indisciplinato populo, quin

[1] *concedereri* in the printed texts.

[2] *aut* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] *ex parte eorum* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1381.

quandam chartam antiquam reposcerent, de libertatibus villanorum, cujus litteræ capitales fuerunt, de auro una, altera de azorio, sine qua non posse satisfieri votis populi asserebant. Abbas autem affirmavit se nullam talem chartam scire, nec quidem de illa audisse per ante; sed contentos eos esse rogavit ad præsens, quod omnia obtinuerant ab eo quæ potuit conferre eis, et nihil negaverat quod duxerant postulandum; velle se chartam inter munimenta requirere, si uspiam inveniri posset, et eis sine fraude resignare, tantum jam quiescerent a furore. [1]Itur ergo a majoribus de ecclesia ad minores; renunciatur eisdem responsum Abbatis; renunciatur omnia adepturos firmamento sigillorum Abbatis et Conventus, post nonam; quiescere debere ad tempus illud. Tamen interim ribaldi, cum instrumentis claustrum ingredientes, de locutorio forinseco lapides [2][molares], qui in pavimento ostii locutorii, in munimentum et memoriam antiqui placiti inter villanos et Monasterium quondam Abbatis Ricardi, locati fuerant, levaverunt, asportaverunt, et ad communes detulerunt; et ibidem [3]minutatim confregerunt, dantes partem cuique, ut panis benedictus Dominicis partiri et conferri in ecclesiis parochialibus consuevit; ut videlicet videntes easdem particulas, apud se recognoscerent se olim in ea causa de Monasterio vindicasse.

An ancient charter of liberties is demanded to be surrendered; which is not known to exist.

Other excesses committed by the multitude.

Indultum est spatium prandio monachorum, sed quod non proficeret manducantibus, quoniam a facie mœroris et angoris, tristitiæ et pavoris, cibabantur pane lacrymarum, et panem utique doloris manducabant, et potus eorum fletibus miscebatur. Quis enim sanus, [4]sapiens, pro tunc lamentari non debuit, videns mutatum rerum ordinem, servos, versa vice, dominis imperare, in tantum ut ubique vita et mors essent in manibus rusticorum qui dominari nesciunt, misereri nolunt? Quis temperaret a fletibus, cernens nobile caput regni, urbem dico Londoniarum, perditam per diem et noctem integram, et communium voluntati subjectam? Quis non expavesceret, cum ipsum caput cleri dignissimum a vilissimæ conditionis hominibus obtruncatum audiret; Archiepiscopum scilicet, in medio regni tam crudeliter interfectum, et regni Thesaurarium cum eo pariter decollatum? Quis non doluisset Regem Angliæ, et nobilitate et dignitate cunctis mundi Regibus præferendum, in tantum a servis artari, ut nihil præter eos facere prævaleret; et ipsam nobilem et approbatam regni militiam in conspectu silere rusticorum, et eorum sequi per omnia voluntatem?

Reflections upon this lamentable state of things.

---

[1] *Igitur ergo a* in orig.; *Igitur a* in the printed texts: corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

[3] *minutant et confregerunt* in the printed texts.

[4] *vel sapiens* in the printed texts.

Congregatio Villanorum ad portas Sancti Albani.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1381.

The insurgents return to the Abbey of Saint Alban's, for the promised Charter of liberties.

Novissime, ut ad Sanctum Albanum redeamus.—Quanta tristitia putandum est fuisse repleta corda monachorum, qui videbant illud celebre Monasterium jam vel constare suorum indulgentia nativorum, qui nec indulgere sciunt, nec amare dominos, vel ipsorum furore et iracundia conflagrandum? Talibus ergo ferculis ministrabatur monachis eo die, donec tempus post nonam, quo villani pro charta libertatis obtinenda venerunt. Venientibus autem illis, convenit ad portam Monasterii turba copiosa, amplius quam duo millia nebulonum, qui omnes una voce, una mente firmarunt, vel Portam Magnam illico diruendam, vel chartas burgensibus esse tradendas. Fecerat autem Dominus Abbas quamdam chartam fieri secundum petitionem eorum, et misit ut legerent eam in concione villanorum; et si dignarentur eam acceptare, paratus erat ad confirmandum eam roboramine sigillorum Abbatis, et Conventus. Sed non potuit placere eis quod ipsi non conceperant; sed cum magna superbia miserunt Abbati per quemdam armigerum ipsius, ut destinaret suum clericum cum incausto et [1]pergameno; ut quod ipsi decernent, ipse scriberet, et expost Abbas et Conventus apponerent sigilla sua. Abbas vero renunciavit eisdem se confirmaturum universa quæ vellent, ut tantum de cætero forent amici et desisterent ab inceptis. Sed postquam et clericum habuissent et chartam confecissent, juxta vota sua confirmandam et sigillandam, non tamen satisfactum est eis; sed dixerunt quamdam superesse chartam in Monasterio libertatum suarum antiquarum, quam juraverunt eis esse reddendum, vel Monasterium diruendum. Abbas autem bonos et honoratos armigeros patriæ misit ad eos, qui nunciarent eum velle, si cuperent, in crastino coram eis Missam celebrare, et super Sacramentum, quod sumpturus erat, cum omnibus suis monachis, vel quos ipsi ducerent adhibendos, juramento firmare, se nullam talem chartam penes eos scienter retinere.

The Abbot is compelled to allow them to draw up the Charter themselves.

A fresh demand is made, for the ancient Charter of liberties.

The Abbot makes them a fresh offer in substitution for it;

Sed nec sic quidem poterant mitigari: aut omnino recepturi erant quod haberi non poterat, aut in prima sententia permansuri. Abbas ergo quid faceret, quem augustiæ premebant undique, et dolores nimii affligebant? Remisit eosdem viros quos ante miserat, qui nunciarent eis Abbatem in omnibus

---

[1] *percameno* in orig. and Bibl. Reg. 13 E. ix.; *purgameno* in Parker's text; *pargamento* in Camden's text.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

voluntati suæ velle parere; eos quoddam impossibile exigere; rogare ut condescenderent rationi, et, ex quo talis charta non potuit inveniri, componerent ipsi chartam quibuscunque vellent libertatibus aut conditionibus exaratam, de temporibus Henrici Regis et Abbatis qui tunc super erat, annotandam; et sigillis protinus firmaretur. Sed adhuc ita non potuit satisfieri ganeonibus, affirmantibus se nulli juramento fidem daturos, velle chartam irrecuperabilem recuperare, aut Monasterium ignibus concremare. Tandem, Deo volente, quia plura damna illaturi erant suis proximis, et non poterant vacare destructioni Monasterii simul et proximorum detrimento, conventum est ut, more treugarum, Abbathia gauderet indemnitate usque in crastinum ad horam nonam; tunc proculdubio subitura dispendium, nisi charta præfata, quæ non habebatur, communibus exhiberetur. Nihilominus rustici et nativi Abbatis et Conventus, simul cum communibus patriæ et quibusdam de villanis, ad numerum mille quingentorum hominum omnis conditionis, persistentes ante Magnam Portam, instigante sola malitia, totum ædificium portæ destruere se velle dicebant, si quisquam vellet percutere primum ictum. In tantum enim nativi Monasterii infesti fuere suis dominis, ut quamvis concederentur eis [1] vel chartæ libertatis, potius destruere Monasterium cuperent, quam chartas obtinere præfatas. Mittebatur eis [2] cervisia abundanter, cum panibus in magnis cunis, ad portam, ut quilibet biberet et tolleret quod volebat, ut vel sic pro benevolentia ostensa conquiescerent.

A.D. 1381

as it cannot be found.

Their demand is postponed until the morrow.

Certain of them propose to destroy the Great Gate.

They are supplied in abundance with bread and ale.

Sed nihil hæc omnia profecerunt, donec quidam de majoribus villæ veniret et periculo se objectaret inter illos, conscientia ad hoc inductus. Hic ergo, cum venisset, satis caute compescuit eos, dicens;—"Vos," [3] inquit, "ribaldi, quid "facitis? Quid molimini? Nunquid vos intenditis dare primum ictum [4] [in] prostratione hujus ædificii, qui estis "extranei vel adventitii? Et non nos potius, qui sumus "burgenses et liberi hujus villæ? Quiescite ab inceptis, et "burgenses sequimini; et quid ipsi decernunt facere, faciatis; ipsi enim vos ducent, et [5] adducent ad loca diruenda "vel certa facienda." Hoc commento fecit eos a porta recedere, et ad aliam congregationem similium ribaldorum quæ in villa fuerat, properare; ubi quicquid restabat temporis

One of the principal townsmen expostulates with them.

---

[1] *vel* omitted in Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

[2] *servicia* in orig.

[3] Omitted in the printed texts.

[4] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix. and the printed texts.

[5] *ad ducenda ad* in Camden's text.

A.D. 1381.

Devastation committed at Saint Alban's.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

illius diei, consumpserunt in dejectione domorum, in confractione utensilium, vel rerum inventarum in eisdem, secundum quod didicerant Londoniis a Waltero præfato.

Proclamatio per Villanos.

The insurgents of Saint Alban's issue a proclamation.

Præsumpserunt insuper, sub vexillo regio displicato, proclamationes facere de vigiliis locandis circa villam in numero copioso, (ne forte venirent armati in adjutorium Abbathiæ, et occuparent incautos de semitis observandis et viis [1]circa fluvium et Sanctum Germanum,) ne ullus exiret ibidem monachus, vel intraret; et si ibi aliquis apprehendi valeret, vel decollaretur vel usque in crastinum secura custodia servaretur; unde contigit plus quam centum illas observare partes, ut si forte Prior Monasterii, vel qui cum eo recesserant, reversi fuissent per illam viam inter ribaldos, decollati fuissent. Proclamaverunt etiam, ut si cuiquam deberetur, pro mercede vel stipendio, [2]ulla pecunia, de Abbate, Priore, vel monachis cæteris, [3]veniret in crastinum petiturus; et burgenses villæ Sancti Albani satisfacere curarent de bonis Monasterii, quantum sufficere possent ipsa bona cuilibet sic petere volenti. Pluraque magisteria præsumpserunt, quæ nimis longum esset per singula numerare.

A sum of money is extorted from the Abbot by the former farmer of Kingsbury.

Dum ergo illi circa talia satis inutiliter occuparentur, intravit quidam cum gladio et [4]parma penticium Abbatis, audacter petens centum marcas ab Abbate donari sibi; vel certe mox, congregata familia impia, ignem immitteret in grangiam Sancti Petri et manerium de Kyngesbury, quæ sunt sita prope villam. Fuerat namque quondam firmarius [5][manerii] de Kyngesbury, et cum deberet magnam summam pecuniæ Conventui, et non haberet unde redderet, fugam latentur arripuit, legum censuram timens. Jam ergo reversus, affirmavit se timore Prioris, qui eum pro eadem pecunia persecutus fuerat, non fugam iniisse, sed ad amicos transisse, qui ei succurrissent de tanta pecunia, quanquam injuste, solvenda; et modo se petere tantam summam pro damnis illatis sibi ratione subitæ transitionis de manerio; quæ quidem damna dixit se incurrisse per Priorem, [6]cui nihil, omnibus

---

[1] *super* in orig.; corrected from the printed texts.

[2] *vel pecunia* in the printed texts; the contracted form in orig. admitting of either reading. It is *ulla* in Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] *venirent* in orig. and the printed texts; corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[4] *perma* in the printed texts.

[5] Supplied from Bibl. Reg. 13 E. ix.: omitted in the printed texts.

[6] *cum* in the printed texts.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1381.

computatis, debuerat, sed cui debebantur centum marcæ de terminis quibus occupavit manerium supradictum; velle sibi satisfieri jam de præfata summa, quia tempus eam recuperandi arriserat, vel certe prædicta loca [1] dare flammis. Habebat namque, ut asseruit, duo millia communium prope loca, qui, nisi Abbas citius satisfaceret, adustione locorum ejus injurias vindicaret. Quid multa? Nulla in tantis turbinibus alia restabat via, nisi ut Abbas satisfaceret suæ petitioni [2] fraudulentæ; tamen pulsatus ribaldus multorum precibus de centum marcis recepit viginti libras, et abiit; jurans se malle quam totam illam pecuniam Prioris habere personam, ut suas injurias in ejus capite valeret ulcisci; qui nihil utique unquam sibi injuriatus fuerat, sed potius eum foverat, et in multis adjuverat, donec sensit aperte ipsum fuisse damnosum Monasterio, et inutilem debitorem. Hiis et multis similibus damnis, injuriis, et terroribus, [3] afficiebantur Abbas et monachi eo die.

Tumultuantur Villani de Sancto Albano.

Pertransita nocte mœroris, in qua monachi constituti fuere in maxima perplexitate, quid agendum foret eo die de conditione proposita per villanos, nisi charta redderetur quæ non posset reperiri, [4] et in qua [5] fere cuncti consilium [6] fecerant fugiendi, propter malitiam villanorum, qui occasiones quærebant destruendi Monasterium per talem impossibilem conditionem propositam; cœpit illucescere dies Dominicus, in qua et arridere favorabilius divina consolatio pavore depressis, mœrore confectis. Nempe supercilium villanorum repente humiliatum est, et superbia hesterna hodie concidit insperato. Rumores utique, illis plurimum displicentes, [7] spargebantur de morte turpissima fœdæ memoriæ ganeonis, sæpedicti Walteri Tylere, ipsorum magistri; quod occisus fuerat coram Rege, et quod communitas Londoniarum confluxerat copiosa ad succurrendum Regi, et unanimiter resistendum communibus de Cantia [8] et Estsexia, aliisque nitentibus se levare contra Regem. Venerat insuper summo mane quidam ex Regis militibus, qui proclamari fecit pacem ex parte Regis, ut omnes ligei Regis, sub forisfactura vitæ et membrorum, conquiescerent ab hac

News of the death of Walter Tyler reaches Saint Alban's.

Proclamation made there, of the King's peace.

---

[1] *daret* in the printed texts.
[2] *fraudulente* in the printed texts.
[3] *efficiebantur* in orig.
[4] *nec nova fieri, cuncti* in the printed texts.
[5] *fieri* in orig.; by inadvertence.
[6] *ceperant* in the printed texts.
[7] *spergebantur* in the printed texts.
[8] *et* omitted in Camden's text.

A.D. 1381. hora. Dominus quoque Rex misit præterea Chartam Protectoriam Abbati, pro Monasterio et omnibus eidem pertinentibus, in hæc verba :— MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Littera Protectoria Regis pro Abbate Sancti Albani.

Letter of protection, granted by the King to the Abbey of Saint Alban's.

" Richard, par la grace Dieux Roy dEngleterre et de " France, et Seigneur dIrlond, a touz nos liges et com- " munes del Countee de Hertford, et de touz autres Countees " adjoinantz et procheins.—Nous vous prions, chargeons, et " mandons, le plus estreitement que nous peons, et sur la " foi et ligeance que vous nous devetz, que a nostre treschier " en Dieu, lAbbe de Seynt Auban, ne a nostre meson et " Monastier de dit lieu, (quest de nostre patronage), ne a " nulle de gentz, moignes ne..autres, ne a nulle dez biens, " deinz le dit Monastier et lenclos dicelle, et en quelconques " autres places de dite Abbeye esteianz, ou a li et a les " siens aportenantz, vous ne facez, ne soeffrez estre fait, en " tant come en vous est, asqun gref, damage, ne moleste " quelcomque, en cors ne biens, en quelconque manere : kar " si le dit Abbe, ou ascun de siens, eit mespris dever vous, " nous mesmes de li ferrons le redresser, et amender, si come " reson vodra. Et ceste nostre mandement pernez si a coer,

---

TRANSLATION.

" Richard, by the grace of God King of England and of " France, and Lord of Ireland, to all our lieges and commons " of the County of Hertford, and of all other Counties adjoining " and near thereto.—We do pray you, charge, and command, " the most strictly that we may, and upon the faith and " allegiance which unto us you owe, that unto our very dear " in God, the Abbot of Saint Albans, or unto our house and " Monastery of the said place, (which is of our patronage), " or unto any of the people, monks or others, or unto any of " the goods, within the said Monastery and the enclosure " thereof, and in any other places whatsoever of the said " Abbey being, or unto it and to its appurtenances, you do " not, nor suffer to be done, so far as in you lies, any griev- " ance, damage, or molestation whatsoever, in body or goods, " in any manner whatsoever: for if the said Abbot, or any " of his people, has offended as towards you, we ourselves will " make him give redress for the same, and make amends, as " right shall demand. And this our command take so to

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. — A.D. 1381.

"que nous vous en doions saver gree sur tot lamour et loialte "que vous portez a vous. Donc souts nostre graunt seal a "nostre Cyte de Londres, le quinze jour de Juin, lan de "nostre regne quarte."

De malitia Villanorum Sancti Albani.

The insurgents at Saint Alban's still persist in their demands; but with more moderation.

Oppidani tamen de Sancto Albano, cum hæc omnia compe-rissent, et nova frequenti relatione suis votis contraria perce-pissent, adhuc insensati et sine ratione libertates quidem ex-petere decreverunt, ipso die Dominico, dum adesset turba quæ ipsorum jussu citata fuerat sub forma prænotata, de villis de Lutona, de Watforde, de Barnet, de Rickemersworthe, de Trenge, et aliis circumjacentibus vicis et villis; ne vide-rentur ab hiis, quos tanto fastu vocaverant, nimis faciliter fuisse territi, vel regiis mandatis et monitionibus paruisse. Nihil etenim futurum prævidentes, sed omnia præsentia so-lummodo considerantes, desideria cordis eorum sine ulla in-posterum revocatione implenda putabant. Quapropter, parvi-pendentes chartam regiam, quæ pacem obtulit cessantibus ab injustis levationibus et extorsionibus a die Veneris et deinceps, necnon pericula et damna, quæ eos manebant in posterum pro hujusmodi insurrectionibus et turbationibus, convenerunt cum turba multa mane prima Sabbati, hoc est, Dominica, ut ea quæ hesterno petierant, hodierno plenius recuperarent. Non tamen tam turbulente, tam immodeste, sicut prius, sed, pacem et tranquillitatem simulantes, petebant chartas præfatas, benevolen-tiam promittentes ex hiis inter villanos et monachos orituram, et in perpetuum duraturam; non attendentes quod quia,—

"De male quæsitis vix gaudet tertius hæres,
"Nec habet eventus sordida præda bonos."

They conceal the King's Charter of conditional pardon.

Utque omnia hæc tutius agere viderentur, et a majori ve-lamine obumbrarent, chartam de forisfacturæ remissione, quam quidam ex ipsis a Rege pro Comitatu Hertfordiæ die præce-dente obtinuerant et attulerant, quæ, ut prædiximus, condi-

---

TRANSLATION.

"heart, that it may behove us to congratulate you upon all "the love and loyalty that unto us you bear. Given under "our great seal at our City of London, the fifteenth day of "June, the fourth year of our reign."

A.D. 1381. tionaliter remissionem et gratiam, et manumissionem promisit, communibus occultare et [1]reticere. statuerunt, donec ea quæ petituri erant de Abbate, per fas aut nefas consequi potuissent; ut videlicet si eis adversitas ulla pro hiis in posterum oriretur, excusationem scrupulosam possent prætendere, se scilicet ante divulgationem chartæ præfatæ hæc petisse et obtinuisse; tanquam [2]noluissent scienter contravenisse mandatis regiis, cum aperte constabat eos et scienter et voluntarie, sed dolose, non tam petisse, quam cum terroribus et minis extorsisse, chartas prætactas. MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

They extort certain Charters from the Abbot.

Igitur, ut præfati sumus, die et hora præmissis, intraverunt cameram Abbatis majores villanorum, et juxta condictum hesternum chartas libertatis exquirunt cum instantia, et pro votis accipiunt, ipsis dictantibus quæ volebant, et clerico assidentibus et astantibus, donec in eorum præsentia cuncta forent inserta, quæ pro eorum libertate fuerant meditati; sic enim oportebat fieri, quia nondum turba plene sedata, non pacificata fuerat, sed omnia adhuc turbulenta fuerunt, et intranquilla. Obtenta autem charta secundum voluntatem propriam, de villæ libertatibus chartam exquirunt, qualem sæpe memoravimus Abbatem aut monachos nullatenus habuisse. Sed quia minus valuit isto die quam heri rusticorum audacia, non tam fervide instabant pro eadem ut prius; sed obligationem eis petunt fieri, et sigillo Abbatis et Conventus firmari, de mille libris sterlingorum, quod si idem Abbas citra festum Annunciationis Beatæ Virginis aliquam talem chartam invenire poterit, eam villanis restituet sine dolo. Et si nulla talis charta poterit reperiri, paratus erit Abbas, cum duodecim senioribus monachis Monasterii, ad jurandum super Eucharistiam, se nullam hujusmodi chartam penes se scienter retinere, nec habere; et extunc voluit obligationem præfatam nullius esse roboris aut valoris. Abbas autem et fratres, quos dudum nimius dolor afflixerat de irrationabilitate villanorum, jam cernentes mitigatam esse hesternam sævitiam, gaudio gavisi sunt, quod conceperant spem salvandi Monasterii; et eo amplius congaudebant, quod sperabant meliora nova de Regis audire dominio, et subjectione rusticorum in proximo; maxime quia Dominus Hugo Segrave, Regis Senescallus, et Dominus Thomas Percy, milites, Abbatem confortaverant ipso die; litteraliter præcipientes ut in universis pareret vulgi petitionibus, sciens pro

They come to terms, in reference to the alleged Charter of liberties with the Abbot.

The Abbot receives assurance of support from the King's officers.

[1] *recipere* in orig. and the printed texts. Corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[2] *voluissent* in orig. and the printed texts. Corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

A.D. 1381.

certo sibi nec suo Monasterio de talibus concessionibus ullum dispendium aut præjudicium proventurum.

The agreement is duly sealed by the the Abbot and Convent.

Paruit idcirco Abbas petitioni præsenti villanorum, et juxta vota eorum scriptum obligatorium sub forma præmissa, apposito sigillo proprio, et sigillo Conventus, confecit et tradidit manibus eorundem. Ipsi autem in hiis omnibus non tanquam subditi, sed velut domini, in camera Abbatis, in Capella, in penticio, pro libito deambulabant, et interfuerunt scripturæ, ipsi dictantes hoc quod scribendum fuerat, et sigillationi curiosius intendentes; nam pro tunc sigilla Abbatis et Conventus ibidem fuerunt. Unde mirabile illud contigit: cum charta de libertate villæ, vel villanorum, sigillari debuisset, quod cum omni cautela et diligentia cera apposita a scientibus sigillo communi fuisset, in quo vetustissimo opere imago gloriosi Protomartyris Britannorum, Albani, figuratur, tenens in manu palmam, nulla potuit arte per tres vices avelli vel removeri de sigillo, prænosticans proculdubio Martyrem nolle eos fore dominos, sed velle dominari, ut hactenus, super eos. Adepti chartam libertatum villæ, et obligationem præfatam, oppidani ibant gaudentes, tunc demum divulgaturi ad Crucem publice chartam quam obtinuerant de Monasterio, una cum charta regia, quæ, ut diximus, videbatur indulgere ligeis hominibus Regis, felonias, proditiones, transgressiones, et extortiones, per ipsos factas, etc.; et manumissionem nativis promittere, modo prætacto. Chartam insuper Protectoriam, quam Dominus Rex miserat Monasterio, facta proclamatione demonstraverunt, tanquam omnimodam foris benevolentiam simulantes, cum intus malitia regnaret[1] immensa, ut ex posteris elucebit.[2]

Marvellous circumstances attending the sealing thereof.

Further proceedings of the insurgents.

Charta conceditur cunctis Nativis Sancti Albani.

Charters of Manumission are granted to the bondmen of Saint Alban's.

Die Lunæ et Martis sequentibus, convenerunt nativi omnium villarum pertinentium Monasterio, asserentes se in mandatis habere ut, omnibus aliis curis postpositis, exigerent chartas manumissionis et libertatis, secundum tenorem chartæ regalis; qui omnes consimiles chartas acceperunt, in hæc verba:—

"Universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, præsentes litteras "inspecturis, Thomas, permissione Abbas Monasterii Sancti "Albani, et ejusdem loci Conventus, salutem in Domino.

[1] *in mensa* in orig. and the printed texts.

[2] A long passage in MS. Bibl. Reg. 13 E. ix. is omitted here.

A.D. 1381. " Noveritis nos litteras Domini Regis inspexisse, in hæc " verba : "—' Ricardus, Dei gratia, etc. ' [1] quas quidem litteras " volumus et mandamus in villa de N. firmiter observari. " In cujus rei testimonium, tam sigillum nostrum quam " commune Capituli nostri præsentibus apposuimus." MS. Bibl. Reg. 13 E. ix.

Results of these proceedings.

Et hii omnes qui venerunt talia petituri, citati fuerant per villanos Sancti Albani, in gravamen Abbatis et Conventus, et Monasterii detrimentum; nam mox, acceptis chartis prædictis, rustici æstimabant se supra lineam regiam generosos, et quietos ab omni servitio et consuetis operibus impendendis; unde nullum omnino opus, nullas consuetudines, postremo nec redditus quidem, facere vel reddere decreverunt.

Hæc de nativis Sancti Albani, quibus similia perpetraverunt nativi ubicunque terrarum turbatio prædicta [2] desævit. Jam ad alia loca progrediemur, in quibus [3] aliquod facinus abominabile perpetratum est. Reincipimus a dicto die Sabbati, ut plenius cognoscantur tempus et dies mali.

---

[1] Here follows in orig. and Bibl. Reg. 13 E. ix. this rather enigmatical direction,—*Revolve tria præcedentia folia, et reperies litterarum tenorem, in quarum fine adjunctum est in Charta Abbatis et Conventus.*" The following appears in the printed texts :—" *Harum literarum tenorem antea fuse explicuimus, in quarum fine adjunctum est in Charta Abbatis et Conventus.*" See p. 467 *ante*.

[2] *desinit* in orig. and the printed texts. Corrected from Bibl. Reg. 13 E. ix.

[3] *aliquot* in Camden's text.

END OF VOL. I.

LONDON:
Printed by GEORGE E. EYRE and WILLIAM SPOTTISWOODE,
Printers to the Queen's most Excellent Majesty.

CORRIGENDA ET ADDENDA.

Page 42, line 18, *for* "Balliole" *read* "Balliolo."

Page 76, Note 3, lines 9 and 10 should be in italics.

Page 140. To the third side-note in the inner margin, *add* "MS. Bibl. Reg. 13 E. ix."